



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Lignvm Vitae, Ornamentum, & Decus Ecclesiae

In Qvinque Libros Divisvm. In quibus, Totius Sanctiss. Religionis Divi Benedicti initia; Viri Dignitate, Doctrina, Sanctitate, ac Principatu clari describuntur: & Fructus qui per eos S. R. E. accesserunt, fuissimè explicantur

Wion, Arnold

Venetiis, 1595

Ligni Vitae Liber Tertivs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38397

LIGNI VITAE
LIBER TERTIVS.

DONNO ARNOLDO VVION
Belga Duacensi, & Monacho Casinensi,

AVCTORE.

Argumentum in Martyrologium Sanctorum Monacho-
rum Ordinis S. P. N. Benedicti, iuxta illud

In multitudine Electorum habebit laudem. Eccl. 24.



Vobis precedentibus libris, cum de principio, incremento, & progressu Sacratissime Religionis Benedictinae, tum etiam de clarissimis viris, qui quatuor diversis distincti Ordinibus, S. P. N. Benedicti dextram ambire conspiciuntur, & ad dignitates Ecclesiasticas promoti, auctoritate & doctrina, Ecclesiam Dei mirabiliter condecorarunt, & Ordinem Monasticum reddiderunt illustrem, egimus: Superest ut agamus nunc de Monachis illis & Sanctimonialibus in quinto Ordine per quandam Monachorum multitudinem in ipsius montis Supercilio representatis, qui vel sanctitatis merito, vel martyrii gloria Benedictionis nomen haereditarunt, & S. P. N. Benedictum in seipsis gloriosum fecerunt. Etenim si Urbibus, & nationibus integris, gloriosum est unum, aut alterum civem habuisse, qui vel doctrina, vel militari gloria, vel sanctitate excelluerit; & quibus id contigit, eorum memoriam ex annalibus, & antiquitate iactare solent, quasi unius virtus ad communem laudem pertineat, quanto magis gloriarum possit S. P. N. Benedictus, tam multis sanctis, tamque praestantibus filiis? Cum enim dicat Scriptura Divina, Gloria Patri est filius Prou. 15. & 16. sapiens, quantum S. P. N. sunt gloria, qui tantorum, & tam multorum filiorum sanctitate letatur? Innumerabiles namque fuerunt Monachi, viri magni, & hominum quoque opinione, ac fama celeberrimi, & sanctissimi, qui humana contemnerent, & despicerent, petulantiam omnem, libidinemque voluptatis frugerunt, domitiamque habuerunt, ac vitam in egestate cum virtute degentes, & animum ad caelestium bonorum contemplationem erigentes

Aa erigentes

erigentes, que erant miraculo fecerunt; & nullum in Diuina causa supplicium recusantes, id toleranter etiam perpeffi sunt, tradentes nimirum pro fidei Christiane incremento, uerique Dei gloria corpora sua ad supplicia, ut in celo perpetuas coronas mererentur, & triumphum iustissimum, atque iucundissimum agerent. Nos tamen non omnes hoc loco commemorabimus, quod esset infinitum, sed eos tantum qui præter doctrinam, & eruditionem excellentem, insuper etiam uirtutem & sanctitatem eximiam adiunxere. Quis enim multitudinem Sanctorum Ordinis S. P. Benedicti, vel solo etiam nomine enumerare ualeat? quorum tantus fertur numerus, ut secundum Tritemium millenarium quintumdecimum, iuxta Petrum Messiam trigessimum, secundum alios trigessimumseptimum, & iuxta Petrum Bugiarum quinquagesimum excedere feratur? Quod si alicui hæc multitudo incredibilis uideatur, solius Casinensis Monasterij sanctos intueatur, & unde admirari desinat habebit. Fuerunt enim sacratissimi illius cœnobij Sancti canonizati, & in numerum Sanctorum relati (ut in cap. 2. lib. 1. diximus) quinque millia, quingenti, quinquaginta quinque: idque comprobatum inueni Casini in quodam libro ueteri M.S. camera R. P. Abbatis Casinensis deputato, in quo sic legebatur:

Sancti Monachi sub Regula S. P. N. Benedicti canonizati sunt numero quadraginta quattuor millia, & viginti duo: quorum quinque millia, quingenti, quinquaginta quinque, fuerunt Monachi Sacri Monasterij Casinensis, ibidemque sepulti.

Et certè si Martyres tantum illius Monasterij consideremus, qui diuersis temporibus à Saracenis, & Paganis pro Christi nomine sanguinem suum fundere non dubitarunt: eos autem præcipuè, qui sub S. Berthario Abbate martyrio sunt coronati, quorum infinitum numerum solius Dei noticia comprehendendi auctor uita ipsius S. Bertharii testatur, prædictum 555. numerum non solum reperiemus, uerumetiam supergredi inueniemus. Quod si monasterium illud solum tot Sanctos Monachos protulit, cetera Monasteria, qui numerum triginta septem millium (absque præposituris, & sanctimonialium Monasterijs, que numerum quindecim millium excedebant) attigisse feruntur, nullos peperisse arbitrabitur? nequaquam. Quis enim non legit Monachos nongentos in Benchorensi cœnobio à Pictis occisos fuisse? alios item nongentos à Danis in Gemeticensi? mille & amplius iterum à Danis in Anglia, cum S. Leofrona Abbatissa? Turonis à Normannis centum & sexdecim? Floriaci 60? Messane usque tertio à Piratis, Lerini ab infidelibus, in S. Vincentio prope Vulturnum, à Saracenis; Nonantula ab Hungaris, & alijs in cœnobijs, tam uirorum, quam mulierum,

mulierum, infinitos ferè per martyrij gloriam ad cœlos euolasse? Quibus si coniungantur Summi Pontifices, Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, Monachi, Sanctimoniales, & Conuersi, in numerum Sanctorum sub Confessorum nomine relati, & in unum collati si conferantur, maiorem fortassis numerum efficient, quam qui ab Historicis adfertur. Et in exemplum nobis sit monasteriorum numerus, Monachorum, uidelicet, 37. millium, & Sanctimonialium quindecim, in precedentibus allatus, in quibus si per unumquodque cœnobium, vnus solummodo reperiretur Sanctus (quod omnino uerisimile est, nec puto ullum unquam fuisse monasterium, & si fuerunt, ea rariora, quod unius saltem Monachi, uel Sanctimonialis sanctitate illustratum non fuerit) profectò numerum quinquaginta duorum millium Sanctorum complere manifestum erit. Quid igitur de monasterijs illis, qui millenos, & amplius Sanctos Monachos, uel Sanctimoniales protulerunt? Sed hæc hæftenus.

Hæsitantibus autem nobis atque dubitantibus, quo ordine Alphabetico, uidelicet ut nonnulli fecerunt, uel Annalistico, ut Tritemius noster ex parte tractasse dignoscitur, aut aliquo alio modo de ipsis Sanctis nostris ageremus; in mentem tandem uenit Sanctissimum doctissimi Ioannis Molani desiderium, qui optare se dicebat, ut in omni Archiepiscopatu constitueretur quidam sacra historia notarius, qui faceret proprium Martyrologium de omnibus, & solis sanctis, qui in ipsius Archiepiscopatu, atq; subditis ei Episcopijs sanctitate floruerunt, uel quiescunt, imitando in ea re breuitatem Vsuarii, aut Bedæ: colligeretq; diligenter & fideliter, quicquid ad honorem Sanctorum suorum dignum iudicaret annotatione. Iuxta igitur tanti uiri uotum optimè facturum me existimaui, si Sanctos nostros omnes quos inuenire potuissem, Martyrologistico modo posteris manifestarem, ut eorum, non solum uita genus, conditio, uel ætas, uerumetiam natalicij proprii dies, & celebritates agnoscerentur, & agnitæ festiuius ab omnibus recolerentur. Cum enim, ut ait D. Ambrosius omnium Sanctorum Martyrum deuotissimè natalem celebrare debemus, cum præcipuè eorum solemnitas tota nobis ueneratione curanda est, qui in nostris domicilijs proprium sanguinem profuderunt. Nam licet uniuersi Sancti ubiq; sint, & omnibus profint, specialiter illi tamen pro nobis interueniunt, qui & supplicia pertulere pro nobis. Martyr enim cum patitur, non sibi tantum patitur, sed & ciuibus: sibi enim patitur ad requiem, ciuibus ad salutem. Exemplo enim eorum didicimus Christo credere, didicimus contumelijs uitam æternam querere, mortem didicimus non timere. Videte ergo quid martyribus debeamus, qui nec sibi uixerunt, nec sibi mortui sunt. Exemplum enim nobis reliquerunt, bene uiuendo, conuersationis: tolerando forrifer,

Iob 5.

passionis. Nam ideo Dominus per totum mundum diuersis in locis martyres pati uoluit, ut tanquam idonei testes nos presente quodam fidei exemplo suæ confessionis urgerent, ut humana fragilitas quæ predicationis Dominicæ aditū longiore nix credit, uel presente oculorum testimonio, Martyrio crederet beatorum. Cuncti igitur martyres deuotissime percolendi, sed specialiter ij uenerandi sunt à nobis, quorum reliquias possidemus. Hæc Ambrosius, qui specialem curam haberi uult de ijs Sanctis, quorum reliquias habemus, quiq; nobis conuiuendo bene uiuendo conuersationis, tolerando fortiter, passionis reliquerunt exempla: quorum etiam speciali patrocinio nos adiuuari dubitandum non est. Sicut enim & nos experti sumus (ut dicit D. Leo Papa in serm. de SS. Petro, & Paulo) & nostri probauere maiores, credimus atque confidimus inter cunctos labores istius uitæ, ad obtinendam misericordiam Dei semper nos specialium patronorum orationibus adiuuandos. Sicut quidam amicorum Iob. herissime dixit, Ad aliquem Sanctorum conuerrere, qui in sex tribulationibus liberabit te, & in septima non tangeret te malum. In fame eruet te de morte, & in bello de manu gladij, &c. Hos igitur suscipere, summissis laudibus esse ferre, quos Sancta Dei Ecclesia Christi Sanctos agnoscit; hos, quoad fieri potest, cum ceteris in rebus, tum in ipso Dei cultu, & sacris ceremonijs religionis conseruandis, quas hac tempestate perfidi heretici per effrenatam cupiditatem licentiam polluere & uiolare conantur, imitari debemus, atq; ita imitari, ut potius uitam amittamus, quam de more Dei diuos, colendi, & de mysterijs, quæ sanctissimi Patres, sacrorum Antistites, & ipsa Catholica Ecclesia, Sancto afflata spiritu, ab ipsius Euangelicæ lucis exortu, per omnes ætates ad hæc usque tempora iugiter tenuerunt, quidquam diminutum patiamur. Sic enim ex ea, quæ quotannis in solennibus sacrorum diebus memoria diuorum ad excitandos piorum hominum animos ad similem uirtutem recolitur, in Ecclesia Dei, nos fructum beatæ æternæq; uitæ maximum percipimus. Quantum autem utilitatis, non solum Monastico Ordini, sed & omnibus Christiani Orbis partibus, ex horum Sanctorum Monachorum cognitione nascetur, non est nostrum uel innuere, nam nobis tacentibus facile perspicuum erit: hoc tantum dico, quod Molanus dicit, Per incertas historias, quia eæ à certis non secernantur, & eas quæ certæ & probatæ erant auctoritatis, in neglectum reuoluisse. Quid autem incertius Sanctorum Monachorum nostrorum rebus preclare gestis hæctenus fuit? quorum uita, ætas uidelicet, conditio, mors, & huiusmodi, ita in obscuris latuerunt, ut etiam si inquam Monachi fuissent, nesciretur? Quibus omnibus inquirendis, monachatu comprobando, ætate, & temporibus, quibus floruerunt designandis, & morte ipsa describenda,

scribenda, quantum insudauerim, ipsi sciunt, qui mihi suas laudes recolare conanti adfuerunt; nunquam enim, ingenuè fateor, admirabilia eorum facta omnia oratione consequi mihi licuisset, maxime in tanta rerum cecitate, & penuria, ni orationibus eorum adiutus fuisset. In hoc autem presenti Martyrologio dedi operam, ut nihil à me dicatur, quod ab ijs, que mihi proposita esse debebant, alienum esse posset videri: & in quibus mihi deerat facultas alijs satisfaciendi, in illis ostendi, saltem non defuisse voluntatem. Sanctorum Catalogo insertos, & ab Ecclesia pro sanctis habitos, titulo, Sancti, vel Diti prenotavi; alijs, beatitudinis quidem luce iam fruuentibus, sed ab Ecclesia sacrosancta nondum, quod scirem, canonizatis, Beati, titulum apposui. Cuius quotusq; Ordinis fuerit diligenter quantum potui adnotavi, ut omnibus quod suum erat redderetur, & Candidi, aut alterius coloris, à Nigrorum Monachorum Sanctis secernerentur. Quam potui maxime effeci, ut nullus omnino Sanctus mea industria apponeretur, cuius festiuitatem ea die recoli probare nequirem; deficientibus tamen in tribus, aut quattuor ad summum, si rectè memini, diebus, Sanctis, ne Martyrologium aliqua ex parte mutilum, aut imperfectum remaneret, ex verisimili quadam coniectura, in iisdem Sanctos nonnullos inserui, sub correctione tamen. Nonnulla quoque alia in presenti tractatu apposui, que diligens Lector ex frequenti lectione recognoscet: omnia tamen ad laudem Dei, proximorum edificationem, & sanctorum Monachorum nostrorum gloriam: quos omnes quam humillimè deprecor, in quorum honorem hoc opus congeffi, ut mihi peccatori, quod minus, aut perperam feci, ignoscant; & tam Vobis omnibus, qui hæc legitis, quam mihi, suis meritis, & suffragijs patrociniùm ferre dignentur.

6
MARTYROLOGIUM
MONASTICUM
BENEDICTINUM,

Singulis anni diebus iuxta nouam Calendarij ra-
tionem accommodatum.

I A N V A R I V S.

Calendis Ianuarij.



IN Territorio Lugdunensi, Monasterio Iu-
rensi, Sancti Eugendi Abbatis, cuius ui-
ta uirtutibus, & miraculis plena fuit. Apud
Viennam Gallia: Sancti Clari, Abbatis San-
cti Marcelli, doctrina, & sanctitate insignis.
In cœnobio Selgenstadiensi in Germania,
Sancti item Clari, Abbatis Sanctorum Mar-
cellini, & Petri, qui multis uirtutibus inui-
ta, & post mortem (iuxta nomen suum) cla-
rus effulsi. Eodem die Sancti Eugendi Abbatis Condatensis, qui à
septimo ætatis anno, quo Monasterium ingressus est, usque ad sexa-
gesimum, quo obiit, nunquam è Monasterio egressus legitur.

I A N V A R I I.

Monasterio Iurensum] D. Fraciscus Maurolycus Abbas in Mar-
tyrologio suo legit Virensium, alij Virentium, de quorum nominum
differentia, & lectione legitima, vide Casarem Baronium in Annota-
tionibus Romani Martyrologij, ad diem 28. Februarij. Est autem Mo-
nasterium Iurense in Burgundia Comitatu, non procul à Bisuntio.

Eugendi] De eo hac die Martyrologium Romanum cum Casare Ba-
ronio; Beda, Wsuardus Monachus, Ado Treuirensis Episcopus, D. Fran-
ciscus Maurolycus Abbas Messanensis, qui Eugenium, sed corruptè le-
git; Petrus Galesinius, Constantius Felici Medicus, in Calendario, seu Ephe-
meride historica, & alij nonnulli, qui Martyrologia scripsere hac die: ho-
rum aliqui Augendum eum vocant, sed Eugendum dici debere, nos vete-
rum monumentorum docet auctoritas. Huius vitam ab eius discipulo
Anonymo fideliter conscriptam habet Frater Laurentius Surius Carib-
sianus,

florus, *¶* Anno primo de Sanctis, hac die. Floruit sub Chilperico I. Rege Franciæ, circa annum Domini 566.

Clari] *De hoc Ioannes Molanus Doctor Louaniensis in Additionibus ad Vsuardum, hac die: cuius vitam refert Surius, Tomo 1. de Sanctis. Fuit autem Clarus iste Monachus primus Grimanensis cænobij, apud Viennam Galliæ, deinde Abbas Sancti Marcelli martyris, in eadem ciuitate. Floruit, ut ex Cadeoldo Episcopo ibidem commemorato colligere licet, circa annum Domini 620.*

Cænobio Selgenstadiensi] *Est in Francia Orientali, territorij Moguntinensis, quod & Salingeſtadienſe uocatur, fundatum ab Eginhardo, Caroli Magni Imp. Genero anno 822. in quo primus Abbas præfuit.*

Clari] *Huius festum diem hac die celebrari refert Ioannes Trittemius Abbas de uiris illustribus Ordinis Sancti Benedicti, lib. 3. cap. 246. & in Chronico c. Monasterij Hirsaugiensis, circa medium: cuius vitam extare quidem ex ipso didicimus, at nondum eam videre contigit. Diversum autem esse à Claro illo Viennensi, temporum ratio manifestat: ille enim anno Christi circiter 620. iste uero 1060. floruisse perhibentur.*

Eugendi Abbatis] *De eodem Constantius Felici, hac die: sed quo tempore floruerit, quisve res eius gestas conscripserit, ignoro.*

QUARTO NONAS IANVARIII.

A Pud Corbeia Galliæ, Sancti Adalardi Abbatis, qui regio genere natus, rebus huius seculi sprete atque contemptis, uigesimo ætatis anno fit Monachus: de quo illud legitur, quod quotidie bis saltem, mane ac uesper, sua alienaque peccata, profusis uberrimè lachrymis, deploraret. Abbas autem creatus, ita omni uirtute floruit, ut Antonij sanctissimi Abbatis nomine, illum aliqui appellarent. Meritorum igitur magnitudine cumulatus, ætate in Religionis studio acta, animam hac die Deo reddidit, circa annum Christi 836. Item, Sancti Baldalphi Monachi, & Confessoris.

IANVARIII 2.

Corbeiam Galliæ] *Ad differentiam alterius Corbeie in Saxonia, quam edificauit, & consecrauit iste noſter Adalardus, supra litus Vuisire fluminis, in honorem Sancti Viti martyris anno Domini 822.*

Adalardi] *De quo Molanus in additionibus ad Vsuardum, & Galeſinus, qui Adelardum legit, hac die: Adelhardum autem uocat Trittemius de uir. illust. Ord. S. Bened. libr. 3. cap. 248. cuius vitam Sanctus Paschasius Rabertus, Abbas Corbeiensis ab eo sextus, graui stylo conscripsit, quam adfert Surius, Tomo 1. Fuit autem Adalardus Bernardi fratris*

tris Pipini Regis Franciæ filius, & Sancti Petri Corbeie Abbat, ubi & sepultus est cum hoc Epitaphio.

Hic iacet eximius meritis Venerabilis Abra,
 Noster Adelhardus, dignus honore senex.
 Regia profapies, Paradisi iure colonus,
 Vir charitate probus, moribus, atque fide.
 Quem dum sub titulo recolis tu quisque uiator,
 Cerne quid es, quid eris, mors quia cuncta rapit.
 Nam post Octauas Domini hic carne solutus
 Succedente die astra petiuit ouans.

Baldulphi monachi] *Sive Bladulphi, littera l, immutata, de quo Maurolycus, & Felici, hac die. Fuit is Monachus Monasterij S. Columbani, Bobij, de cuius rebus gestis, nihil præter nudum nomen, quod reperitur in eius, & aliorum translatione, die ultimo Augusti, hæcenus cognoscere potui.*

TERTIO NONAS IANVARIII.

IN Mareolo, iuxta Attrebatum, depositio Sanctæ Bertiliæ uirginis, quæ hoc ipsum suum prædium Sanctæ Mariæ tradidit, & Monasterium consecrauit, in quo ieiunijs, & orationibus uacans, quieuit in pace.

IANVARIII 3.

Mareolo] *Nunc est Monasterium Canoniorum in Belgio, territorij Attrebatensis; quod olim fuit Benedictinorum, in honorem Sanctæ Mariæ consecratum.*

Bertiliæ] *De qua Molanus in Calendario Belgico, & in indiculo Sanctorum Belgij, hac die. Chronicon item Cameracense, lib. 2. Elevationis eius festum, octauo calend. Octobris celebratur.*

PRIDIE NONAS IANVARIII.

BRemis, depositio Sancti Lubentij Archiepiscopi, qui tantæ castitatis fuisse perhibetur, ut raro se mulieribus uidendum præbuerit, tantæ abstinentiæ, ut pallida ieiunijs ora portauerit, tantæque humilitatis, & charitatis, ut in claustro, etiam Episcopus existens, sicut unus fratrum uixerit. Sua etiam prædicatione, multos à gentilitatis errore, ad fidem adduxit; & bonis operibus plenus, ut Pastor bonus, in pace quieuit.

IANVARIII 4.

Lubentij Episcopi] *Sive Libentij, cuius transitus notatur hac die ab Alberto Abbate Stadensi in Chronico, qui eius res gestas summam comprehendit. Agunt de eodem Trittemius de vir. ill. Ord. S. Bened. lib. 4.*

lib. 4. c. 111. & Cratzius in Metrop. lib. 3. c. 42. & 48. Fuit natione Italus, Monachus, & Abbas Hirsfeldensis, ac demum Bremensis Archiepiscopus VIII. Obijtq; anno 1013. regimini sui 25. Bremis sepultus.

NONIS IANVARI.

Romæ, Sanctæ Aemilianæ uirginis, Amitæ Sancti Gregorij Magni Papæ, Hæc uocante Tharsilla sorore, quæ ad Deum præcesserat, hac ipsa die migravit ad Dominum: cui hoc ille testimonium dat, Vno ardore conuersæ, sub districtione Regulæ uiuentes, in domo propria socialem uitam ducebant, & quotidianis incrementis, cæperunt in amorem conditoris sui crescere, & cum hic essent solo corpore, quotidie ad æterna transire.

IANVARI 5.

Aemilianæ] De hac mart. Rom. cum Baronio, & Galestinus hac die. Sanctus item Gregorius, Homilia 38. Floruit circa annum Domini 590.

Sub districtione Regulæ] Hinc colligimus non solum in cænobijs, uerumetiam in proprijs domibus sanctos illius sæculi uitam Monasticam obseruare solitos, quod non ita crebra Monasteria, ut nunc, inuenirentur. Quod idipsum obseruasse legimus Sæctam Gudulam, quæ cum à beata Gertrude Regularem uitam edocta fuisset, in domo postmodum paterna, eandem tenens, immaculatam ad finem usque seruauit. Idipsum, plurimi Sancti Monachi & Moniales postea imitati sunt, non solum Benedictini Ordinis nostri, sed & aliorum, ut clarissimè patet in illa Sanctissima Catarina Senensi, quam Dominicani Ordinis fuisse, non solum eius uita, at maxime unanims omnium Patrum illius Ordinis cõsensu confirmat; quamuis non in cænobio, sed in domo paterna & propria, sub regulari disciplina, uitam duxerit. Cuius rei plura testimonia in Chronicis Patrum Franciscanorum legimus, quæ sub silentio, ob breuitatem, præterimus. Et hæc contra nonnullorum cauillationes dixisse sufficiat.

OCTAuo IDVS IANVARI.

Apu'd Duacum Flandriæ, Commemoratio Sancti Mauróti Abbatís eiusdem ciuitatis Patroni, quod hac die eius meritis, & presentia liberati sint Duacenses, à traditione Gasparis Colinezi summi Gallorum Ammiralij, anno Domini 1536. Cum enim ille hac nocte, in qua præcipuè populus Flandricus ex antiqua consuetudine mero indulgere solet, Urbem capere moliretur, quod omnes ebrios ac sopori deditos se inuenturum putaret, apparuit Sanctus Maurontus in somnis Custodi Ecclesiæ Sancti Amati (in qua sacrû eius corpus quiescit) ei que ut matutini signum daret, usque tertio præcepit;

cepit; quod cum facere recusaret horam matutini nondum aduenisse asserens, ab eo coactus tandem perfecit. At cum matutinum pulsare se crederet Campanæ ipsæ non matutini, sed armorum signa dabant: quarum sonitu populus excitatus, ad mœnia cum festinatione armatus properans, ipsum Sanctum, ueste Monachali fulgida, lilijs aureis resperfa (sic enim depingitur) indutum, dextraque Regale Sceptrum tenentem, ac mœnia circumeuntem, claris oculis viderunt; eumque, donec populus excitaretur, Urbem suam defendisse apertissime cognouerunt. Cuius beneficij gratia à S. P. Q. Duacensi, hac die Processiones solennes institutæ sunt, in quibus Venerandæ eius reliquiæ, in capsâ argentea reconditæ, maxima cum populi frequentia, & deuotione, ab Ecclesiæ Canonicis reuerenter deportantur.

I A N V A R I I 6.

MAuronti] De eo plenius agetur die 5. mensis Maij eius nomini sacro.

Apud Duacum) In confinibus Galliæ, inter Cameracum, & Tornacum ciuitates; in qua Vrbe anno reparatæ salutis 1554. die 15. Maij mortalis huius lucis particeps effectus sum. Quæ vrbs postmodum à Philippo II. Hispaniarum Maximo Rege, anno 1562. Academia, siue vniuersali studio decorata, viros summos (vt Illustrissimum S. R. E. Cardinalem Gulielmum Alanum Anglum, sacra Theologiæ professorem, & alios permultos) processu temporis peperit, & parere non cessat.

Processiones solennes] His, in comitatu Patris mei Amati Vrion, Vrbs illius Procuratoris generalis, qui primus omnium, vt mihi pluries retulit, mœnia armatus conscendit, visionemque hanc mirabilem videre prior meruit, interfuisse, Reuerendissimumque, Dominum D. Franciscum Richardum, illius, ac Attrebatensis Ciuitatis Episcopum, summa doctrina virum (qui Concilio Tridentino maxima sua cum laude adfuit) rem gestâ Populo pendentem proprijs auribus, sepius audisse me recolo.

SEPTIMO IDVS IANVARIII.

Tremonia in Diœcesi Agrippinenfi Passio & Translatio Sancti Reinaldi Monachi, & martyris: qui nobili genere ortus (fuit. n. Haimonis viri, & Equitis nobilissimi filius) militia seculari, in qua sibi summum gradum acquisierat, relicta, Colonia Sancti Pantaleonis Monachus factus, uitæ sanctitate, & miraculorum multitudine clarus, à nefarijs lapicidis, quibus præfectus erat, occisus in puteum proiectus est: unde post Dei admonitu eductus, Tremoniensibus, ab Annone Archiepiscopo Coloniensi alicuius sancti Corpus sibi dari

dari postulantibus, datus est, quo eorum terra reuerētior esset, & ab hostibus securior, cuius in honorem insignem construxerunt Ecclesiam. In Solemniaco Monasterio, Sancti Stilonis Monachi, In territorio Senensi, Beati Alberti Eremitæ Mont' Alcei, Ordinis Camaldulensis, miraculis clari, qui uigefimoseptimo conuersionis sue, anno migravit ad Dominum.

I A N V A R I I 7.

Reinaldi] De eo Molanus in addit. ad *Vsuardum*, & *Galesinius* hac die, qui *Reinoldum* scribunt: Frater item *Petrus Cratepolius* *Minorita* *Coloniensis* in eo, quem composuit de *Episcopis Germania*, Libro, in litera *R. Ioannes* quoque *Trittemius* de *vir. illust. Ord. S. Ben. lib. 3. c. 249.* qui *Reinoldum* (literis *i* & *n*, in *m* conuersis) legit, ac Fratrem *Conuersum* *cenobij S. Pantaleonis* fuisse cum *Cratepolio* testatur. *Huius* *vita* & *martyrium*, *Typis impressum*, anno *Dominii 1485.* legitur. *Res* item *eius gestas* uidi, & legi *Gallica*, ac *Italica* lingua *rythmicè* conscriptas, in quibus, & *monachismus* eius confirmatur. *Floruit* autem ut ex *is* apparet tempore *Caroli Magni Imperatoris*, fuitq; ut testatur etiam *Trittemius*, *Haymonis* filius, quem *Ludouicus Ariostus* in suo *Rolando*, quiq; illum sequuntur, alijq; nonnulli, qui eum præcesserunt, ut *Boyardus*, & *auctores fabularum Malignij*, *Fratriq; eius Viuiani*, & aliorum (vt vulgo loquuntur) *Romaniorum*, *Dominum Castrum Montis Albani* in *Provincia*, faciunt. At *Franciscus Belforestius* in *Cosmographia* sua, in *Provincia* descriptione, & in *annalibus Franciæ*, id pernegat, *Castrum Montis Albani* multis retro seculis constructum fuisse demonstrans: dubitatq; utrum iste *Rainaldus* unquam fuerit necnè: quod si fuerit, temporibus *Caroli Martelli*, *Caroli Magni Aui*, aut certè centum annis post *Carolus Magnum* uixisse comprobat. Porro fuisse, *res* eius *gestæ*, ac *fideliter* conscriptæ, *ipsius*, *Patrisq; eius*, *nomina*, necnon & *eiusdem* *reliquiæ*, magna quæ cum deuotione *Tremonia* asseruantur, apertissimè testantur. Quo tamen tempore *Caroli Magni*, an alterius, parum ad nos attinet, cum nobis sufficiat probare hunc esse *Rainaldum Palatinum*, *Haymonis* filium, de quo tanta, tamq; stupenda, & humanum captum excedentia à quibusdã auctoribus narrantur. In contrarium tamen uidentur duo potissimum: unum, quod *Monasterium S. Pantaleonis* constructum legatur à *S. Brunone* *Coloniensi Archiepiscopo*, *Orthonis Magni Imperatoris* fratre, anno *nongentesimo sexagesimo quarto*: quod si ita est, non potuit iste *Rainaldus* floruisse *Caroli Magni* tempore, nec *Monachum S. Pantaleonis* fuisse, cum *cenobium* nondum esset. Alterum, quod *F. Petrus Cratepolius* in *compendio uitæ* eius dicit uixisse anno *Dominii millesimo ducentesimo*

fimo

simo trigesimo nono: Igitur non potuit esse iste Raynaldus Palatinus qui temporibus Caroli Magni claruisse fertur. Sed his obiectionibus facile respondetur. Et quod ad primum, attinet, ex historijs constat canobium S. Pantaleonis, multis sæculis ante Brunonem edificatum fuisse, qui illius prima fundamenta non iecit, sed uetustate iam collapsum suis sumptibus reparauit, & quod prius S. Pantaleonis nuncupabatur, in noua edificatione, Sancto Pantaleoni, nomina Sanctorum Cosmæ, & Damiani medicorum Dei adiecit, & ex horum trium Sanctorum nuncupatione, denominationem habere præcepit. Fuisse uerò ibidem multò ante Monasterium cõstructum docemur item ex uerbis Doctissimi Molani in Martyrologio suo die 13. Octobris, ubi sic ait: Colonia in Monasterio Sanctorum Pantaleonis, Cosmæ, & Damiani medicorum Dei, inuentio corporis Sancti Maurini Abbatis, & martyris, quod anno Dominicæ Incarnationis nongentesimo sexagesimo quarto, dum fundamentum eiusdem Ecclesiæ effoderetur, cum huiusmodi inscriptione repertum est, Hic requiescunt ossa bonæ memoriæ Maurini, qui in attrio Ecclesiæ martyrium pertulit, sub die quarto idus Iunij. Quod uerò fuerit iste Maurinus Abbas S. Pantaleonis testatur Cratepolius sic inueniens. Sanctus Maurinus martyr, uixit, & requiescit Coloniae in cænobio Diui Pantaleonis. Inuentum est autem eius corpus, quando Sanctus Bruno Archiepiscopus Monasteriũ illud edificauit anno 964. Fuit ibi Abbas, & Sanctissime uixit. Hæc Petrus. Facta est autem hæc Inuentio eo anno quo Monasterium refecit S. Bruno, & multis ante annis iste S. Maurinus ibidem Abbas fuerat, ut ex eorum uerbis patet: potuit ergo Sanctus Raynaldus eo tempore, eodem in loco Christo nomen dedisse, uitamq; duxisse Monasticam, qui fortasse cum eodem S. Maurino, uel certe eadem de causa, martyrium subiit: occisus enim legitur in Ecclesia à lapicidis.

Ad Cratepolium uerò non est quod multum immerer, cum sibi ipsi non constet: nam corpus Sancti Raynaldi traditum refert Tremoniensibus, ab Annone Coloniensi Archiepiscopo: & duos Annones illi sedi præfuisse lego apud Democharem de sacrif. Missæ, Tomo 2. cap. 36. primum anno 680. qui usque ad 700. peruenit, ut auctor est Cratepolius, at hic excluditur: secundum anno 1056. centum octoginta tribus annis ante Cratepolij computum, & ab hoc, Sancti Raynaldi reliquiæ Tremoniensibus data. Cum igitur eius reliquiæ iam ab omnibus honorarentur ducentis serè annis ante quam Cratepolius eum uixisse dicat, necesse est, ut eius auctoritas ruat. Et per consequens potuit noster S. Raynaldus uixisse Caroli Magni temporibus, & canobitalem uitam in Templo Sancti Pantaleonis duxisse.

xiffe, uti in precedentibus demonstravimus.

Stilonis Monachi] *De quo Molanus in addit. ad Vsuarium, Galefinus Maurolycus, & Felici, hac die: Acta tamen eius melatent.*

Alberti Eremitæ] *Tabulæ Camaldulenses de eodem agunt hac die: cuius vitam breviter describit Dominus Augustinus Florentinus, Ordinis Camaldulensis Monachus, Parte secunda Historiarum Camaldulensium, lib. 2. cap. 14.*

SEXTO IDVS IANVARIJ.

TRecas Sancti Frodoberti Abbatis, admirandæ sanctitatis viri. Apud Bruxellam in Brabantia, depositio Sanctæ Gudilæ virginis, quæ illustri genere nata, ac à B. Geltrude in Monasterio Niuelensi instituta, vt ætate, sic Christianis virtutibus progrediens perpetuò se religiosè exercuit, in vigilijs, oratione, ieiunijs, & in omni pietatis officio: cuius sacri corporis reliquiæ ibidem in Ecclesia eius nominini consecrata, magna cum veneratione asseruantur. In Monasterio Vallis Umbrosæ depositio Sancti Petri, cognomento Ignei, S. R. E. Cardinalis sanctitatis clari.

IANVARIJ 8.

Frodoberti] *De quo Molanus in additionibus ad Vsuarium hac die. Gudilæ] De eâ Martyrologium Bruxellense; Molanus in addit. ad Vsuarium, & in Indiculo Sanctorum Belgij Felici, & Galefinus hac die. Huius vitam habet Surius ex MS. Tomo 1. de Sanctis. Floruit anno Domini 660.*

Petri Ignei] *Tabulæ Vallis Umbrosæ à Reuerendis Patribus Bergomensibus ad me primum transmissæ, huius natalem annotant, hac die. Plura de eodem reperies in vita S. Ioannis Gualberti apud Surius, To. 4. die 12. Iulij. Agunt de eodem Raphael Volaterranus, libro 21. Hieronymus Garimbertus, lib. 1. de quorundam Cardinalium rebus memorabilibus: & Valerianus Abbas S. Saluy in descriptione Cardinalium Florentinorum. Fufius de eodem egimus in explicatione secundi huius arboris ramij: & in tractatu de Cardinalibus Ordinis Vallis Umbrosæ. Eius & meminit Bertholfus Constantiensis in appendice ad Hermannum Contractum, ad annos 1079. & 1089. quo obiisse testatur. Tabulæ verò Vallis Umbrosæ mortem eius anno 1094. reponunt.*

QVINTO IDVS IANVARIJ.

Cantiæ in Anglia Sancti Adriani Abbatis Monasterij Nivridani, non procul à Neapoli Campaniæ, viri eruditissimi, & ecclesiasticis disciplinis instructissimi. Hic Vitaliani Papæ litteris Romam accessit, ab eoque Archiepiscopus Cantuariensis factus, humillimè

me recusavit, ac Theodorum monachum spectatę sanctitatis uirū, sibi præferri rogavit, & impetrauit: quo cum in Angliam à Pontifice missus, maxima adiumenta illi subministrauit ad Ecclesię Anglicanę instituta sanctę communicanda. In Normandia depositio Sancti Vvaningi confessoris, qui Monasterium Fiskanense fundauit, & Sanctum Leodegarium exulem fouisit. In Africa Sancti Egilfredi Abbatis. Item Cantuarie, Sancti Bertuualdi Episcopi, & confessoris, qui ex Monasterij quod Racuulfum nuncupatur, probatione diuturna, ob vitę meritum ad Ecclesię illius regimen assumptus, plenus bonis operibus quieuit in pace.

I A N V A R I I 9.

Adriani] De eo Molanus in add. ad Vsuard. & Galefinius hac die. Beda item Eccles. hist. Anglorum, lib. 4. cap. 1. & 2. & lib. 5. capit. 21. Trittemius de uir. ill. Ord. S. Bened. lib. 3. capitulo 115. & alij. Fuit Afer genere, & Abbas cænobiij Niridiani, siue ut Trittemio placet, Heridani iuxta Neapolim: appulit in Angliam, anno Chrysi 668. Plura si de eo cupias, consule uitam Sancti Theodori Archiepiscopi, quam describit Surius, ex Beda, die 19. Septembris, Tomo 5. de Sanctis. Obijt Adrianus anno Domini 707.

Vvaningi] De quo Molanus in additionibus ad Vsuardum hac die. Floruit circa annum Domini 730.

Egilfredi] Cuius meminit Galefinius in Martyrologio hac die. Cætera me latent.

Bertuualdi Episcopi] De quo idem Galefinius, hac ipsa die. De eodem agit, & Beda, in Hist. Angl. lib. 5. cap. 9. à quo Berechtualdus uocatur. A Trittemio uerò, de uir. ill. Ord. S. Bened. lib. 4. capit. 65. Berchualdus appellatur. Polydorus in Hist. Angl. lib. 4. & 6. Brithwaldi ei nomen attribuit, dicitq; Trittemium sequens, Episcopum illius sedis octauum, & primum ex genere Anglorum fuisse, sed fallitur. Nam ut Beda, lib. 3. cap. 20. testatur, Deus dedit Sextus Episcopus, de gente Saxonum Occidentalium fuit, cui successit septimo loco Damianus (hic omititur à Trittemio, & Polydoro) Australis Saxo, quem sequutus est Theodorus Tharsus, Monachus Romanus, in Ordine octauus, qui moriens anno Domini 690. secundo uacantis Sedis, anno scilicet 692. successorem accepit S. Bertuualdum, Abbatem Monasterij Racuulfi in Anglia, qui sedit annos 39. & paulo amplius, usque ad annū 731. quo Taduinus Monachus Bruitimensis decimus Cantuariensis Archiepiscopus constitutus est, non autem nonus, ut male item annotarunt, Trittemius, lib. 4. c. 69. & Polydorus loco citato.

Q V A R.

QUARTO IDVS IANVARI

Romæ, Sancti Agathonis Papæ, qui ex Monacho ad Summum Pontificatum euectus, tantæ sanctitatis, ac mansuetudinis fuisse perhibetur, ut leprosum obuiam sibi factum osculo à morbo liberauerit, & neminem à se unquam tristem dimiserit: similibusq; bonis operibus plenus felici exitu æternam uitam promeruit anno Domini 682. Pontificatus sui 2. mense 6. die 4. Bituricas, Sancti Gulielmi Episcopi, Ordinis Cisterciensis, quem uitæ sanctitate, & miraculorum gloriâ insignem, Honorius 3. Pontifex sanctorum numero adscripsit. In Monasterio Sanctæ Trinitatis Cauz, depositio beati Benincasæ Abbatis, miraculorum gloria insignis.

IANVARI II.

Agathonis] De eo mart. Romanum cum Baronio, Maurolycus Galestinus, & Felici, hac die. Tritemius de vir. ill. Ord. S. Bened. lib. 3. c. 150. & libr. 4. c. 5. Platina in vitis Pontificum Romanorum, alijsq; omnes, tam ueteres quam recentiores, qui de Rom. Pontificibus scripsere. Quantum Sanctæ Ecclesiæ profuerit, & in ea que ad Dei laudem sanctè ordinauerit, uideto in explicatione primi huius Arboris rami, quo in loco fusus de eo agimus.

Gulielmi] De quo Molanus in addit. ad Ursardum, & Felici, & Galestinus hac die. Huius uitam ab Abbate Caroliloci eius contemporaneo descriptam, adfert Surius, Tomo 1. de Sanctis hac item die. De eo meminit & Petrus Aequilinus Episcopus in catalogo Sanctorum, libr. 2. c. 63. Fuit primum monachus Grandimontensis, Ordinis S. Benedicti, deinde Monachus, & Abbas Caroliloci, Ordinis Cisterciensis, & post illius sedis, Episcopus 68. ut notat Antonius Demochares de sacrificio Missæ, Tomo 2. cap. 24. Agit de eodem Maurolycus in Martyrologio, die sequenti; & Vincentius in Speculo, libro 29. cap. 62. die præcedenti obiisse asserit.

Benincasæ Abb.] De eodem Tabulæ Cauenses, hac die. Fuit Abbas illius loci Octauus, Obijtq; anno 1194. Regiminis sui 24. Hic ex Cauensi Monasterio centum Monachos in Siciliam destinauit ad Monasterium Montis Regalis, quod Rex Gulielmus bonus mirifico sumptu extructum eidem regendum commiserat.

TERTIO IDVS IANVARI.

Sypontoniæ, apud Montem Soractem, Sancti Anastasij Monachi, & sociorum, qui diuinitus uocati, migrauerunt ad Dominum. Eodem die depositio Sancti Blandani Abbatis. In Vasconia Monasterio Sancti Michaelis de Cusano depositio Sancti Petri Vrfeoli,

di.

discipuli Sancti Romualdi, & quondam Ducis Venetiarum. Hic Guarini Abbatis, & Sancti Romualdi exhortationibus Ducatum relinquens in eodem Sancti Michaelis cœnobio habitum Monasticum sumpsit, in quo bonis operibus, & ieiuniis insistens clarus miraculis, sub horam diei nonam, migravit ad Dominum. Vvigornia, in Anglia Sancti Eguini eiusdem civitatis Episcopi doctrina, & sanctitate conspicui.

I A N V A R I I I I.

A Nastasij & sociorum] *De his mart. Rom. cum Baronio, hac die.* Gregorius Papa agunt de iisdem, Dialog. libro 1. cap. 7. & 8. & in Registro, lib. 2. Epist. 50. cap. 89. indict. 11. & Petrus in cat. lib. 2. c. 114. à quibus uocatur Anastasius de Pentumis. Galefinius eundem reponit die 11. calend. Februarij.

Beandani] *De quo Maurolycus, & Felici, hac die. Suspicio hunc esse quem Tritemius de vir. ill. Ord. S. Bened. lib. 3. capit. 31. Brendannum uocat, de quo mirabilia in actis eius leguntur.*

Petri] *Tabule Camaldulenses à Donno Severo San. Marci Monacho Camaldulensi, à Mantua ad me transmissæ, de eodem agunt, hac die. Confirmant, & hac ipsa die obiisse, Donnus Augustinus Florentinus, li. 1. cap. 8. posterioris partis Hist. camald. & in Comment. ad caput 6. uitæ San. Romualdi. Petrus item Damianus, S. R. E. Cardinalis in uita S. Romualdi, cap. 6. Petrus Marcellus, M. Antonius Sabellicus, & alij omnes, qui Principum Venetorum uitas descripserunt. De eodem in quodam fragmento historico Ducum Venetorum sic scriptum reperi.* Piero Orseolo Doge XVI. del 976. messo in Dogado in casa sua propria à San Filippo Iacomo, per essersi abbruscato il Palazzo, ha Dogado anni due, e giorni quindici. Rifiutò il Dogado, & andò à Chioza, e si fece Monaco, & viuette in santitate anni diecinueue, poi morse, e fù Canonizado per Santo. *Item & in alio immenso volumine rerum Veneticarum, humanitate Clarissimi Domini Ioannis Zeni Patritij Veneti mihi accommodato, ita de eo legitur uerbis patris: L'anno 977. M. Piero Ursiolo dappoi la morte di M. Piero Candian fu eletto Dose nella Chiesa di San Pietro di Castello, huomo santissimo, e di perfetta vita, & esso eletto, rifiutò il Dogado, non si curando di dignitate; ma pur al fine, alle preghiere del popolo, accettò, e correndo l'anno nouecento e settantasette, del mese d'Agosto. Costui, il Palazzo, che hoggidi si vede, per esser abbrucato, insieme con la Chiesa di S. Marco di nuouo, de i suoi proprij beni, lo fece rifare; e fabricando la detta Chiesa, per dubitatione, che'l corpo di*

San

San Marco non fosse tolto, lo fece poner in vno pillastro della detta Chiesa, doue poi nel tempo di M. Vidal Fallier, Doge di Venetia, fu trouado nel detto pillastro l'anno 1094. del mese d'Otobrio. Et ditto Doge fece la sua residentia del Dogado in Rialto, nella sua propria habitatione; e fece questo per essersi abbruscato la sua habitatione à S. Marco. *Et paulò post.* Questo Dose, per i poveri di Dio, fece fabricar, degli suoi proprij beni, vn'Hospital non troppo lontan dal Pallazzo, per sostentatione de' poveri infermi, che hoggi si chiama l'Hospital di S. Marco. *Huius autem Hospitalis ab hoc Duce edificati memoria, pra foribus eiusdem Hospitalis in hunc modum legitur:*

Aram hanc Deo Opt. Max. ac Diuo Marco Euangelistæ Tutelari Urbis erexit Petrus Vrseolus Venetiarum Dux, qui Principatu deposito, vt se totum Religioni daret, ac priuatis istis suis ædibus pauperum diuersorio constitutis, Guarinum Aquitanum Monachū, Romualdo, ac Marino Rauennatibus Monachis Comitibus, vnà cū Gradonico, ac Mautoceno generis, secutus An. DCCCCLXXXVIII. in D. Michaëlis de Cusano, multis post mortem miraculis claruit.

Syluester del ben Aloysi Mocenigi Sereniss. Venet. Principis domesticus Sacrorum Flamen, atq; D. Marci Canonicus, eximia optimi Principis liberalitate Xenodochij huius Prior effectus instaurauit: Et ad perenne Ducis Vrseoli decus, ac diuturnam Mocenigi vnus omnium liberalissimi Mæcenatis memoriam beneficiorum memor, elogium addidit M. D. LXXII. Altero post magnam naualem victoriam anno. Obijt autem M. D. LXXIII. iij. non. Augusti, cum Xenodochio præfuisset anno 1. mens. viij.

De Monachatu uerò, & sanctitate eiusdem Ducis sic prosequitur predicti immensi uoluminis auctor. Molte persecution sostenne el ditto Dose, dalla casata del Dose morto, ma continuò per le sue bone e fante opere sempre fù deffeso dal populo; ma nella fin del suo secundo anno venne a Venetia Guarino Abbate de Monestier de S. Michael de Cusano, per visitar el corpo de S. Marco, el qual visitato ste te piu zorni a Venetia, & in quel tempo el ditto Dose se fece molto suo amico per esser homo molto Catolico, e terminò de andar cum lui, el qual Guarinus benignamente lo accettò, e del mes de Settembrio de notte occultamente se partì da Venetia de compagnia cum Ser Zuan Gradenico homo sanctissimo, e S. Zuan Morexini suo Zenero, non sapendo sua moglier, ne soi fioli, e cū lui portò molti thesori, i quali lui donno al Monestier doue se fece Monaco, & era de

anni 50. quando el lasò la secular uita, hauendo tenuto el Dogado anni dui, e zorni 20. E nella Monastica uita nel Monestier de S. Michiel de Cufano uiuette anni 19. e menò si sancta & honesta uita, che per li soi meriti, molti e molti miraculi Dio per lui se degnò monstrare, e fino al dì de ancoi per Sancto publicamente in quelle contrade el uien uenerado la festa sua di Zener.

Eius etiam sanctitatis, testimonium fert D. Andreas Dandulus Serenissime Reipublice Venetæ Dux, Historie sue, lib. 8. cap. 15. par. 14. & hac ipsa die obiisse testatur. Fuit autem iste Petrus Dux Venet. XXIII. creatus die 12. Augusti, anni Domini 976. etatis sue anno 50. & fuit in ea potestate annos 2. & dies. 20. Fugit è Venetia die prima Septembris anno 978. Obijt in prædicto Monasterio, anno 997. conuersionis sue 19. etatis 69. ut refert idem Dandulus, lib. 8. cap. 15. parte 1. 11. & 14.

Vrscoli] Hæc familia originem trahebat Germanicam, desit que, & extincta est in Dominico Vrseolo, Duce, Raennæ anno Domini 1007. defuncto.

Egwinus Episcopi] Cuius meminit Galestinus hac die. Eius uitam composuit S. Bertualdus Archiepiscopus Cantuariensis decimus, quæ in Ecclesia Urigorniensis legitur. Ex Monacho Urigorniensis factus est Episcopus illius ciuitatis tertius, annoq; Domini 712. migravit in caelum. Agunt de eodem Martheus Westmonasteriensis in floribus historiarum ad annos 712. & Bibliotheca Philosophorum.

PRIDIE IDVS IANVARIJ.

Ephesi, Passio Sanctorum quadraginta duorum Monachorum, qui ob cultum Sanctarum imaginum, sub Constantino Copronymo sæuissimè cruciati, martyrium compleuerunt: Virimude in Anglia Sancti Benedicti, primi Abbatis cœnobij Sanctorum Petri, & Pauli Londini, qui edoctus Romæ Monasticam disciplinam, reuersus in patriam, eandem multiplicato scœnore propagauit. In Hispania Sancti Victorini Abbatis.

IANVARIJ 12.

Quadragesima duorum Monachorum] *De quibus Mart. Rom. cum Baronio, hac die. Horû gesta reperuntur apud Surium die 28. Nouemb. Tom. 6. in uita S. Stephani iunioris. Hos etsi nesciamus fuerint ad Ordinis Benedictini, an non: hic tamen apponere libuit, cum ex archiepis Môtis Cast. (dum illic essemus) & tractatu quem facit Petrus Diaconus, S. R. E. Card. de Archimandritis illius sacri cœnobij, cognouerimus, Regulam Diui Patris nostri Benedicti, multò ante, illis in partibus obseruari solitam.*

Bene-

Benedicti] De eo Mart. Rom. cum Baronio: Molanus in additio. ad *Vsuardum*, & Galefimus hac die. Cuius vitam scripsisse se testatur Beda, in ultimo *Historie Anglorum*, libro circa finem. In die preterea eius Natali Homilia idem habuit, quæ in Tomum septimum operum illius relata, in *Homilijs Hiemalibus* adscribitur. Agit & de eodẽ lib. 4. de gestis Anglorum, cap. 18. & lib. 5. cap. 20. Huius natalem reponit Tritemius pridie nonas Decembris. de uir. ill. Ord. S. Ben. lib. 2. c. 19. & libr. 3. cap. 151. Huius, & meminisse uidetur Sigebertus Monachus Gemblacensis in illo quem cõposuit de illustribus Ecclesie scriptoribus, libro, c. 62. & alij plures. Floruit sub Agathone Papa, anno Domini 680.

Mattheus Vueslm. in *Flor. Histo.* ad ann. 703. eius item uitam copiose satis describit, testaturq; Livini vitam Monasticam aliquot annis duxisse cum è Roma reuerteretur, antequam ad patriam remearet.

Victorini Abbatis] De eodem Alphonsus Villegas in flore Sanctorum Hispania, hac die. Fuit Abbas Cesaraugustanus.

IDIBVS IANVARIJ.

IN Scotia, Sancti Kentigerni Episcopi Glascoensis, & confessoris. Hic Episcopali sede dimissa, cœnobium construens, sexcentis sexaginta tribus fratribus præfuit, & sanctitate plenus quieuit in Domino. Cordubæ in Hispania, sanctorum martyrum, Seruidei Monachi Cordubensis, & Gumelindi Presbyteri, qui passi sunt Era octingentesima nonagesima. In Monasterio Cluniacensi, Sancti Bernonis, primi eius loci Abbatis, magnæ sanctitatis viri.

IANVARIJ 13.

Kentigerni] De quo Molanus in *Addit. ad Vsuardum*, hac die: cuius uitam composuisse dicitur Asaphus Episcopus eius discipulus & ei in Abbacia etiam regimine successor. Floruit anno Domini 590. fuitq; filius Eugenij III. Regis Scotia, ut testatur Ioannes Lesleus de reb. gestis Scottorum, libro quarto. De eius Monachatu meminit Chorographia Britannia, folio 548.

Seruidei] De quo Mart. Rom. cum Baronio, hac die: & S. Eulogius in memoriali Sanctorum, lib. 2. c. 9. Passus est anno Domini 852. requiescitq; in cœnobio S. Christophori Cordubæ. Eius martyrium, hac item die recenset Alphonsus in flore Sanctorum: & Ambrosius de Morales in *Histor. Hisp.* li. 14. c. 12. Fuit Monachus in cœnobio SS. Ian. Fausti, & Marcelli.

Monasterio Cluniacensi] Quod est in Burgundia partibus apud ciuitatem Matisconensem fundatum à Gulielmo cognomento Pio, Aquitaniae Duce, anno Domini 910. & in honorem Sanctorum Petri, & Pauli Apostolorum consecratum.

Bernonis] De eo Calendarü, & Chronicon Cluniacense, hac die: Petrus in catalogo, lib. 11. c. 64. & Tritemius de vir. ill. Ord. S. Bened. lib. 3. cap. 213. Fuit autem Berno ex Comitibus Burgundie, discipulus S. Euticii Abbatis, & fundatoris Balmensis cœnobij, eiusq; in regimine successor: qui cum duo cœnobija Gigniacense, & Cluniacense construxisset, eisq; primus Abbas prepositus fuisset, anno Domini 926. Regiminis sui 16. migravit ad Dominum, ibidem in Ecclesia Sancti Petri, retro altare Sancti Catari-næ sepultus.

DECIMONONO CAL. FEBRUARII.

A pud Viennam Galliarum, depositio Sancti Cadoldi Episcopi, & confessoris, admirandæ sanctitatis & parsimoniarum viri.

IANVARI 14.

C adoldi Episcopi] alias Cadoldi, & Caldeoli, de quo Beda: Molanus in addit. ad Vsuardum, & Galestinus hac die. Ex Monacho & Abbate Grimanense, ut habetur in Vita S. Clari Abbatis apud Surium Tomo 1. factus est Episcopus Viennensis 33. ut annotat Demochares de sacrif. missæ Tomo 2. cap. 29. a quo uocatur Caldeolus, siue Landelenus: quo nomine reperitur subscriptus in Conc. Cabilonensi Prouinciali anno 658. celebrato, sub Clodoueo II. Rege.

DECIMO OCTAVO CAL. FEBRUARII.

I N territorio Andegauensi, Sancti Mauri Abbatis, confessoris, & Leuitæ, discipuli Sancti Patris nostri Benedicti, cuius disciplina ab infantia eruditus, quantum in eis profecerit, inter alia que apud eum positus gessit (res noua, & post Petrum inusitata) pedibus super aquas incedens, patefecit. In Gallias deinde ab eo directus, constructo ibi celebri Glanofoliensi Monasterio, cui quadraginta annis præfuit, miraculorum gloria clarus in pace quieuit. Cuius corpus iuxta Parisum Urbem magnificè collocatum, honoratur, & colitur. Apud Bituricas ciuitatem, translatio Sancti Sulpitij Episcopi & confessoris. Aruernis Sancti Boniti Episcopi & confessoris, qui arctioris uitæ studio inflammatus Episcopatu relicto Monasterium Magnilocense petijt, Monastico que habitu sumpto, in bonis operibus perseuerans quieuit in Domino In Sicilia, Sancti Isidori Episcopi, discipuli Sancti Gregorij, doctrina, & sanctitate clari.

IANVARI 15.

M auri] De eo mart. Rom. cum Baronio Vsuardus, Molanus in eius Addit. Galestinus, Maurolycus, Beda, Ado, Felici, & alij oēs hac die. Petrus in Catalogo lib. 2. cap. 79. Iacobus de voragine, & Claudius de Rota in Legendario, Leo Episcopus Ostiensis in Chronico Casinensi lib. 1. cap. 1.

Cap. 1. & 3. Vincentius Beluacensis in Speculo historiali lib. 21. capp. 67.
 68. 71. & 72. & Antoninus Episcopus Florentinus in Summa historia-
 li parte 2. Io. Tritemius de Mir. Ill. Ora. S. Ben. lib. 3. cap. 2. Alphonsus de
 Villegas Trilexanus in flore Sanctorum Hispanie. Sanctus Gregorius Papa
 lib. 2. dial. gorum. cap. 7. & alij infiniti huius uitam scripsit Sanctus Fa-
 stus Monachus Casinensis, peregrinationis eius comes indiuiduus & oecu-
 latus, a S. Bonifacio III. Papa postea approbata, quam adfert Surius
 Tomo 1. de Sanctis: & Mombertus Tomo 2. Eandem descripsit quidam
 Maurus Monachus. Quam etiam, miro quodam artificio, profecutus
 est Paulus Diaconus Monachus Casinas, cuiusq; hexametri priore hemi-
 stichio semper pentametrum claudens, sic exordiens,

Dux, uia, uita tuis, decus, & laus, gloria, uirtus,

Iesu, lux lucis, Dux, uia, uita tuis,

Tu facis omnipotens, animalia muta profari,

Quod tibi cumq; placet, tu facis omnipotens,

Da, precor, ut referam, Sancti magna Mauri,

Que per te gessit, da, precor, ut referam. &c.

Hanc, in Bibliotheca Sancti Benedicti Mantuani litteris Gallicis exa-
 ratam cum inuenissem, diligenterq; exscripsissem, D. Prosper martinen-
 gius Poeta nostri temporis, & Ordinis, clarissimus, integram (Romæ enim
 constitutus eandem sibi tradideram) in tertio suorum poematum tomo,
 eam inseruit. De eodem, referente Petro Diacono in lib. de uiris ill. Mon-
 tis Casini c. 44. quatuor pulcherrimos Hymnos composuit D. Raynaldus,
 qui postea factus est Abbas Casinensis, ac S. R. E. Card. quos reperies in
 Breviarijs Casinensibus anno 1568. & 1572. impressis. Theodoricus Mo-
 nachus c. 16. unum de eodem composuisse fertur. Sunt & in Bibliotheca
 Casin. alij duo, quos composuisse fertur S. Alphanus Episc. Salernitanus, ut
 confirmat idem Petrus. c. 19. Victor item Papa huius nominis III. cæcum de
 S. Mauro excogitauit, & ordinauit. Pulcherrimum Hymnum de eodem Sa-
 phico carmine inuenias in 3. tomo poematum dicti D. Prosperi, ab ipso in eius
 laude composuit. Alios duos, Iambico conscriptos carmine, repperi in per-
 uetusto codice MS. Monasterij S. Zenonis Veronæ Ord. S. Benedicti, quo-
 rum mihi copiam fecit pro sua humanitate, D. Gøthardus Monachus Te-
 gherstensis apud Ingolstadtum, eius cænobij, tunc alumnus, qui tales sunt.

IN F E S T O S. M A V R I A B B A T I S A D
 V E S P E R A S. H Y M N V S.

R Ex tuæ sunt altissime, laudes sanctorum gliscere, Mauri beati
 supplices, hanc flagitamus suscipe.

Gemma refulgens splendida, quem protulit Valeria, Secundo Ro-

man prodiens, orbis caduca fugiens.

Huic Maurus sequax traditus, cunctis ut esset pot' modum, ap-
tum remoris commodum, sequentibus altichronum.

Sic & labentem fluctibus, puerum traxit crinibus currens per un-
das fluminis, iussu boni pij Patris.

Laus patri innuisibili, laus eius almo flami,

Laus sit & unigenito, orbis terrarum Domino. Amen.

AD NOCTURNVM, HYMNVS.

Sacræ resurgit mystica, festiuitatis gaudia, qua conditur cœlesti-
stibus, Maurus Pater Sanctissimus.

Iam laborantes improba, fessos obedientia, actus quieti reddere,
parabat requiescere.

Cuius recedens spiritus, cum tenderet cœlestibus hic mente ui-
dit lumine, eius uiam splendescere.

Monstrauit inde pluribus, bellam parare moribus, & tempotis
discrimine, normali uita uiuere.

Laus trinitati debita, honor potestas gloria, perenniter sit omnia
per sæculorum sæcula. Amen.

*Ad eundem extant Epistole due, una S. P. N. Benedicti cum in Gal-
lias tenderet, altera Gordiani Monachi de passione S. Placidi: quæ extat
in fine Chronicorum Leonis Ostiensis, simul cum responsione eiusdem S.
Mauri ad Gordianum. Fuit autem S. Maurus ex nobili Aniciorum ge-
nere, patre Aequitio, procreatus, a quo duodennis traditus est S. Bene-
dicto anno Domini 523, nutriendus: apud quem mansit annos 18, deinde
missus est in Gallias anno 542. cuius de discessu fratres iam contristatos,
S. P. Benedictus hac allocutione confortatus est.*

Si tristandum, dilectissimi Fratres, pro tali esset negotio, mihi ma-
gis, quam uobis hinc esset mœrendum: qui, quantum ad præsens,
magnis uideor destitui solatijs. Sed, dicente Apostolo, *Charitas be-
nigna est*, benignitatem charitatis nostræ, omnimodis his impende-
re debemus, quos aliquo modo ea indigere cognoscimus, nec no-
stra tantum, quantum aliorum querere. Quapropter uos, amoris Pa-
tèrni sollicitudine, a fletibus & mœrore temperare deposcimus,
quia potens est Deus meliores nobis, post huius depositionem cor-
poris, huic Sanctæ Congregationi immittere, quorum exemplis &
meritis, longe præstantius, quam nostris, ædificamini. Sed illud sum-
mopere uobis est procurandû, ne uersutia antiqui hostis, unde alijs
salus requiritur, inde uobis tristitiæ malo, detrimentum in alios in-
geratur. Nos etenim quos unitatis semel in Sancta charitate iunxit
con-

concordia, nunquam uel longissima diuident terrarum spacia: quoniam semper per interioris hominis aspectu, qui renouatur secundum imaginem eius qui creauit eum, nos, quoad uixerimus tempore, inuicem intuebitur. Vos autem, Fratres charissimi, quos ad opus Domini constituendum ad illas dirigimus partes, uiriliter agite, & confortetur cor uestrum in sancto proposito & religione, proculdubio scientes, quia quanto austeriora, causa salutis aliorum in huius uita seculi pertuleritis, tanto maiora a Domino recipietis celestium gaudia premiorum. Nec uos ullo modo resolutio huius nostri mestificet corpusculi, quoniam presentior uobis ero carnis deposito onere, uestriq; per Dei gratiam cooperatores existam assiduus. Amen.

Ad hanc autem S. P. N. Benedicti promissionem nouissimam, qua se nobis presentiore pollicetur carnis deposito onere, quam dum uiueret, sic alludit Petrus Diaconus Monachus Casinas, & S. R. E. Cardinalis.

Si cecidit Synai Mons, qui legem dedit olim,
 Quod perijisse tamen sua moenia credere nolim:
 Regula namque manet digitis descripta factatis
 Tradita discipulis Mauro, Placidoque, beatis.
 Si Rex Antiochus, ex auro uendidit Aram,
 Lege labore, nouam Machabæus restructet Aram.
 Lator ait legis, uobis presentior adsum,
 Post mortem, quam nunc, dicam clamantibus adsum.

In uita Sancti Mauri, quam composuit S. Faustus Monachus, negligentia puo librorum ex nominum affinitate irrepsit, ut Pater ipsius Euticius pro Aequitio uocetur; quem errorem sequuntur, Petrus in Catalogo, Trittemius, Baronius, Petrus Villa de Canibus, & alij: Aequitium tamen & non Euticium, debere legi, ex multis edocemur. Et primo ex Gordiano Monacho in uita S. Placidi, qui sepius Patris S. Mauri mentionem faciens, semper Aequitium legit, ut uidere est tam in MSS. quam excusis exemplaribus. Gordianus quoque S. Gregorij Papa Auius, in donatione Monasterio Casinensi facta idem confirmat his uerbis: In conspectu quoque parentum nobilium nostrorum, scilicet Symmachi, Vitaliani, Equitij, &c. Gordianus item eiusdem S. Gregorij Pater in donatione facta S. Bonito Abb. Cas. eodem modo legit sic dicens. Item amore, & animæ saluatione dilectissimorum nostrorum parerum Symmachi, Tertulli, Vitaliani, Equitij, Dorothei, &c. Consentit, & ipse S. Gregorius in ratificatione priuilegiorum & oblationum Tertulli, & Aequitij, sic inquit, uel quemcunque alium de his, quæ eidem Monasterio à

Partitio Tertullo, Aequitio, & à nobis donata sunt &c. *Quæ dua auctores impresso leguntur post finem chronici Casinensis folijs, 197. & 211. Accedit & oblatio ipsius Aequitij, ac Mauri filij eius, qua reseruat in archiuo Montis Casini, & in camera R. P. Abbatis MS. cuius injurium est. Oblatio Aequitij, & Mauri filij eius, de rebus suis in Campania, & Apulia. In nomine Domini nostri, &c. Finis verò; Ego Boetius Partitius, & bis consul compleni, & reddidi, quintadecima die mensis Iulij. Cui oblationi appensum est Sigillum ipsius Aequitij talis, qui sequitur, modo impressum.*



Ex quo signo clarissime patet Aequitium per *AE* diphtongum, & non Euticium, legitimam esse nominis Patris S. Mauri pronuntiationem. Corrigendi igitur veniunt auctores prefati, & nomen Aequitius sua restituendum integritati. Obijt autem S. Maurus apud Monasterium Andegauense, anno Domini 583. et aetatis 74. ingressus in Galliam 41.

Translatio S. Sulpitij] De qua Galestinus in Martyrologio, hac die Boniti Episcopi] De eodem mart. Rom. cum Baronio, Vsuarius, Galestinus Maurolycus, qui Bonifacium legit, & Felici, qui utrumque habet hac die. Vitam eius per Anonymum ad Adolphum, & Eucherium Episcopos conscripta, adfert Surius, Tomo 1. Notatur à Demochare de sacrif. Missæ, Tomo 2. cap. 25. quadragesimus primus Ariernorum Episcopus. Vixit temporibus Theodorici Cala Francorum Regis, anno Domini 726.

Isidori Episcopi] De quo Felici in Calendario suo historico, hac die. Fuit Monachus, ut putatur, S. Andrea Romæ, sub magisterio S. Gregorij

gorij Papæ, cuius tamen Sedis Episcopus fuerit, adhuc minime peruen-
 stigare nequunt.

DECIMO SEPTIMO CAL. FEBRUARII.

FVndis, in Campania sancti Honorati Abbatis, ducentorum Mo-
 nachorum Paris, abstinētia, & silentio maxime admirabilis, cu-
 ius caligula super defunctum imposta, illum a mortuis suscitavit.
 In Monasterio Peronæ Sancti Fursei Abbatis, & Confessoris, qui cū
 Philtani Hiberniæ Regis filius esset, omnibus relictis, nobile in An-
 glia cœnobium construxit, quod, cum aliquot annis, prædicationi
 verbi Dei, & gentilium conversioni insistens, strenue rexisset, Ere-
 miticæ vitæ studio inflammatum, animarum curam Fratri suo Foil-
 lano reliquit; & non multo post, propter opus Euāgelij in Galliam
 commigravit, in qua Latiniacum Monasterium construxit, & in eo
 Miraculis clarus in pace quieuit; cuius corpus, quarto ab obitu an-
 no, immaculatum, & sine ulla putredine inuentum est. Eodem die
 Inuentio Corporis Beatissimi Foillani Episcopi, & Martyris in Am-
 polim, Fratris Sancti Fursei Abbatis. Balnis Sanctæ Ioannæ sancti-
 monialis, Ordinis Camaldulensis, in cuius transitu, campanæ sine hu-
 mano adiutorio sonuere. Bituricas Sancti Sulpitii Episcopi, cognō-
 mento Pij, qui non solum in vita, sed etiam post mortem miraculis
 claruit.

I ANVARI II 16.

Honorati Abb.] De eo mart. Rom. cum Baronio, Maurolycus, Gale-
 sinus, & Felici, hac die. Sanctus Gregorius I. Papa, Dialog. libro 1.
 capit. 2. & Petrus in catalogo, libro 2. cap. 88. res eius gestas, sub compen-
 dio prosequuntur.

Fursei] De quo idem citati, quibus & adiungitur Vsuardus, hac die.
 Huius vitam ex Beda, refert Surius, Tomo primo, de Sanctis, qui de eo,
 & fratribus diffusè agit, libro tertio, capit. decimonono, Historia An-
 glorum. Aimo item Monachus de gest. Franc. libro 1. c. 18. Ioan. Tritte-
 mus Abb. de vir. ill. Ord. S. Ben. lib. 3. cap. 86. cuius Natalē. 4. nonas
 Martij reponit. Vincentius in Speculo, libro 23. capit. 81. 82. & 83.
 Petrus in catalogo, lib. 11. c. 130. Fuscum, sed corruptè, uocitans: Mon-
 brius, Tomo primo, & alij. Fuit autem primo Abbas in Monasterio
 Chaobersburg in Prouincia Anglorum Orientalium temporibus Ann. &
 Regis, circa annum Domini 650. deinde Eremita, postremo Abbas La-
 tiniacensis apud Peronam Picardiæ, in Viromanduis Urbem, ubi sacri
 eius corporis exuuiæ digno honore reconduntur. Festiuitasq; eius, hac die
 à Monachis sub proprio Officio, & Hymnorum decantatione agitur.
 horum.

horum mihi copiam fecit Frater Claudius Peronensis, Monachus Sancti Amandi in pago Elnonensi Diœcesis Fornacensis, Cœgregationis Bursfeldensis, Ordinis S. Benedicti, quos ea ratione hic apposui, quod totam eius vitam sub compendio complectantur.

IN LAUDEM DIVI FURSEI ABBATIS

HYMNVS.

LAudes almi confessoris Fursei nox refera,
 Qui ad instar præcurforis matris intra viscera,
 Loquens aui nequioris arguebat scelera,
 Ille ferox opinatur quod falsa sit visio
 Triplex rogos apparatur, mater stillicidio
 Lachrymarum liberatur ignis ab incendio.
 Patrem fugit hæc prophanum sponfi Comes exulis
 Inde venit ad Brandanum, iubar eius oculis
 Nocte signum dat arcanum, affururi præfulis.
 Adolescens Monachatur gemellis infantibus
 Eius prece uita datur, regulam sequentibus,
 Illis mare transfretatur immeris corporibus.
 Vitæ reddit homo mitis Haymonis infantulum,
 Aperit que compeditis carceris ergastulum,
 Furorem matronæ ditis compescit per baculum.
 Migrat Sanctus ad coronam trina morte præuia,
 Erchenaldus ob personam eius, mouet prælia,
 Trahunt boues ad Peronam Dei prouidentia.
 Excæcata lumen bñum resumit incredula,
 Bibens aquam factam vinum, languens muliercula,
 Fert iuuamen repentinum per eius suffragia.
 Sit laus summæ Trinitati, honor, virtus, gloria,
 Qua det nobis vt beati Fursei solemnia,
 Affequamur laureati post mortem in patria. Amen.

ALIVS HYMNVS.

LÆta plaude Hibernia, latiniaci mœnia
 Choro coruscat iubilo, pulso mœrens nubilo.
 Clarum struit cœnobium, fratrum ponit consortium,
 Aqua scaturit baculo, sed fixo terræ in arido.
 Matrona vobis improba, Sancti supra Ecclesiam
 Gemit argenti millia, tam multa inquit perdit.
 Fursee lampas syderis, tui memor sis generis,
 In nos cum mors iam pendulum suum fuderit iaculum.

Clau-

Clausa natus de virgine, Iesu spei fons vnica

Cum Patre, & Sancto Spiritu pius saluet in transitu. Amen.

Foillani] De hac inuentione Molanus in Additionibus ad Vsuardum, & in indiculo SS. Belgij, hac die: de qua item agitur in vita S. Gertrudis Abbatisse, lib. 2. c. 11. Natalis eius celebratur die vltimo octobris.

Ioannæ] Cuius natalem hac die celebrari testatur D. Augustinus Florentinus partis secundæ hist. Camald. lib. 3. cap. 2. 2. qui eius vitam breuiter describit. Fuit Monialis S. Lucie in suburbio Balnei, obiitq; anno 1105. quiescit Balnis in Sacello nouo, cum hoc elegio.

Diuæ Ioannæ, ob patriam a peste uendicatam,

Oppidani, Vrnæ hanc erexerunt, & huc translata iacet.

Cuius item sepulchro Petrus Delphinus Generalis Camaldulensium perpetuus ultimus, carmen hoc apposuit,

Virgo beata iacet tumulo hoc præstans que Ioanna.

In corona nero Sacelli legitur,

Pro gratitudinæ beneficij, beatæ Ioannæ dicata.

Sancti Sulpitij Episc.] de eodẽ Ado in Martyrologio, hac die. De quo agit, & Tritemius de vir. ill. Ord. S. Ben. lib. 3. c. 81. & lib. 4. c. 55. Petrus item, sed die seq. ann. 634. in Catalogo lib. 2. c. 94. Hic ex Abbate Aulica factus est post S. Austregisilium tricesimus primus Bituricensis Ecclesiæ Præsul, quam cum annis 13. Sancte & pie rexisset, Obiit anno 647. Confunditur a plerisque, cum alio Sulpitio de quo die sequenti agemus.

DECIMO SEXTO CAL. FEBRUARI.

Rome, in Monasterio Sancti Andree, Sanctorum Monachorum Antonij, Meruli, & Ioannis, qui ex penitentia luctu, uocati sunt ad gaudia vitæ æternæ. Bituricas, depositio Sancti Sulpitij Episcopi, cognomento Pij, qui a pueritia Sacris litteris eruditus, & in disciplina institutus exercitatus, etiam laicus homo cum esset, omni virtute præluxit, postea Monachus factus, in cenobio S. Nicetij Lugduni, deinde Abbas, postremo Episcopus creatus, vitæ Religionis, & Sanctitate, miraculisque clarus quieuit in Domino.

IANUARI 17.

Antonij, Mer. Ioan.] De his mart. Rom. cum Baronio, & Galefinius hac die: de quibus & S. Gregorius lib. 4. Dialog. cap. 47. & Io. Tritemius de vir. ill. Ord. S. Ben. lib. 3. c. 21. 23. & 25. Petrus in Catalogo de Antonio, & Merulo c. 116. & 117. Floruerunt anno 380.

Sulpitij Episcopi.] de eodem Mart. Rom. cum Baronio Vsuardus, Molanus in annotat. ad eundem, Galefinius, Maiuolycus, & Felici, hac die. Petrus item in Catalogo lib. 2. c. 94. eundem hac die reponit, sed fallitur in

tur in æquiuoco nominis Sulpitij, hic enim de quo agimus præcessit in Episcopatu S. Austregisilum, ille uero de quo Petrus, eidem immediate in Episcopatu successit, reponiturque ab Adone die præcedenti, uti diximus. Sulpitij uita adfertur a Surio Tomo 1. Sed eodem in errore uersatur auctor, quo Petrus in Catalogo, dum dicit S. Austregisilo successisse. Cognomento Pij, discretus est a Sulpitio Senero Episcopo itidem Bituricensi, & S. Martini Episcopi Turonensis discipulo. Duos autem huius cognominis Pij, in Ecclesia Bituricensi sedisse, si auctoribus præcedenti die, & hac notatis credendum est, fateamur oportet, & hac quidem die, priorem, de quo auctores citati, præterita uero, de quo Ado, & Tritemius, alterum ex hac uita, migrasse: quorum primus concilio secundo Matisonensi interfuisse scribitur anno quarto Gunthrammi Regis celebrato, obijissetq; anno Christi 594. qui erat Regis Gallie Clotharij, huius nominis secundi, annus septimus; & Gunthrammi ac Childeberti Burgundie Regum, prioris 30. alterius uero 16. fueratq; prius Monachus & Abbas S. Nicetij Lugduni; quo in cænobio cum processu temporis, Sanctus Austregisilus monastium tam uitam duxerit, materiam erroris scriptoribus dedit, ut eum S. Austregisilo in episcopatu successisse dicant, & primum pro secundo non satis confederate accipiant. Sulpitius enim, de quo die præcedenti dictum est, fuit Abbas Aulicus, Sanctoq; Austregisilo in Episcopatu successit, ut in Catalogo Bituricensium Pontificum uidere est: at hic noster de quo nunc agimus, Remigio Episcopo successit anno Christi 587. ut Gregorius Turon. lib. 6. cap. 39. hist. Franc. annotat, & Episcopatu octo annis sancte administrato, successorem reliquit Eustasium, ut apud eundem uidere est lib. 10. cap. 26. Censura non modica indiget Demochares de Sacrif. miss. Tomo 2. capit. 24. qui putat hunc eundem esse cum Sulpitio Senero, quem & annis 16. sedisse refert, sed in his plus tribuimus Gregorio Turonensi.

DECIMO QUINTO. CAL. FEBRUARIJ.
TURONIS depositio Sancti Leobardi reclusi maioris Monasterij. In Britannia, Sancti Deicole Abbatis Sutrensis, discipuli Sancti Columbani, magnæ Sanctitatis uiri, Ferrariæ in Monasterio monialium Sancti Antonij, depositio Beatae Beatrix Estensis, quæ cum Azonis huius nominis Noni, Ferrariæ, Mantuæ, Veronæ & Angonæ Marchionis filia esset, ac Galeatio Manfredi, Vincentiæ & Verardini Domino coniugio copulara, eo mortuo arctiorem uitam sequuta, & in Monasterio Diui Antonij ab ipsa fundato, Deo dicata, in uita & post mortem miraculis claruit. Veronæ ex Como Sanctarum Liberatæ & Faustinae uirginum Sanctimonialium, & fororum.

I A N V A R I I 18.

Leopardi] De eo mart. Rom. cum Baronio, Molanus in *Additio. ad Vsuardum, Galefinius, Felici, & Maurolycus, hac die*. Eius vitam Gregorius Tur. de vita Patrum, cap. ult. quam adfert Surius, Tomo 1. de Sanctis, conscripsit. Vixit anno 583.

Deicolæ] De quo omnes auctores supracitati. Huius vitam breuiter describit Petrus in catalogo, lib. 2. c. 98. cuius & meminit Trittemius de vir. illust. Ord. S. Ben. lib. 3. cap. 61. Lutensis cænobij, pro Sutrensi, Abbatem constituens: & Vincentius in Speculo, lib. 23. cap. 2. 3. 4. & 5. Fuit primum Monachus Luxoniensis, deinde Abbas S. Martini Sutrensis. floruitq; temporibus Clotarij II. Regis Gallia circa annum Domini 590.

Beatricis] Quam hac die migrasse è monumentis illius Monasterij accepimus; Vitam Monasticam professa est anno 1254. die 25. Martij, ac 1262. obiit, vt testantur acta eius, & miracula, quæ ibidem in libro manuscripto asseruantur. De eadè agit Io. Baptista Giraldi in vitis Marchionum, & Ducum Ferraria; & quidam Monachus Paduanus, lib. 3. de rebus Euganeis, & Insubribus, ad annum 1263.

Liberatæ, & Faustinae] De quibus Tabule Veronenses, & antiqua monumenta Sanctorum Veronæ, hac die. Martyrologium item Romanum, cum Baronio, Molanus in *Addit. ad Vsuardum, Maurolycus, & Felici de Sancta Liberata* tantum. Tabule item Comensis Ecclesie, vbi earum acta asseruantur, quæ sub compendio recitantur ab Illustriss. & Reuerendiss. D. D. Augustino Valerio, S. R. E. Card. & Episcopo Veronensi, in præfato libro antiquorum monumentorum. Vitam cænobiticam duxerunt in Monasterio Sancti Ioannis Baptiste prope flumen Coxiam, non longe à Como ciuitate.

DECIMO QUARTO CAL. FEBRUARII.

Monasterio Corbionis, in pago Dorcasino, Sancti Launomari Abbatis, qui spiritu prophetiæ plenus discernebat denarios iniustos per usuram acquisitos, ab illis quos iustitia acquisierat, istos recipiendo, & illos respuendo. In Anglia, Sancti Vvolstani Episcopi Vvigornienfis, & confessoris, admirandæ sanctitatis & patientiæ viri.

I A N V A R I I 19.

Launomari] De quo Molanus in *addit. ad Vsuardum, Maurolycus, et Galefinius, hac die. Trittemius item de Vir. ill. Ord. S. Ben. lib. 3. cap. 251. Vincentius in Speculo lib. 21. cap. 83. & 84. Petrus in Catalogo lib. 2. cap. 104. in hoc corrigendus quod Launoniaticum, pro Launomaro* appellet. Huius vitam per eius contemporaneum descriptam, habet Surius

rius, Tomo 1. de Sanctis. Fuit primo Abbas Carnotensis in Gallia, deinde edificato Corbionis Monasterio anno 2. Chilperivi Regis Gallie, qui erat Christi 575. ibidem Abbatem agens, obiit.

Vuolstani.] De eo Molanus & Galefinius, locis citatis, hac die. Vitam eius edidit Senatus Brauonius Monachus Vuigorniensis, qui floruit anno 1170. cuius fragmentum adfert Surius Tomo 1. de Sanctis. Fuit autem Vuolstanus Monachus in cenobio Burgi Vuigorniensis ciuitatis, obiitque anno 1067. vt Surius placet, Episcopatus 34. etatis 87. Polydorus uero Virgilius in historia Anglorum, libris 8. 9. & 10. multa præclara de eius sanctitate scribens, ait eum ex hac vita migrasse anno 1096. cui assensit & Mattheus Vuestmonasteriensis in floribus historiarum, quam proximè, dicit enim Episcopum creatum anno 1061. & mortuum anno 1095. Episcopatus 34.

DECIMOTERTIO CAL. FEBRUARII.

IN Monasterio Cultusboni S. Laurentii, depositio Sancti Benedicti eiusdem loci Monachi, & Eremitæ, Ordinis Vallis Umbrosæ, cuius Sacri obitus signum dedere campanæ, humano destituta adiutorio, & niues, miraculo inaudito, in ea parte solum, qua sacrum deportabatur cadauer, seipsas liquefacientes, uiam deportatoribus præbuere: in cuius etiam ore, post spatium annorum trecentorum uiginti, Lilium quasi recens natum niue candidius, inuentum est.

IANVARI 20.

Benedicti] Istius Natalem hac die recolit, ex monumentis Reuerendorum Patrum Vallisumbrosæ in agro Bergomensis, didici, a quibus non modicum adiutus fui, in describendis sui Ordinis Sanctis, & Beatis. Obijt, ut annotant, anno Domini 1107.

DVODECIMO CAL. FEBRUARII.

IN Insula Sindles, Monasterio Augiensi, Sancti Meinradi Monachi, Eremitæ, & Martyris, qui cum de Abbatis sui licentia, ut quietius Deo uiueret, Nigram Siluam uiginti sex annis solitarius habitasset, tandem a duobus Latronibus in Cella occisus, martyrii palmam adeptus est. Camalduli in agro Aretino, depositio Beati Michaelis Florentini, & Eremitæ, Ordinis Camaldulensis, qui primus Coronam Domini, adinuenit, quam suis diplomatibus approbat, Leo X. & Gregorius XIIII. Romani Pontifices.

IANVARI 21.

Meinradi] De eo Mart. Rom. cum Bar. Molanus in addit. ad Vsuardum, & Galefinius hac die. Cuius vitam refert Surius Tom. 1. de Sanctis. Suauis iugo Christi colla submitit in cenobio diuitis Augiæ, sub S. Pirminio.

S. Pirminio Abbate; martyrio coronatus anno 860. Translatus postmodum a S. Vualthero Abbate. De eodem Tritemius agit de vir. ill. Ord. S. Ben. lib. 3. c. 209. & Hermannus Contractus in Chronico primo, & secundo, anno 861. & Sigebertus, anno 856. a quibus Meginradus appellatur.

Michaelis] Cuius vitam, simul cum Bulla Leonis X. de approbatione Coronæ Domini D. Augustinus Florentinus Monachus Camaldulensis in priori parte Historiarum Camaldulensium, lib. 3. c. 14. 15. 16. & 17. luculenter describit, & hac die obiisse refert anno Domini 1522. Plura de eo retulimus in descriptione ramorum arboris.

VNDICESIMO CALENDAS FEBRUARIUM.

Romæ ad aquas Saluias, Sancti Anastasij Persæ Monachi, & martyris, qui Cæsariæ in Palestina primum, deinde in Perside sub Cosroe Rege sæuissima passus, cum septuaginta socios in fluuenta demersos ad martyrium præmisisset, eos secutus, truncatus capite, martyrium consummauit. Eius caput Romam translatus est, vna cū veneranda eius imagine, cuius aspectu fugari Dæmones, morbosque curari, acta secundi Concilij Niceni testantur. Soræ in Campania Sancti Dominici Abbatis, virtute miraculorum insignis.

IANVARIUM 22.

Anastasij] De eodem hac die cæteri Latinorū. Græci autem, XV. huius mensis. Vltra illos auctores, quos Reuerendus Baronius ad Martyrol. Rom. citat, agunt de eo Tritemius de vir. ill. ord. S. Ben. li. 3. c. 68. Petrus in catal. lib. 2. c. 113. Vincentius in Speculo historiali, lib. 24. c. 14. Mōbritius, Tomo 2. de Sanctis. Flores Sanctorum Hispaniæ. Græci in Menologio, Hologio, & Euchologio, & alij infiniti. Fuit Monachus sub Abbate Anastasio Quarto ab Hierusalēmilliario, martyrio vitæ finijt anno Dom. 627.

Dominici] De quo Mart. Rom. cum Baronio, hac die. Obijt anno Domini 1031. ut testatur Leo Cardin. Ostiensis in Chron. Casinensi, lib. 2. cap. 62. Vixit annos fere 80. Soræ sepultus. Vitam eius composuit D. Alberticus Monachus Casinas, & S. R. E. Cardin. Diaconus, ut refert Leo Ostiensis in chron. Cas. lib. 3. c. 33.

DECIMO CALENDAS FEBRUARIUM.

Toleti, Sancti Ildephonsi Episcopi, qui ob singularem vitæ integritatem, susceptamque defensionem aduersus hæreticos, Dei Genitricis uirginitatem impugnantes, ab eadem candidissima ueste donatus est, ac demum sanctitate celebris in cælum uocatus. In prouincia Valeriæ, Sancti Martyrij Monachi, cuius Sanctus Gregorius meminit.

IANVA-

IANVARI 23.

Ildephonſi] De quo Mart. Rom. cum Baronio, Molanus in Addit. ad Uſuardum, Gaſſiniuſ, & Mauolyeuſ, ſub Alphonſi nomine, hac die. Vocatur à pleriq; etiam Illephonſuſ, & Hildephonſuſ: verior autem pronũciatio, vt ex Hiſp. monumentis apparet eſt Illephonſuſ. Fuit parentibuſ & genere clariffimũ, ex illuſtri familia Comitum de Orgaz, Monachus primũ, deinde Abbas cœnobij Agakenſiſ, ſucceſſit q; in Episcopatu Toletano S. Eugenio III. auunculo ſuo (qui ex Monacho Ceſarauguſtano ad eam ſedem aſcenderat) quem cum annis nouem, & duobuſ menſibuſ ſanctiſſimè rexiffet, anno Reccesvinti Regiſ, 18. Chriſti 667. migravit ad Dominũ. Eiuſ vita per Iulianum Pomerium Episcopum Tolet. antem, adfertur à Surio, Tomo 1. de Sanctis. De eodem copioſè agitur in flore Sancto- rum Hiſpaniæ, & in Theſauro Concion. Tom. 2. hac die. Eiuſ & memi- nere Rodericuſ Archiepiſcopuſ Toletanuſ, de rebus Hiſpaniæ, libr. 2. c. 22. Ioanneſ Vaſeuſ Brugeniſ in Chron. Hiſpaniæ, pluribuſ in lociſ. Franciſcuſ Tarapha de Regibuſ Hiſpaniæ in Rege Reccesvinto. Luciuſ Marinauſ Siculuſ, de reb. Hiſp. lib. 5. Didacuſ Valera, in Hiſpaniæ chronico par. 3. cap. 31. Ambroſiuſ de Moralibuſ in chronico Hiſpaniæ generali, lib. 12. cap. 39. & ſucceſſiſſe, ait S. Eugenio III. non autem II. vt male Reueren- duſ Baroniuſ annotavit: primuſ enim Eugeniuſ ut ex Vaſeo liquet, mar- tyrio coronatuſ eſt anno Domini 97. Secunduſ obiit anno 645. Tertiuſ de quo agitur cum Eccleſiam annuſ 12. ferè rexiffet, migravit anno 657. cui ſucceſſit Illephonſuſ: de cuiuſ rebus geſtiſ, & ſcriptiſ ſuperiuſ egimus, ſu- ſiuſ, in deſcriptione ramorum huiuſ Arboriſ.

Martyrii] De eodem Mart. Rom. cum Baronio, & Gaſſiniuſ, hac die; cuiuſ etiam meminit S. Gregoriuſ Papa, libr. 1. Dial. c. 11. & de alio item Sancto eiuſdem nominis, Hom. 39. in Euangeliã. Agit de eodem Petruſ in Catalogo, lib. 11. c. 98.

NONO CALENDAS FEBRVARI.

IN Pronincia Sureniſ, Sancti Surani Abbatiſ, qui eleemoſynarum largitionibuſ adeo intētũ erat, ut omnia bona monaſterij in uſuſ pauperum hilari mente expenderet; tandem ſimilibuſ operibuſ ple- nuſ à Longobardiſ occiſuſ migravit ad cœloſ.

IANVARI 24.

SVrani] De quo Mart. Rom. cum Baronio, hac die. Agunt de eodem S. Gregoriuſ libr. Dialog. 4. c. 22. & Trittemiuſ de uir. ill. Ord. S. Bened. lib. 3. c. 20. & Petruſ in catal. lib. 11. c. 113. Vixit in terris circa annuſ Domini 570.

OCTA-

OCTAVO CALENDAS FEBRUARII.

Aruernis Sanctorum Proiecti Episcopi, & Marini Abbatis, qui à proceribus eiusdē vr̄bis pro fide Christi grauit̄er uexati constanti fortiq; certamine palmam martyrij adepti sunt. Stabulei Monasterio Sancti Popponis Abbatis, admirandæ sanctitatis uiri.

IANUARI 25.

Proiecti] *Alias Praeieci, de quo Mart. Rom. cum Baronio, Vsuardus, & Molanus in Annotationibus ad eundem Galestinus, & Maurolycus, hac die. Huius uitam adfert Surius Tomo 1. de Sanctis. Hic ex Monacho & Abbate Monasterij Candidinensis in Aruernia factus est eius edis Episcopus, & martyr occubuit an. 670. ut refert Sigebertus in chronico. Petrus item in Catalogo, lib. 3. c. 22. amborum memoriam agit.*

Marini] Qui & Amarinus & Amerinus à multis appellatur, de quo auctores praefati hac item die, & Trittemius de uir. illust. Ordin. S. Ben. lib. 3. cap. 134. Fuit autem Abbas Claroangi in uilla Morago in Aruernia.

Popponis] De quo Molanus in Additionibus ad Vsuardum, & in Indiculo Sanctorum Belgij, hac die: cuius uita per Euerhelmum Abbatem Altimontensem eius cognatum descripta, refertur hac die à Surio, Tomo 1. de Sanctis: Trittemius item de uir. illust. Ordin. S. Ben. lib. 3. c. 242. eius memoria facit. Obijt Abbas Stabulensis iuxta Leodium anno 1048. etatis suae 70.

SEPTIMO CALENDAS FEBRUARII.

In territorio Parisiensi, Sanctæ Bathildis Reginae, sanctitate, & miraculorum gloria illustris, in cuius obitu speciosa diuini splendoris lux apparuit, & à circumstantibus uisus est Angelorum chorus ei obuiam uenisse, à quibus eius anima remigio alatum & manibus ad caelum deportata est. In Belgio, Monasterio Fossis, Sancti Goberti confessoris, qui in eodem loco quiescit. In Hispania Sancti Isauri Episcopi Aucienfis, qui sanctitate clarus quieuit in pace.

IANUARI 26.

Bathildis] *De qua Mart. Rom. cum Baronio, Vsuardus, & Molanus in annot. Galestinus & Maurolycus, hac die: Trittemius de uir. illust. Ordin. S. Bened. lib. 3. cap. 112. Aimonius de gestis Franc. lib. 4. cap. 42. & 43. Franciscus Belforestius in Annalibus Francorum lib. 1. cap. 36. & alij plurimi. Hanc reponit Petrus in Catalogo, lib. 3. cap. 59. die 3. calen. Februarij, sed hac die obiisse omnium ferè qui Martyrologia scripsere, consensus affirmat. Fuit uxor Clodouei II. Regis, quo mortuo Monasterium Calense, seu Chellense iuxta Parisum ingressa est, ubi ceteris ministrans*

reliquum vitæ transegit. Fundavit Monasterium Sancti Petri Corbeie in Gallia. Huius acta in Monasterio Rubrouallis integra asseruari, Molanus auctor est. Quod verò Tritemius loco citato dicat monialem fuisse Monasterij Valensii, errore id factum puto scriptorum seu librariorum, qui dictionem Valensem, pro Calensi, C, littera in V, mutata, usurparunt. Vixit anno Domini 670.

Goberti] De quo Malanus in Indiculo Sanctorum Belgij, & Galestinus, hac die. Videtur fuisse eiusdem cœnobij Fossensis Monachus, quod tamen adhuc pro comperto non habeo.

Isauri Episcopi] Sive Ansuri; cuius natalem, hac die, annotat Ambrosius de Morales in Hist. Hisp. lib. 16. ca. 3. & verum dicere constat ex Epitaphio huius Præsulis quod tale est.

En quem cernis cauea saxa egit compago sacra præsul
Isauri per omnia Illustrissimi viri. Affatim fuit dogma
sancta, & vita militavit clara. Non extitit anceps de Do-
mini vita, quia sic prorsus valerauit confessio pia. Sinens
cathedra prædicta, conglutinans se norma Monastica,
ibi que egit cuncta, qui Domino congruit, subsequens
Domini voce, requieuit in pace; in puncto namque sa-
cri corporis simul depositio, sub die VII. cal. Februarij.
Era DCCCCLXVI. ætate porrecta per ordinem sexta.

Durius aliquantulum sonat, sed ut erat descripsimus.

SEXTO CALENDAS FEBRUARII.

IN Monasterio Bobacensi, Sancti Mauri Abbatis, cuius vitam uir-
tutibus plenam, uir illustris ac Parricius Dinamius scripsit. Aure-
liano Sancti Adiuti, Abbatis in Carnutensi pago. Cellensi Mona-
sterio depositio Sancti Sulpitij Episcopi Baiensis, & confessoris.

IANUARI 27.

MAURII] De eo Mart. Rom. cum Baronio, Galestinus, Vsuardus, & A-
do sub nomine Marij, hac die: & sicut erratum est in equinoco pro-
prii nominis, ita & cœnobij, cum aliqui Bobacensem, nonnulli Beluacen-
sem, alij, ut Ado, Badonensem Abbatem constituent: sed librorum MSS.
& aliorum graniorum auctoritas uirorum, Bobacensem debere legi, nos
edocer. Agit de eodem Petrus in Catalogo, lib. 3. c. 32. Tempus quo floruit
mibi hætenus incognitum.

Adiuti] De quo Petrus in Catalogo, li. 3. c. 31. & Manolytus, hac die.
Hic fuit primo Monachus Mimatensis, deinde Abbas Carnutensis, sed
quo tempore non liquet.

Cellensi Monasterio] Quod est in Hannonia antiquissimum quatuor
mil-

milliaribus à montibus distans, fundatum à S. Gisleno Archiepiscopo A-
theniensi, & Monacho Basiliano, tempore Dagoberti Regis circa annum
Domini 640 sub nomine S. Petri Apost. & tunc cum Cella uocaretur, non
longè post ipsius S. Gisleni mortem denominationem ab eo iuncta cum Vrbe,
in qua constructum est Monasterium, Sancti Gisleni accepit.

Sulpitij] De quo Io. Molanus in Addit. ad Vsuarium, & in Indiculo
SS. Belgij, & Galestinus, hac die. Monachum hunc fuisse S. Gisleni, con-
iectura ducor illorum uerborum Patris nostri, que in Martyrologio il-
lius cœnobij legitur, sic enim habent, Deposito Sancti Patris nostri
Sulpitij.

QVINTO CAL. FEBRVARII.

Tornoduri in Rhemorum finibus in Monasterio Reomensi, de-
positio Sancti Ioannis Presbyteri uiri Dei, eiusdem cœnobij
Monachi.

I ANVARI II 28.

Reomensi] Sic habet Vsuarius, alij uerò ut Baronius, Rhemensem le-
gunt, hac ut reor, ex causa, quod in Rhemorum finibus situm sit cœ-
nobium istud. Reomagensem uerò, seu Reomensem debere legi ex Vsuar-
do, & Molano ad 17. calen. Maij didicimus.

Ioannis] De quo Vsuarius, Beda, Martyr. Rom. cum Baronio, & Ga-
lesinius, hac die. Gregorius Turon. de gloria conf. cap. 87. eius vitam de-
scribit Surius. Tomo 5. de eodem agit die 22. Septembris, quo vitam eius
ex MS. adfert.

QVARTO CAL. FEBRVARII.

Luniacensi Monasterio, Deposito Sancti Gelasij Papæ, huius
nominis secundi. Qui cum ex Monacho Sacri Monasterii Casi-
nensis ad Pontificij summi culmen prouectus esset, pro Ecclesiæ liber-
tate tuenda impiorum hominum factionibus, & maximè Henrici V.
Imp. agitatus, & ab eius assecclis etiã uerberibus indignissimè acce-
ptus, tum in ea iniuria, ut Christi uicariũ decebat, Christi mansuetudi-
nè præ se tulit; tum etiã Ionæ exēplo ad sedandã tempestatem pro-
pter se ortam, abiit in Galliam, ubi in eo Monasterio Pleuresi cor-
reptus uir sanctissimus diem clausit extremum, Pontificatus sui anno
primo, die quinto, Christi Domini, 1119. & in eodem sepultus est in-
tra Crucem & Altare post Chorum.

I ANVARI II 29.

Gelasij] Hac die obiisse attestantur, tum Chronicon Cas. lib. 4. ca. 66.
tum alij recentiores, qui de uicis Rom. Pontificum scribunt. Sancti-
tatis uerò eius testimonium ferunt, Dominus Petrus Diaconus, S. E. Rom.

Cardinalis in eo, quem de sanctis Monasterij Casinensis scripsit Libello, cap. 64. & Platina, in eius vita, Chroniconq; Cluniacense MS. in Pontio Abbate; quod apud me est. Plura de eodem reperies in descriptione nostra Cardinalium, & Pontificum, Ordinis Monastici.

TERTIO CALENDAS FEBRUARII.

A Pud Malbodium Hannoniæ Monasterium, Sanctæ Aldegundis Virginis, quæ tempore Dagoberti Regis Francorum, ex nobili genere progenita, uirginitatis propositum, Angeli admonitur, elegit: à quo ut in eodem perseveraret sepius confortata, nouissime cum magna claritate cœlestis luminis, ad uitam migravit æternam. In Buchonia Fuldensi Monasterio, Deposito Sancti Annichadi Scoti, Monachi reclusi, in cuius morte, ad eius declaranda merita, uisiones cœlestium luminum apparuere, & psalmodia ad eius sepulchrum diuinitus emissa audita est. Burgis in Hispania, Sancti Adelelmi.

IANUARI 30.

Malbodium] Est per celeberrimum nunc Oppidum Hannoniæ, & in eo Dominarum Collegium, Ordinis S. Benedicti, quarum Dominio ipsius oppidum subiecitur. Habetq; illius loci Abbatissa ius eudendi monetam plumbeam, quæ per totum eius Dominium expenditur.

Aldegundis] De qua Vsuarius, Ado, Beda, Martyrolog. Rom. cum Baronio, Molanus in Addit. ad Vsuarium, & in Indiculo SS. Belgij, Galestinus, & alij, hac die. Huius vitam ab Hucbaldo Monacho Elnonensi S. Amandi, descriptam, qui obiit 930. adfert Surius, Tom. 6. die decimo tertio Nouembris. Agit de eadē paucis sub nomine Andegundis Fræcisce de Rosieres, Tom. 4. Stemmatū Ducū Lotharingiæ, & Petrus Cratepolius, Minorita Coloniensis, in Libro quem composuit de Episcopis Germaniæ.

Ex nobili genere progenita] Fuit enim filia Sancti Vauberti huius nominis quarti, sexti Hannoniæ Comitum, & Berthildæ filie Bertharij Turingiæ Regis: egitq; primam Abbatissam Malbodiensis cœnobij, quod ipsa extruxerat; sororem habuit Sanctam Vvaldetrudem monialem Castriloci, de qua quinto idus Aprilis agemus. Flornit circa annos Domini 590.

Fuldens Monasterio] Quod est totius Germaniæ ditissimum, fundatum à Sancto Bonifacio Episcopo Moguntino, & Germanorum Apostolo circa annum Domini 760.

Annichadi] Quem hac die obiisse refert Io. Trittemius de uir. ill. Ord. S. Ben. li. 3. c. 244. In huius cella post modum S. Marianus Scotus decem annis inclusus habitauit. Moritur Annichadus anni 1043. De eo itaq; agit Cratepolius de Episcopis Germaniæ, sed reponit eum die Calendarum. Februarij, & Annuchardum uocat.

PRIDIE CAL. FEBRUARIJ.

Romæ, Deposito Sancti Stephani, huius nominis quarti, dicti Tertij. Hic sublato duorum Pontificum, de Romano principatu aduicem certantium schismate, Pontificatus sui initio, maxima Synodo in Basilica Lateranensi congregata, multas saluberrimas pro Ecclesia Dei constitutiones fecit, quas inter, illa fuit, vt nullus laicus audeat in summum Pontificem se eligi procurare, nisi qui per distinctos gradus Ecclesiasticos ascendens, Diaconus, Presbyter, aut Episcopus, factus fuerit. Synodum insuper Constantinianam de abradendis sacris imaginibus abrogauit, quas vbique locorum in templis restitui mandauit. Concilioque finito Deo Opt. Max. gratias retulit, supplicationibus ad hoc opus à Lateranensi Ecclesia, ad Sancti Petri Basilicam institutis, ipso Sancto Pontifice, omnibusque, qui tum aderant, nudis pedibus, maxima cum deuotione, & religione, incedentibus. Hisque bonis operibus plenus migravit ad Christum.

IANVARIJ 31.

Stephani] *Eum hac die obiisse testatur Panuinus in Epitome Pontific. Rom. & alij uitæ huius Pontificis scriptores. De cuius sanctitate pulcherrimum adfert testimonium Platina in eius uita. Reliqua eius acta, quorū tempore floruerit, require in descriptione hac nostra de Pontificibus, à Monachismo, ad summum Sacerdotium euectis. Maurolycus, & Felici de eodem, die 2. Augusti.*

FEBRUARIVS.

CALENDIS FEBRUARIJ.

Rataui in cœnobio S. Benedicti, Deposito Sancti Aufonii, cognomento Peregrini, Ord. Camaldulensis, qui exemplo S. Alexii, duabus sororibus suis, monialibus feruens, in cognitus ad mortem usque, permansit, & tandem bonis operibus plenus, quieuit in pace. In Castro Florentino, Sanctæ Verdianæ reclusæ Ordinis Vallis Umbrosæ, miraculorum gloria, & prophético spiritu, claræ.

FEBRUARIJ 1.

Antonij] *De eodem Camaldulensium Monachorum Tabula a Domino Senero Patauino Monacho S. Marci Mantuæ, ad me transmissæ, hac die. & Molanus in addition. ad Vsuarium die 30. Ianuarij; quo die similiter eum reponit Bernardinus Scardeonius historia Patauina lib. 2. classe. 6. ubi uitam eius breuiter describit. Mortalitatibus autem sarcina deposita, immortalitatis stola hac die, indutum fuisse*

Cc 3 da-

docent, cum Dominus Augustinus Florentinus Monachus Camaldulensis lib. 4. posterioris partis historiarum Camaldulensium cap. 11. ubi eius describitur vita: tum monumentum eius, quod videre est Patavij in templo Monialium S. Benedicti sic habens,

Hic iacet Corpus Beati Antonij Peregrini, Patavini, ex Manzororum familia nati, qui omnia loca Sancta visitavit, & defunctus est M. CC. LXVII. KAL. FEB.

Verdianæ] *Tabula Vallis Umbrosæ de eadem agunt hac die, & obiisse fertur anno Domini 1242. Sepulta est in Ecclesia sui nominis, non longe a prædicto Florentino Castro, unde originem ducebat.*

QUARTO NONAS FEBRUARII.

CAntuarie in Anglia, Natalis Sancti Laurentij Episcopi, qui post Sanctum Augustinum eam Ecclesiam gubernavit, quam Regis timore deserens, a Sancto Petro correptus, ac redire compulsus, Regem ipsum ad fidem convertit, redditaque pace Ecclesie obdormiuit in Domino. Eodem die Sanctæ Siharie Virginis Deo sacrata. In Germania, Sanctæ Hadelogæ Abbatissæ, innocentia & sanctitate conspicuæ.

FEBRUARII. 2.

L Laurentij] *De eo Mart. Rom. cum Baronio, Molanus in addit. ad Vsuardum, & Galefinius hac die. Cuius insignes laudes prosequuntur Beda in historia Anglicana lib. 2. cap. 4. 6. & 7. Et Polydorus Virgil. libr. 4. in principio historie Angliæ. Trittemius de vir. illust. Ord. S. Bened. lib. 3. capit. 59. & lib. 4. cap. 49. Catalogus Scriptorum Britannie, vitam eius a Gothzelino Sancti Bertini Monacho scriptam suis se narrat. Surius Tomo 2. de Sanctis, eius vitam refert ex historia Anglica Bedæ. Fuit autem illius civitatis Episcopus secundus, & floruit anno 620.*

Siharie] *De qua Beda. Molanus 16. & Galefinius hac die, ex MS. Hadelogæ] Fuit Abbatissa Rinckingenensis cænobij, cuius vitam breviter refert Trittemius de vir. illust. Ord. S. Ben. lib. 3. cap. 280. & hac die obiisse testatur.*

TERTIO NONAS FEBRUARII.

A pud Bremam Sancti Anscharij, primi eiusdem civitatis Archiepiscopi, qui autoritate sibi a Gregorio quarto, concessa, prædicans gentibus Euangelium, Suevos & Danos ad fidem convertit. Apud Visetum, Sancti Hadelini confessoris. In monte Castiloco, translatio Sanctæ Vualdetrudis viduæ. Traiecti Sancti Remaldi Episcopi & confessoris, cuius res admirandæ commemorantur,

ma-

magna cum illius sanctitatis testificatione. Apud Merbecam, de polo Sanctæ Berlendis Virginis.

FEBRUARI. 3.

A pud Bremam] De adunatione Bremensis, & Hamburgensis Ecclesie, extat Nicolai I. Bulla, apud Albertum Crantzium, Metropoli lib. 1. cap. 38. & 39.

Anscharii] De quo Mart. Rom. cum Baronio; Molanus in addit. ad Vsuardum, Ado, & Galefinius, qui Ansgarium legit, hac die. Ansgarium item nominat Iacobus Meyerus annalium Flandricarum lib. 2. ad annum 830. ubi se eius vitam scripsisse fatetur. Quam etiam literis mandavit Sanctus Rampertus Monachus Corbeiensis, ac eius in Episcopatu successor. De eo quoque Trittemius de vir. ill. Ord. S. Ben. lib. 3. cap. 208. & lib. 4. cap. 84. Albertus Crantzium in metropoli lib. 1. cap. 41. & 42. & in Saxonia lib. 2. cap. 25. & 29. alijsq; pluribus in locis. Ioannes Magnus Archiep. Upsalensis in Metropoli Vnsalia, lib. 1. cap. 1. Fuit autem Anscharius primo Monachus Corbeie in Gallia, deinde a Ludonico Pio Imp. anno 815. missus in Suetiam primus Upsalensis Episcopus factus ibidem ad annum usque 830. mansit, & triennio post ad Hamburgensem Ecclesiam regendam accessit; a qua postmodum iussu Sergij 2. Pontificis, ad Bremensem transit anno 844. quam rexit an. 21. ac tandem anno 865. obiit. Bremis sepultus, in Ecclesia S. Petri ante altare S. Mariæ Virginis.

Suevos & Danos] De horum populorum conuersione, vide explanationem nostram ad S. Anscharium, in quarto huius Arboris ramo.

Apud Visetum] Est oppidum Belgij, inter Traiectum, & Leodium situm.

Hadelini] De quo Molanus in addit. ad Vsuard. & in indic. SS. Belgij susius, & Galefinius hac die. Trittemius item de vir. ill. Ord. S. Bene. lib. 3. ca. 319. qui Adelmum, literis i & n, in m conuersis, legit. Fuit autem Hadelinus genere Aquitanus, & S. Remacli in cœnobio Stabuleri discipulus; quod cœnobium in Silua Ardenna situm, extruxerat Sigibertus Rex Francorum: Corpus eius sub Adulpho de Marca, Leodiensi Episcopo translatum in Oppido Viseto circa annum Domini 1338. floruit anno Domini, 670.

In monte Castriloco] Est in Metropoli totius Comitatus Hannonia, vocaturque nunc Mons siue Montes Hannonie.

Translatio Vualdetrudis] De hac Molanus in addit. ad Vsuard. & in Indic. SS. Belgij & Galefinius hac die. Transitus eius celebratur 5. Idus Aprilis.

Traiecti] *Ad Mosam scilicet, quod hodie Maſtrecht, appellatur, siue Traiectum Maius, ad differentiam ciuitatis Traiectensis in Hollandia sita.*

Remacli] *De quo Galeſinius solus hac die. Opinor autem translationem eius esse, cum eius depositio celebretur, tertio nonas Septembris, quo die fufius de eo agemus.*

Merbecam] *Iuxta Ninouem Flandriæ Ciuitatem in Brabantia, & Diœcesi Mechliniensi.*

Berlendis] *De eadem Molanus in addit. ad Vſuard. & in indic. SS. Belgii, & Galeſinius, hac die. Erat filia Odelardi, & Nonæ Sororis S. Amandi Episcopi, primum que sacri Velaminis habitum Morſellæ, suscepit; deinde impetrata licentia, Merbecam translata, in Ecclesia S. Petri conſenit, ac trigesimo deſiſitionis anno, per S. Aubertum Cameracensem Episcopum eleuata, ibidem in Ecclesia collegiata quieſcit. Floruit anno Domini, 640.*

PRIDIE NONAS FEBRUARIJ.

Remæ, Sancti Remberti Episcopi & confessoris, qui potens opere, & sermone, clarus miraculis quieuit in pace, cuius celebrior festiuitas recolitur vndecimo Iunij. Cœnobio Laubiensi, depositio sancti Vuilgisi Episcopi & Confessoris. Eodem die in Anglia Sancti Gilberti confessoris, qui Sempingamiæ quieſcit, in Monasterio quod ipse condiderat. Item, Sancti Christiani Monachi Cisterciensis, admirandæ sanctitatis uiri.

FEBRUARIJ 4.

Remberti] *De eo Mart. Rom. cum Baronio, Molanus in addit. ad Vſuardum & in Indiculo SS. Belgii, & Galeſinius, hac die, cuius uitam ex MS. adfert Surius Tomo 1. de Sanctis. Eandem celebravit uersibus Lyricis Iacob. Meyerus, ut ipse de se fatetur lib. 2. ann. Fland. ad annum 887. quo S. Rembertum obiſſe scribit. Huius item meminit Tritem. de uir. ill. Ord. S. Bened. lib. 3. cap. 210. & lib. 4. cap. 89. sed de eodem pluribus agit Crantzius Metropolis, lib. 2. capit. 2. 10. & 11. & alibi fufius. Fuit autem natione Flander, patria Turholtanus, quo in loco a primæ ætate uitam Monasticam duxit irreprehensibilem: sed à S. Anſchario Episcopo inde abductus, ac cœnobio Corbeiensi in Saxonia prælatus, eidem postmodum in Archiepiscopatu Bremensi successit, cui annis 23. præfuit ad patriam cœlestem translatus anno Domini 887. vel 888.*

Cœnobio Laubiensi] *Oppidum est Hannoniæ, non longè a Bimchis, in quo cœnobium istud fundatum est ab Hildulpho Duce circa annum Domini 620. ac ibidem primus Abbas, & Episcopus præfuit.*

V. vil.

Vvilgifi] Cuius mentio Molanus in addit. ad Vsuarium, hac die, et in Indiculo SS. Belgij, aliquanto fustius: quibus in locis Vlgisum, siue Vlgisum uocat: de eo item Trittem. de vir. ill. Ord. S. Ben. lib. 3. c. 2 § 6. fuit ut ex ratione temporum apparet, quintus illius loci Abbas, & Episcopus, floruitque anno Domini 740.

Gilberti Confessoris] de quo Molanus in addit. ad Vsuarium, hac die. Baronius item in Martyrol. Rom. Galefinus, Maurolycus, Felici, & Petrus in Catalogo lib. 3. c. 83. confundunt tamen cum Guiberto Gemblacensis cœnobij fundatore, qui a nullo unquam Gilbertus, sed semper Guibertus, Vricbertus, uel Vvibertus appellatur, ut uidere est apud Sigebertum in Chronico anno 962. & de vir. ill. c. 172. & Trittemium de vir. ill. Ord. S. Bened. lib. 3. c. 217. & Molanum ad diem 23. Maij. & 23. Septemb. & in Indiculo SS. Belgij. A quo item diuersus dies Natalicius ei assignatur, nempe 23. mensis Maij. & 23. mensis Septembris Eleuationi eiusdem consecratus est. Diuersum etiam esse hunc nostrum Gilbertum, ab alio Guiberto, seu Vricberto, ratio temporum manifestat: Floruit enim Guibertus Gemblacensis, ut ex Sigeberto, Trittemio, Molano, & alijs liquet anno Domini 940. mortuusq; refertur anno a Christo nato Nongentesimo sexagesimo secundo. Hic autem noster floruit anno Domini 1140. & a nemine aliter quam Gibertus uocatur, quem obiisse hac die rectè annotat idem Molanus, a quo fundator Ordinis Sempingamensis publicatur. Quod ipsum confirmat Dominus Hieronymus Pauli Barcinonensis in Prouinciali Ecclesiarum, impresso Romæ 1493. ubi loquens de Ordinib. sub Regula Diui Benedicti militantibus, sic ait, Gilbertus instituit Ordinem in Anglia sub Regula Sancti Benedicti, & post pauca, Ordo de Sempingam per Priorem solitus gubernari ad Romanam Ecclesiam nullo modo pertinentis, Ordinis sancti Gilberti de Sempingam Lincolmensis Diœcesis, uel Lincolnensis in Anglia. Hac ille. Quomodo autem, & quando, a quo, & ubi hic Ordo fuerit institutus, descriptio Chirographica Britannie, Anglie, Scotie, & Hibernie folio 425. hac aperit periodo. In Orientali Kestuenæ parte, quæ ad Hollandiam uergit, tendentibus in Boream ordine succedunt, primum Deping, id est, ut auctor est Iugulphus, profundum pratium, ubi Richardus de Rulos, Gulielmi conquæstoris Cameranus Vveilondum flumen fossato excludens quod sæpe inundauit, & ædificans super fossatum plurima tenementa magnam villam fecit. Deinde Buruc, Edmundi Regis inauguratione, & castro Vvaxorum notum. Postea Sempringham Religioso Ordine Gilbertinorum, a Gilberto loci Domino instituto celebre. Ille enim uir planè mirabilis.

lis.

lis, ut scribunt Monachi, & in custodia mulierum gratiæ singularis, anno a Christo nato 1148. contra Iustiniani Constitutiones, quæ duplicia Monasteria, id est uirorum simul & mulierum uetabant, uerû Eugeniî III. Pontificis Romani auctoritate munitus, ex uiris, & mulieribus sectam instituit, quæ ita excreuit, ut ipse tredecim cœnobiorum huius Ordinis fundamēta iecerit, & Gilbertinos Fratres 700. Sorores 1100. in suis Cœnobijs uiuus habuerit. *Hactenus illa descriptio. Huius item Gilberti uitam, Ordinisq; ab ipso fundati modum, breuiter describit Gulielmus Neubrigensis Anglicarum rerum, lib. 1. c. 16. Corrigende igitur sunt Annotationes Domni Cesaris Baronij, verbaq; illa, Qui Gemblacense Monasterium ædificauit ex Martyrologijs Galefinij, Maurolyci, & Felici abradenda.*

Christiani] *Huius uitam breuiter annotat Casarius Monachus Heisterbachensis, Ordinis Cisterciensis, illustrium miraculorum sui temporis, lib. Dialogorum. 4. c. 30. & hac die migrasse affirmat.*

NONIS FEBRUARII.

Gandauî, in Monasterio Blandiniensi Sancti Bertulphi Abbatîs & confessoris. Hic erga Deum, & proximû charitatis ardore accensus, in oratione frequens, in uigilijs assiduus, pauperum egestatis subuenire, peregrinos hospicio excipere, nudos uestire, omnibus uel consilio, uel consolatione, uel re prodesse studuit, sicque omni uirtute præluens obdormiuit in Domino. Cuius etiam sanctitas declarata est miraculis permultis, ad sepulchrû eius diuinitus editis.

Suessionis Sancti Vodali confessoris. In Wilixa, depositio Sanctæ Aleidis uirginis, & Abbatissæ miræ sanctitatis.

FEBRUARII 5.

Bertulphi] *De quo Molanus in Additio. ad Vsuardum, & in Indiculo SS. Belgij, & Galefinius, hac die. Cuius uitam ueteri stylo, Folcardi Abbatîs Gandensis iussu, exarata, elegantius reddidit Surius uelut in volum. 1. de Sanctis. Fuit autem genere Alemannus, & Abbas Sancti Dionysij in Rentiaco, Artesiæ oppido, Morinensis Diœcesis, circa annum Domini 600.*

Vodali] *De quo Molanus in Addit. ad Vsuardum, hac die. Cuius autem cœnoby Monachus fuerit, hactenus me latet.*

Adelheidis, seu Aleidis] *De eadem Molanus ibidem, hac die. Fuit autem prima Abbatissa Vilecensis, & Sanctæ Mariæ de Capitolio Colonia, cuius uitam eleganti stylo composuit Sancta Berta Monialis, soror Sancti Volfelmi Abbatîs, uti testatur Conradus Monachus in uita S. Volfelmi, die 22. Aprilis apud Surium, Tomo 2. Sanctorum. De ea item agit*

Agit Petrus Cratepolius de Episcopis Germanie: Erat filia Mengesi, & Gerbergæ Ducum Geldriæ, Floruit tempore Otonis III.

OCTAVO IDVS FEBRVARII.

IN Pabula Elnone Monasterio, Sancti Amandi Episcopi, cuius vita, & mors, plurimis extitit miraculis gloriosa. Hic Traiectensiu ad Mosam rexit Ecclesiam, & benedictione ab Aicario Episcopo accepta, in pago præter fluenta Scaldi fluij, cui uocabulum est Gandauum, uerbum Domini intrepidus annunciauit. Qui multorum miraculorū uirtutibus pollens, inter alia, fertur quod reo, cui ante mortem à sæuo iudice non potuerat uitam impetrare, post mortē, à Pio Iudice Deo, uitam impetrauit & salutem. In territorio Lössensi iuxta uillam Maestike, Monasterio Eixe, depositio Sæctę Relindis, seu Renulæ, secundæ illius loci post Sanctam Harlindim sororem suam, Abbatissæ, miraculis claræ. Traiecti ad Mosam, Festiuitas omnium Pontificum Traiectensium. Hirsangii Sancti Godofridi Comitiss Palatini, & Monachi.

FEBRVARII 6.

IN Pabula] Est oppidum Hannonia non longè à Fornaco, quod à denominatione cænobij S. Amandi ab ipso Sancto circa annum Domini 620. constructi, sub Regula S. P. Benedicti, Sanctus Amandus nunc appellatur. Ubi Amandi merita, & Monachorum pietas, multas pepererunt diuitias.

Amandi] De eo Martyrol. Romon. Beda, Ado, Vsuardus, & Molanus ad eundem, & in Indiculo SS. Belgij, Galestinus, Maurolycus, & alij, hac die. Petrus item in Catalogo, lib. 3. cap. 100. Io. Tritemius, de uir. ill. Ord. S. Ben. lib. 3. cap. 49. & lib. 4. cap. 135. Sanctus Antoninus, par. 2. Hist. Tit. 12. Iacobus Meyerus Annal. Flandriæ, lib. 1. pluribus in locis. Huius uirum à Milone Monacho olim contextam refert Surius, To. 1. de Sanctis. Fuit autē S. Amandus filius Sereni Ducis Aquitanie, & Monachus in Ogiâ insula, deinde Bituricis, ubi annis quindecim corpus mira abstinentia materauit. Factus est deinde Eungrorum Episcopus, an. 633. & post multos pro Ecclesia Dei perpeffos labores migravit è corpore anno 661. ut annotat Meyerus loco citato. Res eius gestas susius prosequuti sumus in descriptione rami quarti huius Arboris.

Relindis, seu Renulæ] De qua Molanus in Addit. ad Vsuardum, & in Indiculo SS. Belgij, hac die. Floruit Abbatissa in Eixe cænobio ab ipsa, & sorore constructo ad litus Mosæ fluminis, sub magisterio Sanctorum Uuillibrordi, & Bonifacij Episcoporum, circa annum Domini 750. Festiuitas omnium Pontificum] De qua festiuitate agit Molanus in Addit.

Addit. ad Vsuardum, hac die. Cum autem fuerint quatuor illius sedis Antistes ex choro Monachorum assumpti, Sancti videlicet, Amandus, Remachus, Confessores, Theodardus, & Lambertus martyres, antequam sedes Leodium transportaretur, & de his simul cum alijs sanctis Episcopi memoria recolatur, delicti reus ab omnibus iure reputari possem, si hanc celebritatem Patrum nostrorum sub silentio præterissem.

SEPTIMO IDVS FEBRVARII.

BInchij ex Laubijs, sancti Amoluuini Abbatis & Episcopi Laubijsis admirandæ sanctitatis uiri. Marcianis eleuatio corporis Sæcæ Rictrudis Abbatissæ. Fabriani, translatio Sancti Romualdi Abbatis institutoris Ordinis Camaldulensis.

FEBRVARII 7.

AMoluuini] *De quo Molanus in Addit. ad Vsuardum & in Indiculo SS. Belgij, hac die: à quo uocatur etiam Amuluuinus: & Amulbunus. Tritemius item de uir. ill. Ord. S. Ben. lib. 3. c. 262. & lib. 4. c. 203. à quo reponitur die septimo calen. Februarij, sed minus rectè. Fuit autem illius loci septimus Abbas Episcopus circa annum Domini 770.*

Eleuatio S. Rictrudis] De qua idem Molanus loco citato, & in Indic. SS. Belgij. Eleuata autem est cum filiabus duabus, Sæcæ scilicet Clotsenda, & Adalsenda, de quibus suo loco.

Translatio S. Romualdi] Huius meminit Dominus Augustinus Fortunius Monachus Camaldulensis in Libello, quem de translatione eius scripsit, cap. I. hac die. Facta autem est anno 1481. quando eius sacrum corpus translatum est à Vallecastro Fabrianum, ac in Ecclesia Sancti Blasii conditum.

SEXTO IDVS FEBRVARII.

Virduni in Gallia, Sancti Pauli Episcopi. Hic patria Augustudunensis, nobilibus parentibus ortus iuxta Treuerim apud Vosagum montem, qui & Gebenna dicebatur, primò uitam Eremiticam professus, Theologii deinde in cœnobio Sanctæ Mariæ, habitum Monasticum indutus, sanctitate, & doctrina ad Pontificatum apicem, quamuis inuitus, peruenit: & bonis operibus, omniumque uirtutum ornamentis fulgidus ad cœlos euolauit. Romæ, depositio Sancti Pelagii Papæ secundi, qui ex Monacho ad summum sacerdotium euectus, uerbo & exemplo oues sibi concreditas pascit; & morbo inguinario, qui tunc maximè Romæ sæuebat, extinctus ad cœlos euolauit. In Monasterio Montis Virginis, depositio B. Iodochi Palmerij, Ordinis Montis Virginis, sanctitate clari.

FEBRVA-

FEBRUARI 8.

Pauli] Cuius meminere *Martyrol. Rom. cum Baronio, Molanus in Addit. ad Vsuardum, & Galestinus, hac die. Trittemius item de vir. ill. Ord. S. Bened. lib. 3. cap. 238. Huius vitam à Berchario Presbytero, & donis Uirdunensis Episcopi iussu, scriptam, Surius retulit in volumen 1. de Sanctis. Agit de eodem Franciscus de Rosieres, Tomo 3. stemmatum Lotharingæ Historiæ capitali 48. Fuit autem Paulus non Frater, ut in eius vita apud Surium legitur, sed nepos S. Germani Episcopi Parisiensis. Episcopatus sui anno 29. migravit ad Dominum, Uirduni in Ecclesia sibi sacra sepultus. Hunc reponit Maurolycus, die sequenti, sed male. Electus est in Episcopum anno 621. obiitq; 648. fuitq; 13. eius sedis Episcopus.*

Theologii] *Quod antiquitus Tabuleium uocabatur, & est in honorem Dnæ Virginis Mariæ consecratum.*

Pelagij] *Huius mortem ex Panuino, & alijs quæ uitas Rom. Pontificum scripsere, hac die accidisse comperimus: cuius vitam si desideras, Platina aliosq; historicos Pontificios, consulo. De eius Monachatu diximus in descriptione Pontificum Ordinis Monastici.*

Iodochi Pal.] *Eius obitus ex Rota prophetica, quam composuisse fertur, acceptus est. Obiit anno 1553. Vocatur ab elijs Iordanus Dodijs Palmerius.*

QUINTO IDVS FEBRUARII.

Gandau in Blandinio ex Fontanella Monasterio, Sancti Ansberti Rothomagensis Archiepiscopi, qui zelo diuini amoris successus, sponfam suam Sanctam Angadrisinam relinquens in cœnobio Fontanellæ, Monasticæ uitæ propositum arripuit, ex quo ad regimè Ecclesiæ translatus, & post inuidorum perfidia, apud Pipinum Principem delatus, humiliter subiit exilii ærumnam in Altomonte Hannoniæ Monasterio, ubi etiam mortis quiete dormiens transiit ex hoc sæculo, anno Domini 695. In Monasterio Vallis Umbrosæ, beati Ericii Abbatis discipuli Sancti Ioannis Gualberti.

FEBRUARI 9.

Ansberti] *De eo Martyrol. Rom. cum Baronio, Molanus in Addit. ad Vsuardum, & in Indiculo Sanctorum Belgij, Galestinus, & Maurolycus, hac die. Petrus in Catalogo, lib. 3. cap. 108. Trittemius de vir. illust. Ord. S. Bened. lib. 3. cap. 95, & lib. 4. cap. 57. Huius vita ab Anfrado Monacho conscripta adfertur à Surio, Tomo 1. de Sanctis. Agit de eodem Vincentius Episcopus Beluacensis, in Speculo Historiali, lib. 23. capit. 99, & 100. Fuit illius sedis 22. Episcopus, quam rexit annos*

nos

nos 5. incepit sedere anno 677. pulsus anno 682. mortuus in exilio anno 695.

Ericij Abb.] *Tabula Vallis Umbrosæ, huius natalem hac die annotatum habent. Fuit quartus illius Ordinis Generalis, obiitque anno 1094.*

QUARTO IDVS FEBRVARI.

IN Monte Casino depositio Sanctæ Scholasticæ uirginis sororis Sancti Patris Nostri Benedicti Abbatis, qui eius animam instar Columbe migrantem è corpore uidit in cœlum ascendere. In pago Rothomagensi Sanctæ Austrebertæ uirginis, quæ beati Ausberti Episcopi soror, miraculis, & omni religionis uirtute celebris fuit. Eodem die Sanctæ Baldegundis Abbatissæ, Niuellæ translatio Sanctæ Gertrudis Abbatissæ. Patauii, Sancti Arnaldi, Abbatis Sanctæ Iustinae & martyris, qui cum octo annos, & tres menses in carcere tenebroso, & in uinculis consummasset, circiter septuagesimum uitæ suæ annum, hac die, qui tunc fuit primus dies Quadragesimæ, apud Alsti feliciter migravit ad Dominum. supra cuius carcerem ignea signa ad instar duarum facularum tamdiu steterunt, donec illa sancta & Deo dilecta anima carnis uinculo soluta est. Venetiis, in Monasterio Sancti Michaelis de Murano depositio beati Eusebii Hispani, Ordinis Camaldulensis, qui cum oratoris pro Rege Hispaniæ apud Serenissimam Remp. Venetam, fungeretur officio, spretis mundi illecebris, Monasticæ uitæ propositum arripuit, & cum in omni uita semper admiranda egerit, illud tamen præcipuè cōmemoratur quod ante mortem sexdecim totos dies nihil prorsus edens, nec bibens in Dei laudibus permanserit.

FEBRVARI. IO.

Scholasticæ.] *De ea Mart. Rom. cum Baronio; Ado, Beda, Vsuarius, Galefminus, Felici, Maurolycus, Tabula Benedictinæ, & alii omnes, hac die. Petrus in Catalogo lib. 3. cap. 110. Tritemius de uir. ill. Ord. S. Ben. lib. 3. cap. 4. Sanctus Gregorius lib. Dial. 2. cap. 37. & 38. Eius res gestas locupletius prosequitur Hylarion Veronensis Monachus in Supplemento histo. de uitis Sanctorum ad Iacobum de Veragine; & Mombertius Tomo 1. de Sanctis. Easdem uersibus mirabili artificio contextis, cecinit Paulus Diaconus Monachus Casinensis, quos nunquam antè impressos, Romæ constitutus, cum tertio Poematum libro D. Prosperi Martinengij, iussi excudi: cuius encomium idem Paulus eodem Carminis genere secundo, ut ipse de se fatetur, scripsit; hac ratione hoc loco a me appositum, quod illud nusquam adhuc extare sciam.*

O be-

Obenedicta soror Benedicti nomine Christi
 Eximique patris, o benedicta soror.
 Seria consilio, iam tunc uirguncula quamuis
 Calcatrix Cosmi, seria consilio.
 Sponsa decora Dei, niueis tu compta lapillis
 Lilia Sacra ferens, sponsa decora Dei.
 Appetis alta poli, tempstisti dulcia secli,
 Dindima perpetui, appetis alta poli.
 Cuncta perosa tibi, phœbi sub * lumine posta * iubare.
 Et malè suada soli, cuncta perosa tibi.
 Castalides proceres, præibas concita prædux,
 Illuminata ouans, castalides proceres.
 Virginal ecce tuum coniunxeras, edi, fortè, Christi, uel fratris
 Starer, ut inuulsum, virginal ecce tuum.
 Unguibus a teneris, mutans superna caducis,
 Victoriàmque tenes, unguibus a teneris.
 Ampla trophæa refers, arctes, spudela, satelles,
 Filia virgo syon, ampla trophæa refers.
 Versibus heroicis, aliàs castissima laudes,
 Scripsimus ecce tibi, versibus heroicis.
 * Quis liquido paruit, meritorum lumine tacto, * Quis
 Perfectum cunctis, quis liquido paruit
 Sufficiat precibus, germanum uincere uotum,
 Inuictum cunctis, sufficiat precibus.
 Scribere nunc superest, natalem uoluere penna,
 Scandere quo iussa es, scribere nunc superest.
 Virgo Beata die subisti lumina cœli,
 Mense Numæ in decimo, Virgo Beata, die. Amen.
His adiunctus erat Senarius cuiusdam Germani in laudem eiusdem Vir-
ginis cum ad Limina B. P. N. Benedicti ex Germania uenisset, compo-
situs, sic habens,
 Dulcis adesto meis, præclara camœna labellis,
 Permixtisq; modis, dulcis adesto meis.
 Promere quo ualeam, semper sine fine beatam,
 Virgineumq; decus, promere quo ualeam.
 Pncuma Columba uolat, nec non tibi munere spirat,
 Prodigia dona ferens, pneuma Columba uolat.
Pulcherrimum Hymnum de eadem composuit Albericus Diaconus
S.R.E. Card. hoc referente Petro Diacono in lib. de vir. ill. Montis Casti-
ni,

ni, cap. 21. Reperitur, & alius de eiusdem laudibus D. Prosperi Martine-
gij uerso 7ambico, in tertio suorum Poematum volumine. In eius festo
Homiliam habuit Beda, quæ extat in Tomo septimo Operum eius. Alte-
ram sic incipientem, Audistis Fratres charissimi, declamauit presatus
Albericus, tertium uero, tali principio, Ab antiquis & maioribus, com-
posuit quidam deuotus Monachus Anonymus: & quartam S. Bertharius
Abbas, & Mart. cuius initium est, Lectio S. Euangelij Fratres: quibus
adiunctus est Sermo eiusdem huiusmodi exordio, Virginis Domini vi-
tam: Sermonem tamen Sancti Brunii, quem citat R. D. Cesar Baronius ex
cap. 34. Petri Diaconi de uir. ill. Montis Casini, quamuis ille apud me
extet MS. adhuc minimè uidisse, ingenue fateor. Prefata autem omnia
superius citata reperiuntur Casini MS. in libro quodam in quarto folio,
inter libros deputatos Camera R. Domini Abbatis. Obijt hæc sacratissi-
ma Virgo eodè, quo S. P. N. Benedictus, anno, qui erat à Christi Natiuitate
542. uel 543. in Cœnobio suo Sanctæ Mariæ de Plumbariola, quam
in sepulchro quod sibi parauerat, sepeliri iussit, ut sicut eodem die, & par-
tu nati, spiritu, & conuersationis modo fuerant coniuncti, ita, & post mor-
tem, nec corpore separarentur.

Austrebertæ] De qua Mart. Rom. cum Baronio, Vsuardus, Galef-
nius, & Maurolycus, sub Austroberga nomine, hac die, Petrus in catalo-
go lib. 3. c. 112. Huius uitam reperire licet apud Surium Tom. 1. de San-
ctis, ab eius equali conscriptam. Fuit prima Pauliacensis apud Rotho-
magum Abbatissa, uixitq; tempore Regis Dagoberti circa an. Dom. 640.

Baldegundis] De qua Molanus in addit. ad Vsuardum hac die: cuius
gesta me latent.

Translatio S. Gertrudis] Cuius meminit Molanus in Indic. Sancto-
rum Belgii, ubi hanc hac die celebrari testatur.

Arnaldi] Ex Calendario pernetusto S. Iustine de Padua, & Chronico
quodam de rebus Euganeis, & Ecelini de Romano tyranni rebus gestis, à
Monacho S. Iustina Anonymo lib. 3. descripto, huius depositionem hac
die a fidelibus recoli, accepimus. Huius uita & res gesta ab eodem Mo-
nacho Anonymo citato, ab anno Domini 1246. quo captus refertur San-
ctus iste Abbas, ab impio Ecelino; ad annum 1255. declarantur. Ca-
ptus autem refertur lib. 1. circa finem in die S. Bricij Episcopi simul cum
fratre suo, & lib. 2. Statim in principio mors eius preciosa describitur. Ean-
dem breuiter recenset Bernardinus Scardeonius in historia Patruina lib.
2. Classe. 6. Obijt septuagenarius, ad eam usque ætatem in Virginitate per-
durans. Fuit autem ex nobili familia Cathanea, & Regia stirpe comitum
Liming clarus. Delatus post mortem ad suum S. Iustine cœnobium, ibidem

in arca aliorum duorum Abbatum eiusdem Stemmatis, ubi sequens Epitaphium uidetur, sepultus est.

Inclita gens Liminæ, regalia stemmata quondam,

Edidit Abbates, quos tegit vna duos.

Christe precor Iacobum, cœlo tua iustret aperto

Lux: & Odoricus sit super astra simul.

Anno autem 1562. die 14. Martii in solenni illa Sanctorum illius cœnobii translatione, in altari eius nomini dicato ad sinistram partem chori, reconditus est.

Eusebii] De quo tabula Camaldulenses ad me transmissa, hac die. Huius vitam in quarto libro secunda partis historiæ Camaldulensium Hylo sacundo describit Dominus Augustinus Florentinus cap. 24. Obiit hic Sanctus anno 1501. etatis sue 51. & sepultus est Murani in suo cœnobio cum hoc Epitaphio, ab Aldo Manutio composito.

Lector parumper siste, rem mirari leges.

Hic Eusebii Hispani Monachi corpus situm est.

Vir undecumque qui fuit doctissimus.

Nostræque uitæ Exemplar admirabile.

Morbo laborans sexdecim totos dies,

Edens, bibens nihil profus, & usque suos monens,

Deum adiit. Hoc scires uolebam: Abi, & Vale.

TERTIO IDVS FEBRVARII.

IN Castro Nantonienſi Sancti Seuerini, Abbatis Agaunenſis Monasterij, cuius precibus cultor Dei Clodoueus rex à diuturna infirmitate liberatus est. Lugduni, depositio Sancti Desiderij Episcopi, & Confessoris, sanctitate admirabilis.

FEBRVARII II.

Seuerini] De quo Mart. Rom. cum Baronio, Vsuardus, & Molanus Sin annotationibus ad eundem, Galeſinius, & Maurolycus hac die. Petrus in Catalogo, li. 3. c. 115. eius memoriam recolere refert die sequenti. Vitam eius scripsit Faustus eius discipulus quæ redacta in compendium refertur a Surio in Tom. 1. de Sanctis. Eiusdem memoriam agunt Tritemius de vir. ill. Ord. S. Ben. lib. 3. c. 257. & Vincentius Beluacensis in Speculo historiæ, lib. 2. c. 21.

Desiderij Episcopi] De quo Vsuardus, Maurolycus, & Felici, hac die. Numeratur à Demochare de sacrif. missæ, Tomo 2. c. 27. quadragesimus primus Lugdunensis Episcopus, secundum catalogum Leonardi Saxraceni, nam Campegius illum omittit: claruitq; anno Domini 680. & uitam Monasticam primum professus fuerat in Monasterio Luxouienſi.

D d Baronius

Baronius hunc putat Viennensem Episcopum, & martyrem, at hac in re plus tribuimus diligentissimo Molano, & alijs, qui die 23. Maij passum referunt; hic enim noster confessor migravit in Cælum.

PRIDIE IDVS FEBRVARII.

BRixiæ, Sancti Constantij Brixienfis, Episcopi, Ordinis Humiliatorum, admirabilis sanctitate viri.

FEBRVARII 12.

Constantij] *Ex Catalogo Sanctorum illius Ordinis à quodam R.P. Humiliato à Brixia ad me transmissio istius Sancti festiuitas hodierna, mihi innotuit, de quo nihil quod dicam habeo, nisi quod hac die gloriosus migravit ad Dominum.*

IDIBVS FEBRVARII.

Romæ, Sancti Gregorij secundi Pontificis Romani, qui pietate doctrina, religione, & morum honestate præclarus, in Pontificatu ita se gessit, ut non solum Romanæ urbi fructuosissimus fuerit, templis præsertim, ac cœnobijs ædificandis, verum etiam reliquæ Ecclesiæ, ac potissimum Germaniæ, ad quam Sæctum Bonifacium Monachum destinavit, eiusque prouinciæ primitias, ita libenter suscepit, ut etiam sua manu baptizare voluerit. Urbis mœnia vetustate collapsa instauravit; aquas fistulis compaginatæ hominum incuria vitiatas, relictis parietibus introduxit. Ecclesiâ principis Apostolorum, Laurentij martyris, ac Sanctæ Crucis anno sitate quassatâ restituit, & Susannæ in Monte Calio oratorium a fundamentis extruxit; aliasque, muneribus tum aureis, tum argenteis exornauit. Cœnobium item, vnum in uia Ostiensis, alterum Beati Andree Barbaræ nuncupatum, dispositis Monachis qui die noctuque laudes Deo canerent restituit: domumque paternam Monasterio extructo, in honorem Sanctæ Agathæ virginis, & martyris dedicauit, ac Imperatori Leonis Isaurico Iconomacho, ob cultum sanctarum imaginum, viriliter restitit, suoque exemplo omnes ad virtutem, & sanctimoniam excitans, in Christo pacifice obdormiuit. In Britannia Sanctæ Ermenildæ viduæ sanctimonialis. Eodem die depositio Sancti Stephani Ermitæ, qui Grandimontensis Ordinis extitit fundator deuotus. Item alterius Sancti Stephani, Abbatis Reatini, cuius Sanctus Gregorius meminit. Patauij ad Sanctum Prosdocimū, obitus beatæ Eustochiæ virginis sanctimonialis, quæ ex Monachæ sacrilego partu, ut rosa ex spinis, effloruit, & a pessimo demone vsque ad extremum vitæ fatigata, inuicta animi paciētia omnia superauit: ex cuius tumulo limpidissima aqua statis quibusdam diebus, scaturire cernitur, ex cuius

potu

potu innumerum mortales è grauiſſimis ægri tudinibus conualeſcunt. Tanta in hac uirgine contemptus mundi fuiſſe legitur, ut cum audiret Venetijs regias nuptias Catharinæ Cornelie, Georgij uiri Clariffimi ſororis Reginæ Cipri maximoſum ſumptibus, & omni magnificentiæ genere fieri, tanto que conuiuioſum apparatus, tanta que pompa choreatum, & tanto ueſtium ſplendore, ac gemmarum, & mundi muliebris omnis generis, quanto ferè nunquam alibi factum fuerit, ſubridens dixerit, Aerumnas, luctumque meum, & dolores, quibus aſſidue premor, omnibus iis gaudijs, & uoluptatibus non commutarem. Pro certo aſſerens ſe in hac uita malſe pro Chriſto angriſſimis corporis cruciatibus, quam immenſis huiuscemodi mundi gaudijs, & momentaneis uoluptatibus, breui, cum aliquo animæ detrimento potiri. Herbiſopolis Sancti Chilianii Epifcopi, & martyris, cuius martyrium octauo die Iulii plenius recolitur.

FEBRUARI 13.

Gregorij ſecundi] *Huius meminere Mart. Rom. cum Baronio, Beda, Addo; Molanus in Add. ad Vſuardum. Galeſinius, & Maurolycus hac die. Trittemius de uir. ill. Ord. S. Ben. lib. 3. c. 161. Huius uitam deſcribit Platina, de eodem innumerum alii ex profeſſo tractant, maxime qui de uitis Rom. Pontif. ſcripſere. Quod fuerit Monachus Ordinis Sancti Benedicti, ultra Trittemium loco citato, confirmat Hieronymus Plata Societatis Ieſu, lib. 2. c. 28. de bono ſtatuſu religioſi: in quo tamen canobio profeſſionem emiſerit, nondum mihi liquet.*

Ermenilde uiduæ] *Alias Ermanilda, & Hermenilda; de qua Molanus in Addit. ad Vſuardum, hac die. Agunt de eadem Continuator Bedæ, lib. 2. c. 33. qui Ermenchildam uocat. Polydorus in Hiſt. Angl. lib. 4. Vincentius Beluacenſis in Speculo, lib. 25. c. 32. & Petrus in Car. lib. 11. c. 67. Fuit uxor Volferrii Merciorum Regis, et filia Ercomberti Regis Cantia, ac Sexburgæ Reginæ, & Abbatiffæ Elingenſis, cui in regimine Abbatie ſucceſſit anno Domini 703. Viro enim ſuo uiam uniuerſe carnis ingreſſo, eodem in canobio Deo ſe deuouerat, una cum filia ſua S. Vereburga, anno Chriſti 676.*

Stephani Eremitæ] *De quo Molanus in Addit. ad Vſuardum, Mauroly. & Felici, hac die. Petrus in catalogo, li. 3. c. 120. Volaterranus, lib. 20. Vincentius in Spec. lib. 25. c. 46. 47. 48. 49. & 50. Fuit Aruernus genere, Stephani nobilis filius, qui cum probè didiciſſet Diui Benedicti P. N. inſtituta per ſpacium annorum duodecim, à Molone Beneuētane ciuitatis Præſule, anno ætatis ſuæ 30. Chriſti 1006. Ordinem ſuum fundauit in Aquitania prope Lemouicos; obiitq; ſenex octogenarius, uti explicauimus*

D d 2 mus

mus in Tractatu de reformatoꝝ Ordinis Monastici, in corpore Arboris.

Stephani Abb. Reatini] Cuius memoriam agunt, Mart. Rom. cum Baronio, & Galefinius, hac die. Petrus in Catalogo, libr. 3. c. 121. necnon & S. Gregorius Papa, Dialog. lib. 4. c. 19. & Hom. 3. 5. in Euangelia.

Eustochiæ virginis] De eadem agit Molanus in Addit. ad Vuarum, hac die eius vitam breuiter describit Bernardinus Scardeonius in Hist. Patruina, lib. 2. classe 6. Fuit monialis ad S. Prodocimum, oblata Deo anno ætatis suæ 7. uestita anno 10. professa anno 20. mortua anno 25. quæ erat à Christi natiuitate 1469. Res eius gestas recenset Petrus Barocius Episcopus Patavinus, & multa de eadem composuit Latino & Vulgari sermone Hieronymus Saligerius illius cænobi tunc Confessor.

Chiliani] Galefinius solus inter omnes qui Martyrologia scripsere, huius Sancti hac die meminit, sed cum eius dies Natalis die octauo Iulii ab omnibus recolatur, de quo ibidem plenius agemus, opinor præsentem festiuitatem, Translationis illius esse, quam fecit S. Burchardus secundus à S. Chiliano illius Ciuitatis Episcopus, de qua item agit Baronius die 8. Iulii et Demochares de Sacrif. Missæ, Tomo 2. c. 35.

DECIMOSEXTO CAL. MARTII.

A Pud Surrentum Sæcti Antonini Abbatis, qui è monasterio Casinensi a Longobardis deuastato, in solitudinem eiusdem Verbis secedens, ibidem sanctitate celebris, obdormiuit in Domino; cuius corpus multis quotidie miraculis, & præsertim in liberandis enegumenis effulget.

FEBRUARI 14.

A Ntonini] De quo Mart. Rom. hac die: De cuius rebus gestis nihil aliud habemus, nisi quæ R. Baronius in Annotationibus ad Mart. Rom. citat.

DECIMOQVINTO CAL. MARTII.

A Pud Casinum, Sancti Fausti Monachi, discipuli Sancti P. N. Benedicti, qui aliquandiu in cænobio Andegauensi, sub Sancti Mauri Abbatis disciplina religiosè conuersatus, eo mortuo Romam reuersus, bonis operibus plenus quieuit in pace. Eodem die Translatio Sancti Petri de Morone, qui fuit Papa Cælestinus quintus.

FEBRUARI 15.

F austi] De quo Galefinius, Felici, et Maurolytus, hac die. Petrus in Catalogo, libr. 3. c. 128. Tritemius de vir. ill. Ord. S. Ben. lib. 2. c. 2. et lib. 3. c. 3. Petrus diaconus de vir. ill. Montis Casini, cap. 3. & lib. de sanctis eiusdem cænobi, c. 6. Leo Episcopus Ostiensis, lib. 1. c. 3. Historiæ Casinensium Obijt.

Obijt circa annos Domini 620. in Monasterio Lateranensi, sepultus. De eo & Vintentijs in Speculum hist. lib. 21. c. 68. & 69.

Translatio S. Petri] De qua tabula R. Patrum Monachorum, Ordinis Celestini hac die. Has pro sua in me humanitate, mihi communicauit Dominus Prior cœnobij sancti Christophori eiusdem Ordinis Mantuæ.

DECIMO QUARTO. CAL. MARTII.

IN ciuitate Vuerdensi, Sancti Tanconis Episcopi, & martyris. Hic primum Monachus, deinde Abbas Monasterii Amarbarienseis in Scotia, vnde originem trahebat, martyrii consequendi desiderio inflammatus, in Saxoniam ad populum natura ferociorem contendit, vbi S. Partoni in Pontificatu Ecclesiæ Vuerdensis successit: & tandem immanis populi furore, cuius vitia repræhendebat, crudelissimè trucidatus, per martyrii palmam ad Christum migravit.

FEBRUARII 16.

TAnconis] sine Tattonis. Huius quidem natalem reponit Crantzius Metrop. lib. 1. cap. 22. die xvii. Calendas Martii: qui cum in mense Februario non reperitur, arbitrari sumus mendum esse in impressione, & xvii. additum pro xiiii. facile enim est ex punctis. ix. litteram. v. constituere: hac igitur coniectura ducti presentem diem, qui proprio patrono carebat, huic assignauimus: de quo agit & Loslaus, lib. 5. hist. Scottorum. & liber de Episcopis Germaniæ vbi de eius canonizatione plura, & Molanus in appendice ad Vsuarium: fuit Episcopus Verdensis tertius: floruitq; circa annum Christi 800.

DECIMOTERTIO CAL. MARTII.

IPso die Monasterio Sithiu, in pago Teruanensi, sancti Siluini Teruanensis, Tolosane ciuitatis Episcopi, admirandæ pietatis. In Monasterio sanctæ Trinitatis Cauæ, depositio sancti Constabilis Abbatis, miraculis clari. In Sardinia S. Benedicti Episcopi Sardinie, qui ab Abbate Casinensi ad eam insulam, Rege rogante, missus populum sibi commissum sanctissime rexit. In Gallia sancti Seuerini Abbatis & Confessoris. Item translatio sancti Lupiani Confessoris.

FEBRUARII 17.

Monasterio Sithiu] Est Monasterium percelebre, in territorio Taruanensi, a sancto Bertino fundatum, circa annum Domini 680. quod iam ab ipso sancto nomen Sancti Bertini obtinet in Ciuitate sancti Audomari Morinorum Episcopi, quæ ciuitas antea erat oppidum paruum & satis ignobile.

Dd 3 Silui-

Silvini] De quo omnes superscripti hac die. Cur autem uocetur ab **7.** **suardo** Taruanensis Episcopus rationem reddunt **Molanus** in **Indic. Sanctorum Belgij**, & **Baronius** in **annotat. Marty. Romani**. Corrigendus est **Maurolycus**, qui corruptè satis **Cremonensem** eum Episcopum appellat. Obijt in **Alciaco** cœnobio anno **715**. ubi est **Abbatia sancti Silvini**. Corpus eius in **sancto Bertino** quiescit, in quo antea putatur vitam egisse **Monasticam**.

Constabilis] Ex monumentis **Sacri Monasterij Cauensis**, a **Domno Alexandro Neapolitano** viro docto, & pio ad me transmissis, & **Appendice**, ad **Tom. 6. de Vitis sanctorum Suriy**, **Fratris Iacobi Mosanderi Carthusiani**, huius nobis **Natalis** innotuit. Eius vita habetur in **Cauensi Bibliotheca Longobardis** characteribus in membranis descripta à **D. Ioanne Capuano**, quam adfert idem **Mosander Tomo 3. de Sanctis**. Fuit autem natione **Lucensis**, & quartus illius cœnobij abbas, creatus ann. **1120** presuitq; laudabiliter anno **1.** si eius **Epitaphio** credimus. **Mosander** dicit eum obiisse anno **1138**. **Alexander** uero anno **1124**. sed in ambobus mendum esse ex eius creatione, et gubernatione apparet, cum enim creatus fuerit anno **1120**. & presuerit solum anno **1.** ut testatur presatus **Ioannes Capuanus** hoc disticho,

Quartus **Constabilis** puer inclytus, & uenerandus
Ecclesiam rexit uno feliciter anno,

Inferatur necesse est, eum mortem obiisse anno **1121. uel 1122.** ad summum, obiit enim **Abbas**, nec de abdicatione, seu resignatione, quidquam eius vita loquitur. Corrigendi igitur videntur hac in parte, presati scriptores. **Fusus** de rebus eius gestis loquitur idem **D. Alexander** in **Chronico Monasterij Cauensis MS.** à capite **98.** ad **120.** sepultus est non procul a **Cauensi sacra Cripta**, eiusq; **Natalis** quotannis sub **Duplicis** maioris officio ab eius **Monasterij cœnobitis** summa celebritate peragitur.

Benedicti] Huius **Natalem** habuimus ex **calendario** perantiquo **Bibliothecæ Montis Casini**, litteris **Longobardis** exarato, cuius vitam breuiter descripsit **Petrus Diaconus** in libro de **Sanctis Monasterij Casinensis**, cap. **36.** seu **38.** secundum aliud exemplar. Agit pauca de eodem idem **Petrus** in **Chronico Casinensi** lib. **4. c. 7.** ubi se librum de **Miraculis** eundem scripsisse fatetur. **Vixit** anno **Domini 1090.**

Seuerini] de eodem **Galesinius** hac die. Cuius autem cœnobii **Abbas** fuerit, quoye claruerit tempore nondum reperi.

Lupiani] Cuius meminere **Molanus Galesinius**, & **Maurolycus** sub **Lupiniani** nomine, hac die.

DUODECIMO CAL. MARTII.

Toleus, Sancti Helladij Episcopi, & Confessoris, qui ex amico Monachus in Monasterio Agaliensi factus, Aurasio in Episcopatu successit, & ex eplo vitæ, ac scriptis clarissimus eluxit. In Monasterio sancti Georgij in Alemannia, sancti Manegoldi Abbatis & martyris, qui à quodam Monacho suo crudeliter occisus, martyrij coronam accepit.

FEBRUARIJ 18.

Helladij] De eodem Mart. Rom. cum Baronio hac die. Huius vitam adserit Alfonso de Villegas in flore sanctorum Hispanie, hac item die. Refert & de eo pulchro elogio multa, Sanctus Ildephonsus in libro suo de vir. illustribus MS. c. 8. quod reperire licet apud Baronium in annot. huius diei. De rebus etiam eius gestis nonnulla referunt Rodericus Toletanus, lib. 2. c. 17. Ioannes Vascus in Chronico ad annum 616. Ambrosius de Moralibus Universalis historia, lib. 12. cap. 18. fuit autem Agaliensis canobii Monachus, & Abbas secundus, successoresq; habuit in Abbacia regimine sanctos Iustum, Ildephonsum, Eugenium, & Julianum, omnes postea Episcopus in idē Toletanos. Obiit anno Christi 624. regiminis sui 18.

Manegoldi Abbatis] Huius martyrium hac die annotat Bertholdus Constantiensis in appendice ad Herm. Contractum: quod euenisse narrat anno Domini millesimo centesimo.

VNDICESIMO CAL. MARTII.

IN Monasterio Camera Ordinis Cisterciensis in Gallia, depositio sancti Bonifacij Lausanensis in Burgundia Episcopi, natione Bruxellensis, cuius vita, virtutibus plena refulsit.

FEBRUARIJ 19.

Bonifacij] De eo solus Molanus in additionibus ad Usuardum hac die. Quiescit in eodem canobio Camera, cuius alumnus fuisse perhibetur Episcopatu depositio.

DECIMO CAL. MARTII.

IN Sarchinio Monasterio Sancti Trudonis, depositio sancti Eucherij Aurelianensis Episcopi, qui eò magis miraculis claruit, quò pluribus inuidorum calumnijs fuit oppressus; Exilio enim à Carolo Martello est relegatus, quod tamen eum pro iustitia fuisse perpeffum, crebra miracula quæ per eius sacra merita, diuina fieri concedit elementia, sunt indicio. In Alemannia sancti Galli Abbatis mira sanctitatis uiri, discipuli sancti Columbani Abbatis.

FEBRUARIID 20.

EVcherii] De eodem Mart. Rom. cum Baronio; Molanus in additio. ad Vsuarium, & in Indiculo SS. Belgii; Galefinius quoque hac die. Cuius vitam referente eodem Molano composuit Gerardus Moringas; quam adfert Surius, tomo 2. hac die. Fuit primo Monachus cenobii Gemetici in Gallia, successit in Episcopatu Patruo suo Suauarico; Scribiturq; ab Antonio Demochare 33. illius sedis Aurelianensis Episcopus. Io. Tritemius eius quoque meminit de vir. ill. Ord. Ben. lib. 3. cap. 192. & lib. 4. cap. 186. Carrepolius & item in libro de Episcopis Germaniæ, & alii plurimi citati a Baronio. De Carolimartelli animæ apud inferos ob decimarum persolutionem detentæ, uisione, si mulq; de cadaveris eius terribili iudicio, ultra ea quæ describuntur in Decretorum lib. 16. q. 1. in fine profert testimonium veritatis, Reuerendissimus D. Petrus Despinac Archiepiscopus Lugdunensis in Oratione Gallica, de Concilio Tridentino per mulgando, & suscipiendo, de Decimarum persolutione abolenda, & Hereticorum expulsionem, habita Blosii anno 1575. Rege Henrico III. omnibusque Gallie Ordinibus, presentibus. Obijt sexto exilij sui anno in cenobio S. Trudonis, Christi vero 727.

Gall.] De quo Ado, & Galefinius hac die; Maurolycus uero die precedenti eius memoriam habet. Puto autem quod hæc presens sollemnitas, sit Commemorationis seu Translationis eiusdem, cum Natalis celebratur die 16. octobris, quo die pluribus de eo agemus.

NONO CALENDAS MARTII.

BRixiæ Sancti Paterij eiusdem ciuitatis Episcopi, Sancti Gregorii discipuli, admirabilis sanctitate uiri.

In Græcia Sancti Agathonis Papæ, cuius festiuitas a Latinis quarto idus Ianuarii celebratur.

FEBRUARII. 21.

PAterij] De quo Mart. Rom. cum Baronio, & Galefinius hac die. fuit autem Monachus Sancti Andrea Romæ, ac Brixianæ Ecclesiæ. 23. Episcopus. Sermonem de eo habet Rampertus, ut refert Baronius. Hymnos duos pulcherrimos, unum choriambico & Glyconico, alterum uero Sapphico compositos carmine, habet de eodem D. Prosper Martinengus in tertio suorum poematum, volumine. Quanto scientiæ lumine præditus fuerit docent opera eius a Tritemio lib. de Scriptoribus Ecclesiæ. citatis, quorum titulus est, Excerptionum, seu Testimoniorum, ex libris Beati Gregorii Papæ libri 3. quæ sic incipiunt, Cum beatissimi Apostolici Gregorii Pontificis nostri, nostri quoque ad Deum nutritoris, ita sæpius Lectionem percurrerem, &c. floruit anno Domini 600.

S. Aga-

S. Agathonis] *De eo Galefmius hac die, ex Græcorum Monologio, qui solenni ritu huius Pontificis festum diem hodierno die peragunt. Vide supra annotationes nostras ad quartum idus Ianuarij; & in descriptione Pontificum Ord. Monaſtici, nec non primi huius Arboris rami explicatione.*

OCTAVO CALENDAS MARTII.

G Andau, translatio Sancti Guduali Archiepiscopi. Fauentia, depositio Sancti Petri Damiani, cognomento Peccatoris, S.R.E. Cardinalis Sanctissimi, qui cum arctioris uitæ desiderio Cardinalatui uale dixisset, nec minis, nec blandimentis a primo proposito auelli potuit. Cuius facti cum a Summo Pontifice charitatiua increpatione argueretur, ad tres sibi inuicem subsequentes Romanos Pontifices apologeticos edidit, in quibus, auctoritate, ratione, & exemplo factum suum humiliter excusans, animos eorum placauit: & sic in bono opere perseverans, obdormiuit in Domino.

FEBRUARII 22.

G uduali] *Huius translationis meminit Molanus in addit. ad Vsuarium hac die; de quo plura octavo idus Junij.*

Petri Damiani] *Tabulæ Camaldulenses ad me transmissæ, de eodem agunt, hac die. Eius uitam ex lib. 5. Hieronymi Rubei historiae Rauennatis, adfert Mosander Tomo 7. uitæ sanctorum Surijs, hac die: quam fufius tractat Dominus Augustinus Fortunius in secunda parte historiae Camaldu. lib. 5. a capite 6. ad 14. De eo item Leo Ostiens. Episcopus in Chron. Cas. lib. 2. cap. 102. Tritemius de uir. ill. Ord. S. Ben. lib. 2. cap. 93. & lib. 4. cap. 35. & alij infiniti. Fuit autem primo Monachus S. Andreae, quod nunc S. Crucis de Auellana nuncupatur, Ordinis S. Benedicti, ut ipsemet testatur in Sermone de S. Benedicto, qui extat in Tomo 7. Mosandri ad Surium, ubi eum Patrem, & Magistrum suum, nominat. Obijt Fauentia anno 180. De reliquis eius rebus gestis, vide supra in secundi rami huius Arboris descriptione, & in Tractatu de Cardinalibus.*

SEPTIMO CAL. MARTII.

In Anglia Monasterio Feneloch, depositio Sanctæ Milburgis Virginis, Merualdi Merciorum Principis filia, cuius corpus post multos annos in sepulchro incorruptum inuentum est. Venetiis apud Muranum translatio Sancti Gerardi Episcopi Canadiensis & martyris. Genuæ in cœnobio Sancti Nicolai de Buschetto, depositio Beati Nicolai Prioris, & Confessoris, miraculis clari.

FEBRUARII 23.

M Alburgis] *De qua Molanus in addit. ad Vsuarium, & Galefmius hac die. Huius uitam breuiter describit Continuator Bedæ, lib. 2. cap. 33.*

cap. 33.

cap. 33. cuius & meminere Polydorus, lib. 4. & F. Stephanus Lusignæus corona. 4. c. 9. Refert Molanus Gozelinum Monachum S. Bertini huius Virginis vitam posteris mandasse; & Sanctum Odonem Bellensem, librum de eiusdem Inventione descripsisse. Floruit circa annum Domini 680. Agit & de ea Petrus in Catal. lib. 11. cap. 68.

Gerardi] Huius memoriam recolunt Galefinius & Macrobius hac die: & consentiunt Calendaria Ecclesiarum S. Donati de Murano, & S. Gregorii Maioris Venetiarum. Natalis eius celebratur, die 24. Septembris. Translationis historiam nondum videre licuit, audiui tamen extare apud Canonicos præfate Ecclesia sancti Donati.

Nicolai Prioris] De eodem Tabula Monasterij Buschetti hac die. Res eius gestas descripsit Donnus Iulianus Genuensis, Monachus Congregationis nostræ, quæ M.S. asservantur Buschetti. Eisdem simplici stylo in Compendium redactas, repperi in quadam perantiqua Matricula in Monasterio nostro S. Benedicti de Mantua, quas integras, ut erant, hic ante oculos Lectoris apposui.

Hic vir Donnus Nicolaus, magnæ Sanctitatis fuit, multis quæ miraculis in vita, & post mortem claruit, prout quidam ex Monachis nostris copiosè disseruit, hic tamen strictim pauca dicamus.

Huic Beato dum esset Sacrista in principio suæ Conversionis, in Monasterio nostro Sanctæ Iustinæ de Padua, ante Altare maius apparuit Dominus Iesus in ea forma, qua cum suis conuersabatur discipulis, dixit quæ ei, Nicolæ sequere me.

Et non multo post cum Venetias ad sanctum Georgium Maiorem missus fuisset, celebranti, iterum in Hostia apparere dignatus est. Sequenti tempore ad Monasterium Sancti Nicolai de Buschetto extra Gentiam missus fuit, ubi per triginta & quatuor fere annos commoratus est, ibi quæ; Diuina præeunte gratia, multas uirtutes operatus est. Obsessum a Dæmone ilico liberauit. Cum Diabolus ex capitulo in Dormitorium asportasset, ut per fenestram eum præcipitaret, affuerunt subito in præsidium eius in ipso Dormitorio duo Chori Angelorum, cantantes, Nicolæ, oramus pro te: in quorum pulchritudine aliquamdiu ualde delectatus est. Dum pro quadam tentatione quam patiebatur, se commendasset Sanctæ Dorotheæ, statim liberatus est. Existens Prior dicti Monasterij Buschetti, cum ægre ferret huiusmodi prælationem, rogasset quæ; per triennium Patres, ut eum ab ipso Prioratu absoluerent, nec obtinere posset, dixit undecim millia, Pater noster, & totidem Aue Maria, & miraculose absolutus fuit, ut latius patet in uita eius. Quis vitam eius uirtutibus

tibus ac sanctitate plenam sufficit explicare? quantum fuerit charitate præditus, quam humilis, quam obediens, & in omni sua conuersatione humanus, & benignus? Sciebat abundare, & penuriam pati: nouerat flere cum stentibus, & gaudere cum gaudentibus, Religionis grauitate seruata. Denique moriens hoc ultimum uerbum me audiente dixit, Diem hominis nunquam desiderauit. Quanta post mortem per eum Dominus miracula fecerit, qui nosse cupis eius legat vitam: Ad tactum namque uestimentorum eius innumeri infirmi, & aliqui a sensu alienati liberati sunt. Obijt vigesimo tertio Februarij, millesimo quadringentesimo quinquagesimo sexto, Buscheri. *Hæc in Matricula continebantur. Agit de eodem Bugianus in Historia Monastica, colloquio ultimo. Fuit natione Prussus, & Christo nomen dedit in Monasterio S. Iustine Patuina.*

SEXTO CAL. MARTII.

IN Anglia, sancti Ethelberti Regis, qui beati Augustini Monachi, ab Gregorio primo Pontifice, ad eam insulam missi, prædicatione, fidem complexus, Ecclesias Deo ædificauit, religionisque Christianæ amplificandæ studio deditus, cum multa pietate uixisset, ad premium abiit in cælum. In Scotia, Sancti Berecti Monachi & Confessoris, qui profuit & uitæ sanctissimæ exemplo, & prædicatione. Eodem die Dedicatio Ecclesiæ sancti Dionysii extra muros Parisenses, miraculosè a Christo Domino summo Pontificum Pontifice consecrata, in cuius rei testimonium leprosus a Domino Iesu curatus est.

FEBRUARIJ 24.

Ethelberti] *De quo Mart. Rom. cum Baronio, Molanus in addit. ad Usuardum, & Galefinius hac die: De eodem etiam pluribus Beda & Polydorus, alijsq; Britannici Scriptores. Citatur autem hic a nobis, non eo quod Monachus extiterit, sed quod conuersus ad fidem Christianam per Monachum Benedictinum fuerit anno Domini ferè 601.*

Berecti] *De eodem Galefinius hac die, ex MS. Calendaris: de cuius rebus gestis hæstenus nihil reperi.*

Dedicatio Ecclesiæ] *Huius dedicationis historiam, necnon miracula que in ea contigerunt, egregiè describit Vincentius Beluacensis in Speculo lib. 23. c. 36. & 37. & D. Antoninus parte 2. Historiæ, & Felici, hac die.*

Leprosus] *Huius Leprosi Cæsaries in competenti capsula reconditur: quam vsque hodie inter honorabiles reliquias, & gazas celebriores, illius Ecclesiæ conseruant scrinia, ut pote quam ipsa Dei manus tetigerat. Illam equidem, cum ex Flandria, anno 1582. die octauo May, illac uer ad has Regiones*

Regiones facerem, Ecclesiam ingressus, quod nimis sero esset, videre minime potui, quâvis illius visionis desiderio maximo tenerer; vidi autem & fenestram per quam Dominus Iesus a sanctissima Matre sua, & SS. Petro & Paulo, ac Dionysio, totaque curia cœlesti, comitatus, ingressus est, simulq; columnam, quæ magnitudinem & staturam ipsius Christi Domini representat, cum alijs nonnullis, quæ ibidem in Capella ad fenestram pro reliquis reseruantur.

QVINTO CALENDAS MARTII.

Malbodio Monasterio, Sanctæ Aldetrudis virginis, & Abbatissæ Malbodiensis, quæ cum a Sancta Aldegunda Matertera sua in Dei timore & Religione educata fuisset, eidem postea in Monasterii, regimine succedens, ipsi quoque post mortem coniungi meruit. Eodem die, Sanctæ Vualburgæ virginis. Herbipoli, Sancti Burchardi Episcopi illius sedis primi. In Gallia, translatio Sancti Fursei Monachi.

FEBRUARII. 25.

Aldetrudis] De qua Molanus in *Addit. ad Vsuardum*, & in *Indiculo SS. Belgij*, hac die. Fuit filia Sanctorum Vincentij, & Uvalde trudis, & Abbatissa illius cœnobij secunda, circa annum Domini 600. Eius meminit & Franc. de Rosieres Stem. Lothar. Tomo 4.

Vualburgæ] Huius meminere Maurolycus & *Calendarium Saltburgense*, hac die. Agit de eadem, et Petrus Cratopolius de *Episcopis Germanie in Luthardo Episcopo Paderbornensi*, cuius erat soror, *Monasticamq; vitam exercuit in cœnobio Hersuuerde*, quod ipsa proprijs sumptib; edificarat, circa annum Domini octingentesimum quadragesimum.

Burchardi] Cuius, solus Galefinius meminit, hac die: de quo latius die 14. Octobris.

Translatio S. Fursei] De qua Maurolycus & Galefinius, hac die. natalis eius celebratur die 17. calen. Februarij.

QVARTO CAL. MARTII.

IN territorio Archiacensi, Sancti Victoris Confessoris, Ordinis Cisterciensis, cuius laudes Sanctus Bernardus conscripsit. In cœnobio Spauheimensi, Sanctæ Mechtildis virginis sanctimonialis.

FEBRUARII 26.

Victoris] De eo *Martyrol. Rom. cum Baronio*, Molanus in *Add. ad Vsuardum*, & Galefinius, hac die. Reliqua, vide in *Annotationibus eiusdem Baronij*, & Molani.

Mechtildis] De eadem, hac die *Tritemius in Chronico Hirsaugie*, qui dicit eam migrasse anno 1154.

TERTIO CAL. MARTII.

HISPALI in Hispania, Natalis sancti Leandri eiusdem ciuitatis Episcopi, ad quem Diuus Gregorius libros Moralium scribit: cuius prædicatione, & industria Visigothorum gens, adiuuante Richaredo eorum Rege, ab Ariana impietate, ad Catholicam Fidem conuersa est: Quinetiam Fratrem eius Herminigildum Regem, uiuente adhuc patre hæretico, ab eadem Ariana hæresi ad fidem Catholicam correxerat, atque usque ad gloriosam martyrii passionem, suis exhortationibus perduxerat.

FEBRVARII 27.

Leandri] *De quo Mart. Rom. cum Baronio, Vsuardus, Galefinius Maurolycus, & Felici in Ephemeride, hac die. Huius Natalem Villegas in Flore Sanctorum Hispanie, ubi eius vitam describit, reponit die 13. Martij. Agit de eodem Tritemius de vir. ill. Ord. S. Bened. lib. 3. c. 9. & lib. 3. c. 28. & lib. 4. c. 130. Ambrosius de Moralib. lib. 12. hist. vniuers. cap. 5. consentit cum Villega de die depositionis eius. De eodem hac item die Franciscus Tarapha in Chronico, et Vaseus ad annum 601. Lucius item Marineus lib. 5. paucis admodum, eius meminit. Franciscus Tuanez Monachus Hispanus in Compendio uirorum illustrium Ord. S. Bened. hunc Leandrum, Monachum sancti Claudij Legionensis facit. Quod autem fuerit Monachus attestantur, supradictus Villegas in Flore Sanctorum, Isidorus Hispalensis Episcopus eius frater ac successor, de vir. ill. cap. 28. Honorius de ill. Eccles. scriptoribus, Tritemius, locis citatis, Sixtus Senensis in Bibliot. Sancta. lib. 4. & alij permulti. Res ab eo gestas require in explicatione Rami noni huius arboris. Petrus quoque in Catalogo SS. lib. 3. cap. 155. & Vincentius in Speculo lib. 2. c. 135. eius memoriam faciunt.*

PRIDIE CAL. MARTII.

IN territorio Lugdunensi, locis Iurenibus, depositio Sancti Romani Abbatis, qui primus illic simul cum B. Lupicino deserta petens, Eremiticam vitam duxit, & multis virtutibus ac miraculis clarus, plurimorum postea pater extitit Monachorum: cuius nenerabile corpus situm est in finibus Vesuntiorum. Treueris, inuentio sancti Theodulphi Abbatis, quando eius corpus post multos annos integrum, & incorruptum repertum est. Vigornia in Anglia, depositio sancti Osualdi Episcopi, & Confessoris, miraculis clari.

FEBRVARII 28.

Iurenibus] *Alij ut Vsuardus, Addo, & Maurolycus, Virentibus, legunt. Romani] Cuius meminere etiam Beda, Mart. Rom. cum Baronio, & alij.*

et alij hac die. Petrus item in Catalogo. lib. 3. c. 260. Vitam, ex lib. de vita patrum, c. 1. Gregorij Tur. Episcopi, excerptam, adfert Surius Tom. 1. de Sanctis. Fuit autem Romanus Abbas Monasterij Condatifconis, floruitq; circa annum Domini 564.

Theodulphi] Hanc inuentionem hac die celebrari refert Tritemius de vir. ill. Ord. S. Ben. lib. 3. c. 260.

Oswaldi Episcopi] Hac die obiisse testatur Senatus Brauonius Vigornie Monachus in eius vita, quæ est apud Surium Tomo 5. die 15. Octobris, ubi de eodem agemus latius.

M A R T I V S.

CALENDIS MARTII.

APUD Ciuitatem Vuerdam, Sancti Suuitherti Episcopi, qui tempore Sergij Papæ, & Pipini Principis, una cum Sancto Villibrordo, apud Frifones, Barauos, & alios Germaniæ populos, Euangelium prædicauit, quos cum conuertisset ad Christum, clarus miraculis quieuit in pace. Hic inter cætera genera, morbum, quem Physici Squinantiam nominant, solitus est curare. Andegauis, sancti Albini Episcopi, & confessoris, uiri præclarissimæ uirtutis, & sanctitatis. Apud Cenomanos, sancti Siniardi Abbatis, qui in uirtutum Christianarum genere diuinitus decoratus, sanctitate illustris, migravit ad Dominum Iesum Christum, quem uerè dilexit. In Hispania, sancti Rodofindi Episcopi, sanctitate, & miraculorum gloria conspicui.

M A R T I I. I.

SUITHERTI] De hoc Mart. Rom. cum Baronio, Beda, Ado, Molanus in Addit. ad Usuardum, Galefmius, Maurolycus, & Felici in Ephemeride, hac die, & alii. A nonnullis uocatur Suithertus, seu Suibertus, ab alijs: sed male, ut à Maurolyco, Cuthbertus; a quibusdam, inter quos est Tritemius de vir. ill. Ord. S. Ben. lib. 3. c. 166. & lib. 4. c. 182. nunc Suuigbertus, nunc autem Suuicbertus appellatur. Eius uita, & res gestæ extant apud Surium Tomo 2. de Sanctis a duobus grauissimis Monachis conscriptæ, Marcellino scilicet ad D. Gregorium Traiectensem Episcopum, & Monachum; & Ludgero Episcopo, ad Rixfridum Traiectensis Ecclesiæ Presulem, & cænobitam. De eodem pluribus agit Molanus in Indiculo Sanctorum Belgij. Natus est autem Suuicbertus a Comitibus Nortigallie anno 647. matri ante natiuitatem per uisum reuelatus, deinde factus est Monachus Bearmensis in Prouincia Lindisse sub S. Higbaldo Abbate, postea Abbas Monasterij Dacore, a quo Euangelij amore sece-

re secedens, fundavit *Monasterium, Verdensem in honorem S. Mariae Matris Dei in Ducatu Cluensi anno 711. ubi constitutus est primus Episcopus. Obijt autem anno Dom. 717. relatus inter Sanctos a Leone III. Pontifice, petente Carolo Magno, anno 803. non autem ab Honorio III. ut male sentit Felici in Ephemeride, qui in hoc est corrigendus. Tractant de eo item Albertus Crantzius Metropolis lib. 1. c. 6. Arnoldus in suo conuersionis gentium teatro, & alij infiniti. Eius corpus quiescit in Verda Caesaris super Rhenum. De eius Apostolatu, vide explicationem nostram, ad quartum huius arboris ramum.*

Albini] De eodem hac die agunt ferè supracitati, adiuncto & Usuardo. Petrus item in Catalogo, libr. 3. cap. 164. Trutemius de vir. ill. Ordin. S. Ben. lib. 3. cap. 165. & lib. 4. cap. 181. Vincentius Beluacensis in Speculo, lib. 23. cap. 141. 142. & 143. In hoc tamen hi duo posteriores emendandi, vt optimè annotauit Baronius, quod eum floruisse aiunt anno Domini 720. quod nequaquam verum est, vt ex actis eius à Gregorio Turonensi de Gloria Confessorum, cap. 96. & alijs, constat. Eius vita à Fortunato Presbytero conscripta, refertur apud Surium, Tom. 2. hac die. Eandem habet Mombritius, Tomo 2. de Sanctis. Fuit autem Monachus, & Abbas *Monasterij Cincillacensis, siue, vt alij habent Timicalensis, seu Timlacensis, cui praefuit annis 25. deinde factus Episcopus Andegauensis eam Ecclesiam rexit annis totidem. Obijt circa ann. Domini 570.*

Siuardi] Huius meminere, Mart. yol. Rom. cum Baronio, Molanus in Addit. & Annot. ad Usuardum, Galefinius, & Felici, hac die, & alij. Surium, Tomo 2. hac item die, eius vitam per contemporaneum descriptam, adfert. Fuit Abbas Anisolensis caenobij, obiit q̄ anno Domini 608. qui erat Theodorici Regis Burgundiae octauus.

Rodolindi Episcopi] Huius natalem reponit hac die, Ambrosius de Morales in Hist. Hisp. lib. 16. cap. 36. qui eius vitam copiosissime describit, & de eodem agit, cap. 16. & 30. eiusdem libri: & libr. 15. cap. 29. Res eius gestas prosequutus est Ordonius Monachus Celle Nouae, qui vixit anno 1189. Miracula verò eius edidit Stephanus eiusdem caenobij Monachus. Eiusdem meminit Vaseus in Chronico ad annum 941. Pater eius Guterius Arias Comes Emimi, mater Aldara, siue Ilduara sanctissima virgo femina: quibus procurantibus primus Monachus, postmodum Dumienensis Episcopus, deinde Mondoneti, ad extremum Iriensis, siue Compostellanus Episcopus octauus, consecratus est: à qua sede deiectus per Sifnandum Episcopum, anno 967. *Monasterium Celle Nouae ab ipso anno 935. fundatum denuò ingressus, caenobitalem vitam professus est sub Sancto Franquila Abbate, cui postmodum in regimine successit, & miraculis clarus migra-*

migravit anno 977. ætatis suæ 60. succedente sibi in Abbacia, Mamila, siue Mamilano.

SEXTO NONAS MARTII.

IN Anglia Sancti Ceaddæ Episcopi gentis Merciorum & Lindisfarnorum in ciuitate Lichefeldensi, quem Beda prædicat timoris Dei plenum, & nouissimorum suorum assidue memorem. Hic aere commoto in Ecclesia sollicitus orabat, donec serenitas aeris rediret: Monet enim aiebat, æra Dominus, uentos excitat, fulgura iaculatur, de cælo intonat, ut terrigenas ad timendum se suscitet, & corda eorum in memoriam futuri iudicij reuocet. Apud Vverdã Cæsaris, Natale, Sancti Vvilleici Abbatis & confessoris, peregrinationis & laboris Sancti Suuitberti Episcopi comitis indiuidui, magnæ doctrinæ & sanctitatis uiri.

MARTII 2.

CEaddæ] De eodem Mart. Rom. cum Baronio, Molanus in Addit. & Annot. ad Vuardum, Galestinus, & Felici, hac die, & alij, Beda Hist. Angl. lib. 3. cap. 28. & lib. 4. cap. 2. & 3. Tritemius de uir. ill. Ord. S. Bened. lib. 3. cap. 117. & lib. 4. cap. 59. Huius vitam ex lib. 3. cap. 25. Hist. Bedæ, adfert Surius, Tomo 2. de Sanctis, hac die. Ex Monacho, & Abbate cœnobij Lestingahensis, factus est Episcopus Lichefeldensis Nordam humbrorum quintus, ut annotat Matthæus Vrestmonasteriensis: non autem tertius, ut vult Ant. Demochares, Tom. 3. cap. 39. de Sacrific. Missæ: quem episcopatum tertio regiminis sui anno deserens, ad Monasterium suum rediit, in quo obiit circa annum Domini 690. Res item eius gestas, Molano ex Catalogo scriptorum Britannicæ referente, composuit Daniel Episcopus Ventanus, seu Vintoniensis, qui obiit anno 746.

Vvilleici] Huius natalem cognouimus ex cap. 26. uitæ S. Suuitberti Episcopi, & Tritemio de uir. ill. Ord. S. Bened. lib. 3. cap. 167. Presuit autem cœnobio Vuerdensi annis 10. cum magna sanctitate, obiitq; hac die anno Domini 727. cuius uita summam recensetur à Surio, Tomo 2. in cap. 26. uitæ S. Suuitberti supracitato. De eodem pariter, & die eius natali agit Molanus in Indic. SS. Belgii breuib; & Crætopolius de Epif. Ger.

QVINTO NONAS MARTII.

BAmbergæ in Monasterio Confugienti, Sanctæ Chunegundis Augustæ, & virginis, quæ Hærico primo Imperatori nupta, cum uirginitatem ipso annuente seruasset, bonorum operum meritis cumulatâ sancto sine quieuit, & post mortem miraculis claruit: quæ cum tumularetur cum marito auditum ferunt in aere testimonium, Cede uirgini uirgo locum. Res digna miraculo, in maritali thoro assertam

ram in finem usq; uita uirginitatem. Gandau, in cœnobio Blandini
 si Sancti Vvinnualoci Abbatis Britanni, admiranda sanctitatis.
 Aruernis depositio Sancti Caluppani Monachi reclusi, cuius laudes
 enarravit Sanctus Gregorius Turonensis. Nonantula Monasterio
 in agro Mutinensi, Natalis Sancti Anselmi primi illius cœnobij Ab-
 batis, cuius uita uirtutibus plena refulsit.

MARTII 3.

CUnegundis] De qua Martyr. Rom. cum Baronio, Molanus, Gale-
 sinus, & Felici, hac die, & alii: à quibus Kunegundis uocatur.
 Eius uita grauer conseripta, refertur à Surio, Tomo 2. de Sanctis, sed u-
 rum ea sit quam Adelboldus Traiectensis Episcopus scripsisse fertur, ne-
 scio. Fuit filia Sigefridi Comitis Palatini, ac uxor S. Henrici I. Claudi,
 Imperatoris, cum quo ad finem usque illibatam uirginitatem seruauit, quo
 mortuo ad Confugiense Monasterium se conferens, sub cura S. Iuttae fra-
 tris sui filiae, in omni humilitate annis 15. uitam traduxit; obiitq; anno
 Domini 1040. Agit de eadem Trittemius de uir. ill. Ord. S. Bened. lib. 3.
 cap. 259. & in Chronico Hirsaugia. Albertus Crantzius in Saxonia, li-
 bro 4. cap. 30. 32. & 35. Cronica Cronicarum, & alii plures Germanici
 scriptores.

Vvinnualoci] De eodem Molanus in Additio. ad Puardum, & in
 Indiculo SS. Belgie, Galesinus, & Felici, hac die. Fuit Abbas in Britan-
 nia cœnobii Tauraci in Silua Neclensi, cuius uita adfertur à Surio; To-
 mo 2. Agitur de eodem in uita S. Ethbini Abbatis, discipuli sui, apud Su-
 rium, die 19. Octobris: & apud Trittemium, lib. 3. capit. 44. & Petrum,
 lib. 9. cap. 84. Vixit anno 590.

Caluppani] Huius meminit Surius, Tomo 2. hac die, qui uitam à D.
 Gregorio Turonensi descriptam, refert; fuit Monachus Monasterii Me-
 letensis in territorio Aruernensi.

Anselmi] Ex Calendario, & Chronico MS. Monachorum Nonantu-
 lani cœnobii huius natalem habuimus; cuius uita grauer factis conseripta
 ibidem in Sacristia asseruatur. De eo agit Carolus Sigonius de Regno Ita-
 liae, libro 3. ad annum 750. & 752. Fuit autem Anselmus primus Dux
 Forouulensis X V. cuius soror Gisfeltrudis Aistulsi Longobardorum Regis
 uxor fuisse scribitur in eius uita; Vitam Monachalem eligens, secessit in
 presatum Nonantulae cœnobium, ab ipso in honorem Sanctissime Virginis
 Matris, & S. Benedicti, anno 749. fundatum, in quo succedente tempo-
 re ob morum integritatem, & uitae sanctitatem Abbas electus; Pater
 fuit 1144. Monachorum exceptis paruulis; obiitq; eodem in cœnobio an-
 no Christi 804. Regimini sui anno 50. die Veneris Sancto, cuius sacrum
 Ec corpus

corpus in Altari summo eiusdem Ecclesiæ quiescit. In eo autem chronico ex quo hæc excerptimus, summam erant descripti omnes Abbates illius Monasterii usque ad annum 1035. quos, eo libentius hic apposuimus, quò maiori cum diligentia ab ipso scriptore sunt annotati.

CATALOGVS ABBATVM

NONANTVLANORVM.

Anno Christi

- 754 S. Anselmus Abbas primus, rexit annos 50. Obijt 5. nonas Martij.
- 804 Petrus, ann. 17. Obijt 4. calen. Iunij.
- 821 Ausfrith, ann. 17. Obijt 4. idus Martij.
- 838 Ratpertus, ann. 1. Obijt 7. cal. Iulij.
- 839 Rotchildus, ann. 3. Obijt 15. cal. Ianuarii.
- 842 Ertgifelprandus, ann. 9. Obijt 9. cal. Iunii.
- 851 Lyutefredus, ann. 4. Obijt 16. cal. Decembris.
- 855 Leo, ann. 1.
- 856 Etpertus, ann. 9. Obijt 8. cal. Nouembris.
- 865 Vvarnesfrit, ann. 4. Obijt 10. cal. Nouembris.
- 869 Ragimbaldus, ann. 1. Obijt 8. idus Octobris.
- 870 Theodoricus, ann. 17. Obijt calendis Martij.
- 887 Vacauit Abbatia ann. 4.
- 891 Landefredus, ann. 5. Obijt calendis Aprilis.
- 896 Leopardus, annos 13. menses 2. dies 19. Obijt 12. calendis Iulij.
- Eodem anno, octauo calendis Octobris, indiétione 3. occisi Monachi in Nonantula ab Hungaris; & Abbas effugit cum centum Monachis.
- 909 Petrus, ann. 3. mens. 3. dies 11. Obijt cal. Octobris.
- 912 S. Gregorius, ann. 19. obiit 3. nonas Augusti: Resignauit, obiitq; sanctè tertio nonas Augusti 933. indiétione 6.
- 931 Ingelbertus ann. 12. obiit 12. cal. Maij.
- 943 Gerlo ann. 6. obiit 8. cal. Septembris.
- 949 Gotefredus, Filius Vgonis Regis.

Prepositi loco Abbatum.

- 982 Martinus Diaconus, & Præpositus; occisus est, 7. cal. Septembris, anno 13. sui regiminis.
- 996 Leo Archiepiscopus, ann. 2. Obijt 2. idus Iulij.

- 998 Ioannes Abbas, ann. 2. Obiit calend. Nouembris.
 1000 Leo Abbas, ann. 2. Obiit 12. cal. Decembris.
 1002 Rodolphus Abbas, an. 3. 4. cuius anno 12. Domini 1013. Mo-
 nasterium quartò crematum: obiit 2. idus Iunii.
 1026 Adribertus Archiepiscopus occupat Abbatiam.
 1035 Rodolphus Abbas, nepos Rodulphi primi, ann. 12. ex Ca-
 nonico factus Abbas, Obiit 8. calend. Nouembris.

Hucusque scriptoris huius Chronici diligentia nobis innotuit.

QUARTO NONAS MARTII.

TREURIS, Natalis Sancti Basini Episcopi Treurenensis & confesse-
 ris, qui cum esset Sancti Clodulphi Ducis Austrasie, quæ nunc
 Lotharingia uocatur, filius, primum in cænobio Sancti Maximini
 Treurenensis Monasticam uitã amplexus, deinde ad illam sedem regẽ
 dam assumptus cū multis annis uerbo & exẽplo populum sibi com-
 missum gubernasset, miraculis clarus migrãvit in cælum. Eodem die
 Sancti Fursei Confessoris, de quo multa miranda narrantur. Cuius
 depositio Sancti Petri Abbatis, sanctitate, & doctrina admirabilis,
 tantæq; abstinentiæ, vt toto sacræ quadragesimæ tempore quinque,
 aut sex panum refectione contentus fuerit.

MARTII 4.

BASINI] De eo Molanus in *Addit. ad Usuardum*, Galestinus, Mauro-
 ycus, & Felici, hac die, & alii. Trittemius item de uir. ill. *Ord. S. Ben.*
lib. 3. c. 139. & lib. 4. c. 70. à quo 56. illius sedis numeratur Episcopus. Fran-
ciscus de Rosieres in Stemmatibus Ducum Lotharingia, Tomo 3. hist. ca-
pituli. 49. pauca admodum de eo habet. Floruit anno Domini 640. non au-
tem 740. ut malè annotauit Trittemius.

Fursei] Huius acta plenius die 16. Januarii descripsimus. Trittemius
 item de uir. ill. *Ord. S. Ben. lib. 3. c. 86. eum hac die obiisse narrat.*

Petri Abbatis] Huius natalem notat, hac die, Surius, Tomo 2. qui eius
 uitam à Ioanne Monacho descriptam adfert. Extat & eadem litteris Lõ-
 gobardicus in sacro Cauensi cænobio. De eodem agunt etiam Tabulæ Ca-
 uenses, hac die. Res eius gestas fusius prosequitur Alexander Neapolitan.
 Monachus Cauensis in sui cænobij chronico MS. à cap. 38. ad 98. Fuit
 genere Salernitanus nepos S. Alferij Abbatis, & tertius Cauensis Ab-
 bas, obiit que anno Domini 1120. regiminis sui 40. & in S. cra crypta eius-
 dem cænobij sepultus est. Monasterio suo priuilegia & immunitates mul-
 tas ab Urbano Papa secundo obtinuit, de quibus particulatim agemus die
 nonarum Septembrium, quando Ecclesia Cauensis ad eodem Pontifice
 consecrata est.

TERTIO NONAS MARTII.

A Relati in Gallia, Sancti Virgilij eiusdem ciuitatis Episcopi & confessoris, pietate, & doctrina clari

MARTII 5.

Virgilij] *De quo tabula Lerinenses, hac die. Fuit primum e Monasterij Lerinensis Monachus: & deinde Arclatenfis Archiepiscopus, admodum S. Gregorio familiaris, cuius plures ad eum extant Epistole.*

PRIDIE NONAS MARTII.

Seckingi, depositio Sancti Fridolini Abbatis & confessoris, qui cum Regis Scotie Conrani filius esset, omni litteratum genere apprime eruditus fuit, populosque multos sua predicatione ad fidem Christi conuertit, & miraculis clarus in pace quieuit. Toleti, depositio Sancti Iuliani cognomento Pomerij, eius cognominis secundi, doctrina & sanctitate clari.

MARTII 6.

Fridolini Abbatis] *De quo Molanus in Addit. ad Vsuardum, Galefinius, & Felici, qui Fridelinum legit, hac die. Eius vitam eleganti stylo scripsit S. Notgerus, Abbas S. Galli. De eodem agunt Io. Lesleus, libr. 4. de reb. Scotorum, sed Vinsfredum vocatum suisse testatur: & Petrus Cratopolius, de Episcopis Germania, à quo filius Regis Scotie agnoscitur. Fuit Abbas Seckingi ad Rhenum, migrasseq. videtur circa ann. Domini 560. paulo ante, uel post.*

Iuliani Pomerij] *De eo Vsuardus, Galefinius, Maurolycus, Felici, & Vaseus, hac die. Reliqui uero octauo idus Martii, de quo ibi agemus.*

NONIS MARTII.

IN Prouincia Valeriae, Sancti Equitij Abbatis, miræ sanctitatis uiri. Romæ, Sanctæ Redemptæ uirginis. In Segenbergenfi Monasterio, Sancti Volkeri Monachi & Martyris, à Pribislao Principe Sclauorum gladio interempti, in direptione Monasterij sui.

MARTII 7.

Equitij] *Huius memoriam recolunt, Molanus in Addit. ad Vsuardum, Galefinius, Maurolycus, & Felici, qui corruptè satis Equilium nominat, hac die. Baronius uero die 11. Augusti. Petrus in Catalogo, libro 11. cap. 96. Eius uitam ex lib. 1. Dialog. cap. 4. Gregorii Pape excerptam, adfert Surius, Tomo 2. de Sanctis. Agit de eodem Trittemius, de uir. illust. Ord. S. Bened. lib. 3. cap. 11. & Vincenius in Spec. lib. 22. cap. 61.*

Redemptæ] *De ea Martyrologium Romanum, anno 1583. impressum Venetijs, hac die.*

Volkeri] *De quo Molanus, & Galefinius, hac die. Agit de eodè Helmolus.*

molus Presbyter in Chron. Sclavorum, libro 1. cap. 56. martyrio coronatus est cum aliis ex fratribus nonnullis, ut auctor est Crantzius in Metrop. lib. 6. cap. 16. idq. anno Domini 1138. ut refert Albertus, Abbas Stadenfis in Chronico.

OCTAVO IDVS MARTII.

Toleti Sancti Iuliani Pomerii, eius cognominis secundi, doctrina, & sanctitate conspicui. In pago Taruanensi, Sancti Hunfridi Episcopi eiusdem ciuitatis ex Abbate Sithiuensi, cuius corpus delictis Morinis, Ipras est translatum.

MARTII 8.

Iuliani] De hoc Mart. Rom. cum Baronio, Maurolycus, Felici iterii, Alphonsus Villegas in flore Sanctorum Hispania, & Lucius Marinus de rebus Hispania. lib. 5. hac die. Vsuarius verò, Galefinus, Maurolycus, & Felici. Io. Vaseus in Chronico ad annum 685. eius natalem reponunt pridie nonas Martij. Errat autem Franciscus Tarapha in Chronico, qui eius festum diem annotat die octauo cal. Martij. Forsitan mendosus, est codex, illaq. particula, Calendas, pro dictione Idus posita, quod necesse est fateri, si prefatis auctoribus credimus. Huius uitam extare, ait Vaseus loco citato. De eodem agunt Rodericus Toletanus, de rebus Hispan. lib. 3. cap. 12. & 13. idem Vaseus in Chronico, cap. 4. & ad annu 681. & 689. & alij. Fuit autem primo Monachus Agaliensis cœnobij, ac discipulus Sæcti Eugenii, huius nominis iij. sedisq. Toletana, à Sancto Illephonso, tertius in ordine Episcopus. Citatur à Magistro Sententiarum, lib. 4. distinct. de Purgatorio.

Pomerii] Huius nominis duos fuisse egregie docetur à Vaseo in Chronico ad annu 685. Vbi & refutatur opinio illa Roderici Toletani, de reb. Hisp. lib. 3. capit. 12. & aliorum, qui asserunt eum Iudæum fuisse, cum in eius uita à contemporaneo eius conscripta nihil tale reperiatur. Obiit an. 3. Egicæ Regis, qui erat à Christo nato 690. Baronius tamen in notis ad huc diem tale ei cognomen fuisse pernegat.

Hunfridi] De eo Molanus, in Additio. ad Vsuarium, & in Indiculo Sanctorum Belgii, & Galefinus, hac die. Huius etiam meminit Iacobus Meyerus Annal. Flandriae, libro 2. ad ann. 868. Fuit primu Monachus Prumie in Silua Arduenna, deinde Abbas San. Bertini in Sithiu, postmodum Episcopus Morinensis, seu Taruanensis. A Nortmannis Sede pulsus Romanam Sedem consuluit, num reuertendum sibi esset ad Ecclesie regimen, an in Monasterio manendum: suasit Pontifex Nicolaus rediret ad Ecclesiam, cuius responsio habetur in Decreto, Causa septima, quaestione prima, cap. Sciscitaris. Obijt anno 868. uel 869.

Romæ, Sanctæ Franciscæ viduæ, Ordinis Montis Oliueti, nobilitate generis, uitæ sanctitate, & miraculorū gratia celebris.

MARTII 9.

Franciscæ] *De eadem Martyrol. Rom. cum Baronio, hac die: qui eius uitam se legisse testatur. Eius item res gestas fuse satis prosequitur Dominus Petrus Calzolari Monachus Florentinus Historiæ Monasticæ, colloquio (seu, vt ipse loquitur Diario) tertio. Obiit anno 1440. ætatis sue 56. Sepulta iacet in cœnobio Sanctæ Mariæ Nouæ, Ordinis Montis Oliueti.*

SEXTO IDVS MARTII.

Lvetiæ Parisiorum, depositio Sancti Droctouei Abbatis cœnobii Sancti Germani, & eiusdem sancti, dum uiueret discipuli, spectata religione, admirandaque pietate uiri. In Monasterio Luxouienſi, sancti Attalæ Abbatis, qui nobili genere, at sanctitate nobilior, beati Columbani, a quo institutus est, mores & disciplinam uitæ sequutus, rectè diuineque factorum gloria florens, quieuit in Domino. In Monasterio Vallis Umbrosæ, beati Andree, discipuli Sancti Ioannis Gualberti, & imitatoris eius præcipui. Ibidem, Sancti Ioannis, ex Abbate, Eremitæ, miraculis clari.

MARTII 10.

Droctouei] *De quo Mart. Rom. cum Baronio, Vuardus, & Galeſinius, hac die. Maurolycus item & Felici, sed Dorothæum legunt. Agunt de eodem Aimonius de gest. Franc. libr. 3. cap. 16 Franciscus Belforestius in Cosmographiæ sua uniuersali, lib. 1. in Catalogo Abbatū S. Germani. Floruit anno 570.*

Attalæ] De eo iudem supracitati, hac die. Corrigendi veniunt Maurolycus, & Felici, qui Monasterium Bobiense, cum Luxouienſi confundunt; quibus tamen si addatur particula illa, ex (ut legatur, Bobii ex cœnobio Luxouienſi,) quæ forsitan in exemplari deest, nullus remanebit discrepantiæ locus. Huius uitam ab Iona Abbate conscriptam, quæ manifesto errore Bedæ tribuitur, Tomo 3. operum eius, refert Surius, Tomo 2. de Sanctis. natalem eius reponit Petrus in Catalogo, lib. 3. cap. 190. die sequenti. Agit de eodem Tritemius. de uir. ill. Ord. S. Ben. libr. 3. c. 71. & alii plurimi, ut Vincentius Beluacensis in Speculo Historiali, libro 23. cap. 20. Claruit anno 624.

Andree] De quo Tabulæ Vallis Umbrosæ, hac die. Fuit primum discipulus Sancti Arnaldi martyris Parmensis, deinde San. Ioanni Gualberto adhesit, cuius & uitam scripsit: postremò Abbas S. Fidelis Strumiensis,

mor-

mortuus est anno Domini 1097.

Ioannis] De eodem eadem Tabula Vallis Umbrosa, hac die: à quibus predicatur familiarissimus S. Catarina Senensis, mortuusq; refertur, miraculis clarens, anno 1376.

QVINTO IDVS MARTII.

IN territorio Herbipolensi, Sancti Gumberti confessoris. In Ambianensium finibus Sancti Firmini Abbatis & confessoris. In Germania, Sancti Eberhardi Monachi tantæ sanctitatis, ut mortem suâ propriam, longè ante præuidens, Sancto Vdalrico Episcopo lachrymanti prædixerit. In Hispania, passio Sanctorum Vincentii Abbatis & martyris, & Ramiri Monachi, qui ab Arianis occisi sunt. Cordubæ, Sancti Eulogii Abbatis, qui eiusdem Urbis martyribus in persecutione Saracenorum adiungi meruit, quorum pro fide certamina scribendo fuerat amulatus.

MARTII II.

Gumberti] De quo Galefmius, hac die. Huius vitam uidere licet in uita Sancti Burchardi Episcopi Herbipolensis, die 14. Octobris, quæ extat apud Surium, Tomo 5.

Firmini] De eodem Martyrol. Rom. cum Baronio, & Galefmius, hac item die.

Eberhardi] In Calendario Germanico, anno 1592. impresso. huius natalem repperi; de quo agit Trittemius, de uir. illust. Ordin. Sancti Ben. libro 3. cap. 225.

Vincentii Abbatis] Huius natalem annotat hac die, Ambrosius de Morales in Hist. Hisp. lib. 12. c. 19. ubi eius acta recëset. De eodè agit Franciscus Tuamex Monachus Benedictinus in Compendio uirorum illust. Ordinis S. Benedicti. Fuit Abbas cænobij S. Claudij Legionæ, & martyrio coronatus est ab Arianis, ann. Domini 639. et atis suæ 74. Eius corpus in Ecclesia Ouetensi iacet, in qua subsequens uisitur Epitaphium:

Hoc opus fecit fieri magister Garthas, huius almae Ecclesie Archidiaconus, ad honorem Sancti Vincentii martyris, quondam Abbatis Monasterii Sancti Claudii Legionensis ciuitatis: cuius corpus reconditur in hac arca.
Era M C C C VI.

Ramiri Monachi] Reponitur cum magistro suo à Morale loco citato. Iacet nunc in arca Altaris maioris Ecclesie S. Claudij, quam inhabitant Cistercienses, qui olim fuerunt Benedictini.

Eulogij Abbatis] De quo Martyrol. Rom. cum Baronio, & Hispanicarum rerum scriptores, hac die: Usuardus uerò die 20. Septembris, quod

Ec 4 qua

qua ratione faciat ignoro. Eius vitam composuit Aluarus eius condiscipulus, Monachus Cordubensis, quæ præfixa est operibus eiusdem Eulogii, anno 1574. excusis. De eodem agunt Ambrosius de Morales, in Hist. Hisp. lib. 14. cap. 27. 28. 29. & 30. & Ioannes Mariana, Societatis Iesu, de reb. Hispan. lib. 7. c. 15. & alii. Fuit natione Cordubensis, Monachus & Abbas Monasterii S. Zoili Cordubæ, & paulò ante mortem Toletanus Archiepiscopus electus, inire tamen nõ potuit, quæ omnia unica Mariana periodo manifesta fiunt, sic enim inquit: Anno decimo Eulogius ipse occisus in Sabbatho, quinto Idus Martij. Eulogij vitam Aluarus Cordubensis eius familiaris, & necessarius scripsit, vbi asserit paulò ante mortem in Vuestremiri locum Toletanum Archiepiscopum summa Cleri, & populi voluntate electum fuisse. Cordubæ sanè in Eulogii locū Sanfon Presbyter consequentibus annis Sancti Zoili Abbas suffectus est, &c. Hæc Mariana. Reliqua de eius rebas gestis, & scriptis vide in notis R. Baronij ad hanc diem. Martyrio coronatus est in Sabbatho, anno Domini 859.

QUARTO IDVS MARTII.

Romæ, Sancti Gregorij primi Papæ, & Ecclesiæ Doctoris eximij, cuius etiam festus dies à Græcis, propter insignem eius sapientiam, & sanctitatem, præcipuo honore celebratur, qui ob res præclare gestas, atque Anglos ad Christi fidem conuersos, Magnus est dictus, & Anglorum Apostolus appellatus. Item Romæ, Sancti Petri Diaconi, interlocutoris Dialogorum Diui Gregorij Papæ, & Sacræ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, qui proposito sibi Sancti Gregorij Pontificis, magistri sui, exemplo, in omni sanctitate eluxit. In Britannia minori, Sancti Pauli Leonensis Episcopi, admirandæ sanctitatis, abstinentiæ maximè, uiri.

MARTII 12.

Gregorij] De hoc Mart. Rom. cum Baronio, Beda Vuardus etiam hæc ceteris à Latinorum, quàm Græcorum hac die. Res eius præclare gestas recensent Ioannes Diaconus libris 4. quos adfert Surius, Tomo. 2. Paulus Diaconus, & alij multi quæ de eodem ex professo tractant, quorum præcipui citantur à R. Baronio, & Galefinio in annotationibus huius diei. His adiunguntur Petrus in Catalogo, lib. 3. c. 192. Vincentius Beluacensis in Speculo, lib. 22. capitibus 9. 11. 19. 20. & sequentibus usque ad libri finem. Trittemius de uir. ill. Ord. S. Ben. lib. 2. c. 8. lib. 3. c. 52. & lib. 4. c. 2. & 22. Mombrinius, Tom. 2. Antoninus, in Summa Historiali, part. 2. Platina de uitis Pont. Rom. Onuphrius Panuinus in epitome chronico, Ecclesiastico, & alibi. alijq. infiniti, quos longum esset enarrare. Opera quæ sunt

ac laudabiliter gessit, constitutionesq; quas instituit, si requiras, consule
explicationem nostram hanc, in primum Arboris presentis ramum. Obijt
anno 604.

Petri Diaconi] De quo *Mart. Rom.* impressum 1583. & Galefinus,
hac die. Petrus item in *Catalogo*, lib. 3. cap. 193. De eodem agit *Vincen-*
tius in Speculo, lib. 22. c. 107. & *Ioannes in uita S. Gregorij Papa.* Obijt
anno 605.

Pauli Leonensis] De eodem, *Molanus in Addit. ad Vsuardum*, Gale-
finus, *Maurolycus*, & *Felici* hac die. Vitam eius breuiter describit *Vincen-*
tius in Speculo, lib. 21. c. 22. & 23. *Tritemius* item de uir. ill. *Ord. S. Ben.*
lib. 3. c. 48. & lib. 4. c. 134. Fuit discipulus Sancti Elui Abbatis, floruitq;
que circa annum Domini 600. Agit de eodem *Petrus in Catalogo*, lib. 3.
c. 195. & *Robertus Cœnalis de re Gallica* lib. 2. perioche 6.

TERTIO IDVS MARTII.

IN Monasterio Cluniacensi, Translatio Sanctę Consortię uirginis.
Hispalis, Sancti Leandri Episcopi, & confessoris, doctrina & san-
ctitate clarissimi.

MARTII 13.

Consortię] De ea *Mart. Rom.* ann. 1583. *Molanus in Addition. ad*
Vsuardum, & *Galefinus*, & *Maurolycus*, hac die.

Leandri Episcopi] Huius natalem reponunt, hac die *Villegas in flore*
Sanctorum : & *Morales in Chron. Hist.* lib. 1. c. 5. Alii uero tertio calen-
darii Martii, ubi de eo agimus.

PRIDIE IDVS MARTII.

IN Prouincia Valerię, Sanctorum duorum Monachorum, quos
Longobardi suspendio necauerunt in arbore, in qua licet defun-
cti, ab hostibus ipsis auditi sunt psallere. Halberstati in Germania
Monasterio *Quindelingeborg*, depositio sanctę *Mathildis Reginę*,
matris *Othonis* primi Imperatoris, humilitate, & paciētia celebris.
Casini depositio sancti *Ioannis Abbatis Casinensis*, summę humili-
tatis, de quo multa miranda leguntur. *Patavii* translatio sanctorum
Arnaldi Abbatis, *Vrii Monachi*, *Felicitatis Virginis*, & aliorum. *Ca-*
nę B. Petri huius nominis secūdi, Abbatis. In *Thuringia*, Sanctę *Pau-*
linę sanctimonialis reclusę, miraculis clarę.

MARTII 14.

Sanctorum duorum Monachorum] De iisdem *Martyr. Rom.* cum
Baronio, hac die. De quibus & *Diuus Gregorius* lib. 4. dial. c. 21. &
Petrus ab eo in Catalogo lib. 11. c. 121.

Mo-

Monasterio Quindelingeborg] *Fundatum fuit istud Monasterium ab hac sancta Mathilde Imperatrice, in Vrbe Quindelingeborgensi, circa annum Domini 922. & in honorem Sancti Seruatij consecratum: hinc præfuit prima Abbatisa filia eiusdem, Mathildis, que postea in Catalogum Sanctorum relata est.*

Mathildis Reginae] *De qua idem Baronius, & Molanus in Addit. ad Vsuard. hac die. Hac marito Henrico Aucupe Casare, defuncto, in eodem suo cœnobio vitam religiosam ducens, plena bonis operibus migravit, in eoq; apud virum sepulta est: obiit autem circa annum Domini 940. De eiusdem præclaris rebus gestis, pijsq; operibus, agit Albertus Crantzius in Metrop. Saxonie lib. 7. c. 12. & aliquot sequentibus.*

Ioannis Abb.] *Huius natalis notatur a Leone Ostiense in Chron. Casinensi lib. 2. c. 21. quo, & præcedenti, eius Vita breuiter describitur. Eandem recenset Petrus Diac. de Sanctis Montis Casini, c. 35.*

Petri Abb.] *De eodem Molanus in Addit. ad Vsuard. Maurolycus, & Felici, hac die. Petrus in Catalogo lib. 2. c. 200. res eius gestas profequitur: & Vincentius in Speculo lib. 29. c. 28. 29. 30. 31. & 32. Fuit primum Monachus Igniacensis, deinde Prior, post Abbas Vallis regis, ultimo Henrico Abbate Clareuallense inter purpuratorum numerum relato, eidem quamuis inuitus in Abbatiæ regimine successit, circa annum Domini 1150.*

Translatio Sanctorum &c.] *Tabule cœnobij S. Iustinae de Padua, & Breuiaria nostra Casinensia, hanc Translationem, hac die, annotatam habent. De hac insignem Orationem habuit Dominus Marcus Brixianus, Abbas Congregationis nostræ, que Typis excusa est Brixie. Facta est autem huiusmodi Sanctorum Religiosorum Arnaldi, Vrii, & Felicis Translatio, simul cum alijs Sanctorum Corporibus illius cœnobij anno Domini 1562. ut indicant uersus illi, in basi sinistrae partis Chori illius Ecclesiæ insculpti, quorum tenor talis est.*

Iustinae corpus Regali sanguine cretæ,
Ossaq; Cœlicolum, multos seruata per annos
Religione Patrum, sacras sunt sparsa per aras
Templi huius: tractante Pio Quarto aurea Patris
Retia Clauigeri; Mutinensi & Præsede magni
Huius cœnobij Peregrino claustra tenente:
Ac Lustrata noua pompa. quippe ordine longo
Et populo, & Clero, & lato comitante senatu,
Atque ipso celebrante sacrum Urbis Præsule: quorum
Numine, tartarei Manes fugere per auras

Iraui,

Irati; & certo firmavit poplite gressum
 Claudus: & altisonas effudit pectore voces
 Mutus: easque cauis furdus demum auribus hausit:
 Atque optata diu respexit lumina solis
 Cæcus ouans: populi circum admirante corona.

Hieronymo Priolo Venetiæ Duce M. D. LXII.

Paulinæ Sanctimonialis] *Huius natalis notatur, hac die, a Trithemio in Chronico Hirsangie, in Tractatu de Brunone Abbate, obiisseq; refertur anno Domini 1107. in Thuringia.*

Petri secundi Abb.] *Tabule Cæuenses de eodem agunt, hac die. Fuit Abbas nonus illius cænobij, ac migravit anno Do. 1208. regiminis sui 19.*

IDIBVS MARTII.

ROMÆ Sancti Speciosi Monachi, cuius animam germanus eius ferri vidit in cælum. Ibidem, natalis sancti Zachariæ Papæ. Hic pro pietatis studio B. Gregorij Magni Dialogorum libros Græcè reddidit. Italiæ, intestinis bellis ardenti, pacem restituit: Germaniam, diæcesium finibus distinxit: Episcopatibus auxit, & ornauit: Pipinum solenni Christianoq; ritu ab Bonifacio Archiepiscopo Regem consecrari uoluit: Romanæ Ecclesiæ patrimonium propagauit: De Cleri, populiq; Christiani disciplina, & moribus multa salubriter pieq; fanciuit: Basilicas multas collabentes instaurauit: Bibliothecam Vaticanam confecit, & instruxit; Templum B. Georgii, Christi martyris, ædificauit; sicq; Ecclesiam Dei summa uigilantia gubernans, clarus meritis quieuit in pace, anno sui Pontificatus decimo, mense 3. die 9.

MARTII 15.

Speciosi] *De eo Martyr. Rom. cum Baronio, hac die. Eius meminit S. Gregorius lib. 4. dialog. c. 8. Petrus in Catalogo lib. 11. c. 106. fuit discipulus S. P. N. Benedicti, eiusque nomen citatur a Gordiano Monacho in Epistola ad Constantinum Abbatem.*

Zachariæ] *Hac die eum reponunt Mart. Rom. cum Baronio. F. Onusfrus Panuinus in Epitome, & Maurolycus, qui tamen etiam die præcedenti, cum Molano, Galestinio, & Felici, eius memoriam agit. Agit de eodem Petrus in Catalogo lib. 10. c. 26. aliq; infiniti qui de Rom. Pontif. ex professo tractant. Quod Monachus fuerit testatur F. Onusfrus Panuinus in Chronico Pont. Romanorum, cuius autem Ordinis, minime refert. Eum tamen fuisse Monachum Benedictinum, tum ratio temporis, tunc enim nulla alia Monasteria nisi Benedictina reperiuntur, tum etiam uerba illa quibus P. Benedictum, Patrem suum appellat, manifeste declarant:*

Sic

Sic enim ait in Priuilegio Monasterio Casinensi anno sui Pont. primo concesso, circa finem; At uerò qui pio intuitu huius nostri Apostolici instituti obseruator existit; benedictionis gratiam a misericordissimo Domino Deo nostro, per intercessionem Beatissimi Patris nostri Benedicti consequatur, & Vitæ æternæ præmia adipisci mereatur: Hoc Priuilegium impressum uidetur in Chronico Casinensi, & est ultimo libri loco positum.

DECIMO SEPTIMO CAL. APRILIS.

MARCIANIS Monasterio, depositio Sanctæ Eufebie Virginis, & Abbatissæ Hamaticensis. Moguntia, sancti Meginbodi Abbatis Burbachensis, magnæ sanctitatis, & doctrinæ. In Monasterio Vallis Umbrosæ, sancti Læti Abbatis, & discipuli sancti Ioannis Gualberti, in cuius morte Angelū eius custodem uidere meruit. Eodem die, sancti Torelli Conuersi, & Eremitæ, miraculorum gloria clarissimi.

MARTII 16.

EVfebie] *De qua Molanus, & Felici, hac die. Eius uitam referente eodem Molano composuit quidam profundioris scientiæ, carmine, & prosa, quæ seruantur MS. Marcenis. De eadem agitur in uita S. Rethrudis, matris suæ, quæ extat apud Surium, Tomo 3. & in Molano in Indiculo Sanctorum Belgij. Recensetur quoque à Meyero Annal. Flandriae, lib. 1. ad annum 661. Fuit Abbatissa in Hamatico iuxta Marcenæ post S. Gertrudem proauiam suam, in quo obiit anno Domini 642. ætatis uero suæ 23. quiescit iam in cænobio Marcianensi, iuxta Duatum.*

Meginbodi] *De huius die natali uideatur Trittemius. de uir. ill. Ordin. S. Ben. lib. 3. cap. 261. qui eius uitam breuiter refert.*

Læti, & Torelli] *De ambobus Tabula Vallis Umbrosæ, hac die: uorum prior Abbatem egit in cænobio S. Michaelis Passignani, ubi & mortuus est anno 1083. alter uitam Eremiticam duxit Auillaneti non longe a Puppio patria sua, & miraculis clarus ætatis suæ anno 80. Christi 1282. ex hac uita migravit, & in Altari Ecclesie S. Fidelis Puppi sepultus est.*

DECIMO SEXTO CAL. APRILIS.

NIVIGELLÆ in Brabantia, Sactæ Gertrudis Virginis, & Abbatissæ, filia Pipini Ducis, quæ patre mortuo a Sancto Amando Episcopo in Religionem Deo ritu solenni consecrata, fidei propagandæ studiosa, uerbi Dei concionatores magno in honore habuit, de pauperibus, & peregrinis sollicita, eos charitatis uisceribus complexa, aliæ sustentari curauit; patriæ celestis sitiens, toto uicæ cursu

curfu in omnibus sanctitatis officijs se exercens, Christum sponsum in cælis habere meruit. Herbipoli, Sanctorum Confessorum Coloniæ Presbyteri, & Totuani Diaconi. Parauii in cœnobio Sanctæ Iustinae, depositio Sancti Vrii Monachi, & confessoris.

Gerrudis] De ea item hac die Mart. Rom. cum Baronio, Beda, Ado, Vsuardus, Molanus in Addit. & Annot. ad eundem, & in Indiculo Sanctorum Belgij, Galestinus, Maurolycus, Felici, & alij. Eius vitam adfert Surius, Tomo 2. a contemporaneo exaratum. De eadem agit, Petrus in Catalago, libro tertio, cap. 205. Frater item Petrus Cratopolis Minorica, Libro de Episcopis Germanie. Fincensius in Speculo, lib. 2, c. 117. Tritemius de vir. ill. Ord. S. Bened. lib. 3. c. 113. Jacobus Meyerus in Annal. Flan. lib. 1. ad annos 650. & 664. quo anno obiit, ætatis sue 33.

Colonati Presbyteri, & Totuani] De his etiam Galestinus, ex Annalibus Artimani Monachi, hac die. Acta eorum reperuntur in vita Sancti Chilianii Episcopi apud Surium, Tom. 4. die 8. Julij, cum quo martyrium passi sunt: erant verò Monachi Ripenses in Anglia. Quæ autem hac eorum festiuitas ignoro: Natalis recolitur die octauo Iulij.

Vrii] In Calendario peruetusto cœnobij S. Iustinae, huius Natalis notatur hac die; de cuius actis nihil aliud cognoscere potui, nisi quod Sanctorum quorundam Innocentium reliquias illuc adportauerit, & post multos in religione perpeffos labores, miraculis clarus quicauerit in pace. Jacet in Altari quodam illius Ecclesie; Canonizatus est à S. Leone Papa 1. X. die 2. Augusti, uti ibidem tractabimus.

DECIMO QUINTO CAL. APRILIS.

Mantuae, depositio Sancti Anselmi Episcopi Lucensis, & confessoris, maximè humilitatis, & doctrinæ uiri. Eodem die Sancti Christiani Episcopi, & Confessoris, Ordinis Cisterciensis.

MARTII 18.

Anselmi] De quo Mart. Rom. cum Baronio, Galestinus, & Fabule Ecclesie Mantuane, hac die. Felici in Ephemeride, Anselmi quidam meminit, sed eundem cum Anselmo Cantuariensi Archiepiscopo confundit, in quo videtur corrigendus. Huius vitam ab eius contemporaneo grauitate conscriptam, habemus in nostro cœnobio Sancti Benedicti de Padolone, manuscriptam, quæ sic incipit. Deuotis quorundam precibus instantè cogimur, ut vitam Sanctissimi Fratris nostri Lucensis Episcopi Domini Anselmi, quam præfentes vidimus, & pariter commo- rantibus fideliter accepimus, compendioso explicemus labore, &c.

Arctio-

Arctioris vitæ studio inflāmatuſ Episcopatu relicto vitam Monasticam in eodem S. Benedicte cœnobio professus est, ut clarè satis ostendit vitæ ipsius Auctor his uerbis, Disponit ergo orationis causa, Sanctorum aliqua uisitare limina, & nescientibus, qui cum ipſo erant, parentibus, ac fidelibus, sit subito Monachus Regulæ S. Benedicte subiectus, &c. Repositus uero à S. Gregorio VII. suæ sedis, nunquam habitum Monasticum deserere uoluit, sed eundem sub habitu Episcopali celans, ad finem usque uitæ retinuit. Reseruat utem liber miraculorum eius post mortem, quorum 29. à B. (sic enim se appellat) peccatore, Capellano eius; reliqua 30. à reuerentioribus, sicut ipsi uiderunt, aut audierunt à fidelibus, descripta sunt. Agunt de eodem Sigebertus de illust. Eccles. scriptorib. cap. 162. Trithemius de scrip. Ecclesiasticis, & Sixtus Senensis, lib. 4. Bibliotheca sanctæ: In hoc attamen mendosus, quod duos Anselmos, unum Lucensem, alterum Mantuanum, Episcopos, pro uno constituat, & opera unius duobus adscribit; quod quam à ueritate sit alienum ex hoc manifestum euadit, quod nullus in toto Episcoporum Mantuanorum Catalogo reperitur, qui Anselmus uocetur, eo præcipuè tempore quo floruisse ab eo annotatur, Mathildis scilicet Illustrissimæ Ducissæ: tunc enim non Anselmus, sed Vitaldus Mantuanam sedem tenuit, cuius hortatu & iussu, ipsius S. Anselmi uitam compositam fuisse ab auctore refertur. Restituendus ergo est suæ integritati Sixtus, omniaq; quæ ab ipſo illi Anselmo Mantuano adscribitur, ut de annis mortis, & Episcopatus, huic nostro Anselmo attribuenda. Corpus eius iacet in Ecclesiâ Cathedrali S. Petri Mantuæ, quod ita adhuc integrum cernitur, & incorruptum, ut dormientem potius, quam mortuum diceret. Immortalitatis stola indutus est anno 1086. Episcopatus sui 13. Indictionis 52. anno 9. Agit & de eodem Bertholdus in App. ad Contr. ad ann. 1086. & hac ipsa die obiisse testatur.

Christiani Episcopi] Calendarium meum Germanicum, huius meminit, hac die. De eodè agitur in uita S. Malachie Episcopi, quæ præfixa est operibus D. Bernardi Abbatis; quæ eam composuit, & reperitur apud Surium; Tom. 6. Fuit discipulus primum ipsius S. Malachie, deinde Ordini Cisterciensium ingressus factus est Abbas cœnobij Surienſis, & Mellifontis, & postea Archiepiscopus factus, circa annum Domini 1140. Obiit anno 1148. Agit de eodem Vincentius, in Spec. lib. 29. cap. 11. & 12.

DECIMO QUARTO CAL. APRILIS.

Sortus ad Italiam peruenit, & in urbe Pennensi constructo cœnobio, plurium seruatorum Dei per annos quadraginta quatuor Patet existens, uirtutibus ac miraculis clarus quieuit in pace. Eodem die,

transla-

translatio Sanctæ Landradæ uirginis & Abbatissæ. In cœnobio Bingenſi, depositio Sanctæ Idæ Comitissæ de Spanheim, & sanctimonialis.

MARTII 19.

Ioannis] De hoc Mart. Rom. cum Baronio, Beda, Usuardus, Ado pluribus, Galeſinius, Maurolycus, & Felici, & alii, hac die. Petrus in Catalogo, lib. 3. c. 207. Eius uita scripta refertur ab Ioanne Spoletano Episcopo, que reperiri scribitur à Galeſinio apud Surium, Tomo 2. de Sanctis: at tamen eam ibidem inuenire minime nequiuimus: Fortassis codex mendosus est, Suriusq; adiectus pro Mombritio, qui hanc adfert, Tom. 2. de Sanctis. Tritemius de uir. ill. Ord. S. Bened. lib. 3. c. 283. eiusdem meminit sub die 4. calen. Aprilis: corrigendus est attamen, apponendaq; dictio Decimo, que in impressione deest.

Pennensis] De huius urbis lectione legitima, consule Ren. Baronium in Annotationibus huius diei.

Translatio S. Landradæ] Huius meminit Tritemius de uir. ill. Ord. S. Bened. lib. 3. cap. 282. hac die. De eadem agitur in uita huius S. Landradæ, que extat apud Surium, To. 4. die 8. Iulii. Facta fuisse fertur an. 1270. per Philippum Episcopum Tornacensem.

Idæ Comitissæ] Alias Intæ, utroque enim nomine eam appellat Tritemius in Chronico Hirsaugie, ubi eius depositionem recenset, hac die. Cœnobialem uitam duxit in cœnobio Sancti Ruperti Bingis, una cum sorore sua S. Margarita eiusdem cœnobii Priorissa, uitamq; temporalem in aternam commutauit anno Domini 1252.

DECIMOTERTIO CALEND. APRILIS.

In Britannia, depositio Sancti Cuthberti Episcopi Lindisfarnensis, qui à pueritia ad obitum usque, Sanctis operibus & miraculorum signis effulsit. Cuius dum undecim annos maneret corpus humanum, incorruptum post hæc, quasi eadem hora defunctum, simul cum ueste qua tegebatur inuentum est. Eodem die ex Fontanelle Monasterio, Gandani, Sancti Vulfraani Episcopi Senonensis, & Frisiorum Apostoli: qui in maiori senectute positus, abdicato Episcopatu Fontanellam abiit, ubi ante habitum susceperat Monachicum, ibiq; trāsens coronā æternam accepit. In Hispania, Sancti Martini Episcopi Dumienſis, qui Sæuos ab Arianismo, ad Ecclesiæ gremium reduxit. Casini Vigilia Sanctissimi Patris nostri Benedicti Abbatis.

MARTII 20.

Cuthberti] De eodē hac die, Mart. Ro. cum Baronio, Beda, Usuardus, & Molanus, in Annot. ad eundem, Ado, Galeſinius, qui Cuthbertum

tum

tum legit, Maurolycus, Felici, & alij. De quo & Petrus in catalogo, lib. 1. c. 112. Tritemius de vir. ill. Ord. S. Ben. lib. 3. c. 127. & lib. 4. c. 168. Eius vitam duplici stylo, carmine scilicet & prosa, descripsit Beda: profanam adfert Surius Tom. 2. de Sanctis. Fuit primo Monachus Mailrosensis, sub S. Eata Abbate, deinde Præpositus Lindisfarnensis sub Abbate S. Boisilo; demum Episcopus Hagulstadenensis secundus, & Lindisfarnensis, in ordine sextus, ut annotat Demochares, Tomo 3. c. 39. de Sacrif. Missæ Obijt anno 687. seu 688.

[Vltanni] De quo ijdē serē omnes supracitati, hac die. Petrus in Catalogo, lib. 3. c. 213. Tritemius de vir. ill. Ord. S. Ben. lib. 3. c. 168. & lib. 4. c. 73. Iacobus Meyerus, lib. 1. Annal. Fland. ad annum 720. Vitam ab Iona Abbate descriptā habet Surius Tomo. 2. de Sanctis. De eodem meminit Molanus in Indiculo Sanctorum Belgij. Res item eius gestas sequitur Cornelius Kēpius Docomensis, lib. 3. c. 10. & alijs sequētib; de origine Frisorum: Vincētius in Speculo, lib. 23. c. 145. & 146. Reponitur ab Addone die nono calendas Maij. Migravit autem à seculo anno Domini septingentesimo vigesimo.

[Martini Episcopi] Notatur huius natalis, hac die, à Ioanne Mariana, Societatis Iesu, libro 5. cap. 9. Histor. Hispan. & Morale in Hist. Hisp. libro 11. cap. 62. vbi eius acta recensentur. De eodem agunt Rodericus Toletanus libro de regibus Gothorum, & Vandalorum, c. 20. Vasius in chron. cap. 20. libri 1. & lib. 2. ad annos 464. 563. & 564. Tritemius de script. Eccles. & de vir. ill. Ord. S. Ben. lib. 2. c. 13. Interfuit Concilio Bracarensi primo anno 572. celebrato, preseditq; eiusdem ciuitatis Concilio secundo, anno 573. ut eorundem Conciliorum subscriptiones attestantur: fuitq; primus conditor & Abbas cenobij Dumniensis propè Braccaram, eiusdemq; postea primus Episcopus. De eo fusius egimus in explicitione ramorum Arboris.

[Vigilia S. P. N. Benedicti] Hæc olim obseruari solitam docet Sermo S. Petri Damiani S. R. E. Car. Episc. Ostiensis, qui apud me est tali exordio: Vigiliam egregij confessoris, beati videlicet Benedicti fratres carissimi hodie colimus, &c. de eadem vigilia sermones plures habuit Laurentius Episcopus, & Monachus Casinas, ut refert Petrus Diaconus de vir. ill. Montis Casini, c. 6.

DVO-DECIMO CALENDAS APRILIS.
IN Monte Casino Natalis Sanctissimi Patris nostri Benedicti Abbatibus, qui Monachorum disciplinam in Occidēte penè collapsam restituit, ac mitificè propagauit; cuius vitam virtutibus, ac miraculis plenam, beatus Gregorius Papa conscripsit. Hic natione Romanus, patria

patria Nursinus, ex patre Eupropio, Abundantia matre, auo Iustiano Anicio, nutrice Cirilla; postquam duodecim Monasteria Christo adiuuante construxit, temporibus Iustiniani Imperatoris sui Patruelis, prædictas Cellas sub Præpositis ordinans, Diuino ad se facto responso, duobus Angelis comitantibus, ad Euangelium prædicandum Paganosque ad Christum conuertendos, Casinum aduenit; ubi templa Idolorum destruens, cœnobium construens, circum manentes Paganos ad Christum conuertit: & sanctitate plenus migravit ad Dominum anno ab eius incarnatione quingentesimo quadagesimo secundo, vel tertio, Indictione quinta, vel sexta, ætatis suæ sexagesimo secundo, in Vigilia Paschæ, ac in Ecclesia Sancti Baptistæ Ioannis Casini sepultus est, ante altare in sepulchro quod sibi & sorori pauperat, ubi à toto Orbe uenerabiliter honoratur. In territorio Lugdunensi, Sancti Lupicini Abbatis, cuius uita sanctitatis, & miraculorum gloria fuit illustris: corpus eius in finibus Vefuntionum apud Lacionense cœnobium reseruatur. Spanheimij, Sanctæ Clementiæ Comitissæ, & sanctimonialis. Veronæ, translatio Sanctarum Liberatæ, & Faustine fororum, & uirginum sanctimonialium.

MARTII 21.

IN Monte Casino] In Campania Prouincia, cuius uidelicet sedis Varonem illum tot ante seculis celebratum, & Romanorum omnium doctissimum, atque sapientissimum auctorem fuisse, tradit antiquitas. Eius uero Varronis Palatii pars in modum Amphitæatri in hodiernum usque diem ad Montis radices semirutæ conspicitur. In cacumine uero ipsius Montis Monasterium Casinense, quod ab ipso Monte nomen accepit collocatum est, quod deinde numero Monachorum & Sanctorum, dignitate Abbatum, numeribus, ac priuilegijs Principum, tota Italia factum est celeberrimum, uti in c. 2. lib. 1. diximus, nam subiecti ei erant Episcopatus quatuor, scilicet, Aquinensis, Corinnensis, Suesanus, & S. Germani, siue Casinensis: Ducatus duo, Caietanus, & Fundanus: Principatus duo, Capuanus, & Caietanus: Comitatus uiginti, Aquinensis, Calenus, Manufrelus, Marsicanus, Soranus, Suesanus, Theanensis, Valuentis, Arpinus, Corinnensis, Athinensis, Caluentis, Esernensis, Venafrensis, Lesinensis, Traiectensis, Thermenensis, Calasanus, Casertanus, & Ciuitates triginta sex, Caieta, Calepa, Carseola, Fundis, Sora, Suesia, Theanum, Aquilonia, Interannum, Atinum, Arpinum, Alba, Galatia, Apunica, Aufridia, Thetina, Orestiana, Salmona, Esernia, Venefrum, Boniana, Aquinum, Aternum, Ceseana, Pafarenensis, Pola, Tergestum, Calinum, Oretinum, Transaquas, Furina, Minturnas, Tauomenium, S. Germani, Capua, & S. Agathæ: & reliqua

Ff liqua

liqua omnia in eodem cap. 2. lib. 1. enumerata, quæ pro maiori parte temporum iniquitate, & iure belli ablata subsequenter tantummodo retinuit, videlicet, Ciuitatem S. Germani: Castella S. Helie, S. ViFloris, S. Petri in finibus, Corbaria, Vallis rotunde Curcurutij, & Toruculi, in quibus potestatem tam spiritualem, quam temporalem habet: Castella etiam Aquæ fundatæ, Vitecusi, Pedemontani, S. Angeli in Theodicio, S. Apollinaris, S. Andreæ, Vallis Frigida, S. Georgij, Pignatarij, & Ville, Pedemontani, Cairæ, & Farignole, quæ temporale tantum Dominiū respiciunt. In temporalibus uerò & Criminalibus eidem subsunt, Castrum Pesculi, Castella quoque Vallis Regiæ, Ciuitelle, Villetæ, Pesche Cōstantiæ, Luci, & Farisula quoque; S. Mariæ de Sorbo, & Parochia S. Cosmæ in Tagliacozzo: Castella etiam S. Petri, Pomarij, Polegri, Ripæ Corbariæ, S. Angeli, & Osiensis in Aprutio: & Villæ, de Cardeto, Iunturæ, S. Petri in Monasterio, Regia Albani, Plumbariolæ, Mirtulæ, S. Stephani, Saracinisij, Terrani, Vindradæ, & Fellis, in Calabria: necnon & Villæ, Peolæ, Zoræ, & Marromula Abbatiæ. Et hoc est Patrimonium Casinense hodiernum. De huius monasterij laudibus plura dicenda superessent, sed breuitati studentes ea prætermittimus, ne & adulari uideamur: concludemus tamen cum quodam R. huius Congregationis Abbate, qui de huius Monasterij encomij loquens sic loquitur:

Hæc est illa domus Montis ueneranda Casini,
Vnde iter ad superos lactea plaga capit.
Hæc est illa domus, hæc est illa inclita sedes
Terra ingens, cœlis proxima, grata Deo.
Hæc est illa domus, qua sanctior altera non est,
Angelici reparans agmina lapsa chori,
Humanæ speculum uitæ, virtutis alumna,
Hæc est mortales, quæ facit esse Deos.

Sanct. P. N. Benedicti] De eodem Mart. Rom. cum Baronio, *Beatus Addo, ac ceteri latinorum, hac die*. Græci autem in Menologio, *græcis idus Martij eius memoriam recolunt. Eius uitam à S. Gregorio confessoris refert Surius, Tom. 2. de Sanctis. Eandem prosequuntur Iacobus de Voragine, & F. Claudius de Rota, Ord. Prædicatorum in Legendario Sancti Petrus in Catalogo, lib. 3. c. 214. Vincentius in Speculo, lib. 2. a cap. ad 73. & pluribus alijs in locis. De quibusdam rebus eius gestis loquitur Petrus Diaconus, de uir. ill. Montis Casini. c. 1. & de Sanctis eiusdem Anaſtasius Monachus, & bibliothecarius in Chronica parua, sine statu de eius translatione per totum. Leo Ostiensis in chronico Casinensi cap. 1. & alijs libris sequentibus pluries. Io. Trittemius Abbas, de uir. Ord.*

Ord. S. Bened. libr. 1. cap. 1. lib. 2. cap. 1. & lib. 3. c. 1. & in chronico Hirsugia, & in alijs omnibus suis operibus sepius. Mombritius, Tomo 2. de Sanctis, Frater Ioannes Rioche in compendio temporum, & historiarum Ecclesiasticarum, libr. 2. cap. 69. omnesq; historici, tam ueteres, quam noteriori cum ad eius tempora perueniunt. Vitam eius Carmine decantauerunt S. Bertharius Abbas, & martyr, & Paulus Diaconus eodem Carmine genere, quo vitam S. Mauri, & S. Scholasticae descriperat, priore uel delictet exametri hemistichio pentametris semper claudens, cuius initium est.

Ordinar unde tuos, facer d Benedicte, triumphos,

Virtutum cumulos, ordinar unde tuos.

Vitamque autem imprimi curauimus in tertio poematum volumine Domini Prosperi Martinengij, simul cum uitis S. Mauri, & Scholasticae. Eandem descripsit Raynaldus Monachus Cas. & S. R. E. Card. uersibus, ut testatur Petrus Diaconus, de uir. ill. Mont. Cas. cap. 43. uel secundum aliud exemplar, cap. 44. Baronijs uero in Annot. huius diei, dicit hanc contineri in c. 17. sed arbitror librum unde hanc accepit, castigatione non modica indigere, cum omnes libri quos uiderim (uidi autem ad sex exemplaria MS.) sic ut retuli se habeat, duobus tantum exceptis, qui pro capite 22. citant quendam Abbatem Arialdum, quem alia exemplaria intermittunt, indeq; procedit illa capitum discrepantia, inter hanc duo, & alia quatuor exemplaria. Eiusdem S. P. N. vitam heroicis tetra Stichis decantauit Ioannes Carpenterius Attrebas, quae excusa est Antuerpiae, anno 1589. De eodem Sanctissimo Patre quamplures reperiuntur hymni diuerso Carmine genere conscripti. Cyprianus enim Monachus sub Petronace Abbate, & Paulus Diaconus, Petro Diac. c. 7. & 8. referente, pulchro eum laudarunt poemate; eos praecesserat Laurentius Monachus, & Episcopus, ut idem ait, cap. 6. qui uersus reperiuntur MS. in bibliotheca Casinensi in pulpito 7. ad Sinistram. Duos alios edidit hymnos S. Alphanus Monachus & Episcopus Salernitanus, eodem Petro, cap. 19. probante. horum unus reperitur in tertio libro poematum D. Prosperi Martinengij, a quo, doctissimo encomio iambico senario, eiusdem Patris nostri laudes eodem tertio poematum libro enarrantur. Plures alios composuit D. Angelus Sangrinus Abbas quondam Casinensis, qui Casini asseruantur. A quo item triplici carmine genere, Heroico, scilicet, elegiaco, & Sapphico, tota eiusdem uita decantata est. Extant & eiusdem poemata de miraculis eiusdem Patris in claustris S. Bened. Mantuani, & S. Iustinae Patuinae descripta. Quatuor alij hymni de eodem reperiuntur in Breuiario RR. Patrum Congregationis nostrae, duos Sapphico, reliquos iambico carmine conscriptos. Est & alius in sacrorum hymnorum libro uersu Sapphico conscriptus. Tres uero, qui

*nunc sequuntur, reperi in Breuiario in membranis MS. in Monasterio
S. Zenonis Verona.*

IN FESTO S. BENEDICTI ABBATIS AD
VESPERAS HYMNVS.

CHristi fauente gratia, resonet plures obnoxia, Benedicti praeconia, & tam festiua gaudia.

Vir uitæ uenerabilis, uirtutis ineffabilis, uir opere laudabilis, doctrina commendabilis.

Aetas in puerilibus, transit & cædit moribus, spretis paternis omnibus, hæret supernis ciuibus.

Reiecta secularium, cura prætereuntium, tollit moræ dispendium, mundum fugit, & uicium.

Spiritu duce agitur, in desertum adducitur, caro uicta prostermitur, mentis legi subijcitur.

Regula uitæ scribitur, facta doctrina proditur, fratrum cæcus adijcitur, sanctum nomen effunditur.

Patris beati meriti, laus, & honor ingenito, gloria unigenito, uirtutum summa paraclero. Amen.

AD NOCTURNOS, HYMNVS.

Signifer inuictissime, sacræque Dux militiæ, nos Benedictæ ualedo, precum defende brachio.

His armis execrabilem, leonis uincens rabiem, quibus olim retenturam, pellis ab ore merulam.

Urticæ iunctæ uepribus, uulnus curat uulneribus, flammata mens uinitus, ignem extinguit ignibus.

Crucem mittens ut lapidem, ueneni frangis calicem, non ualens uasculum, uitæ ferre signaculum.

Frater quem tunc nequissimus, uagum raptabat spiritus, dum uirga cæditur, stabilitati redditur.

Hic Hymnus paulò longior excusus reperitur in Officio B. Virginis Cœlestis nostri, cum de Officio paruo S. Benedicti agitur.

AD LAUDES, HYMNVS.

Plenæ messis manipulis, congregatis discipulas, miris splendorum miraculis, uitæ lucerna populis.

In paupertatis prædijs, duodenis cœnobijs, distributis in filijs, ac Senatorum collegijs.

Post specum quam incoluit, ubi lux mundo claruit, castrum Cœlestinum tenuit, cui præfuit & profuit.

Hinc post uirtutum cumulum, mortis huius ergastulum, resoluens carnem

carnis uinculum, transit ad Dei populum,
Fratrem sororem populus, desset & omnis oculus, quos sanctorum
fasciculus, seruat & idem tumulus.

Benedictus in gratia, Benedictus in gloria, nobis de cœli curia, grata
ferat auxilia. Amen.

*Alium MS. inueni in bibliotheca nostra S. Benedicti Mantuani, ver-
su sapphico, per horas distinctum. Hic quamuis auctore in frontispicio ca-
reat: arbitror tamen eum esse quem Sanctus Bertharius Casinensis Abbas
composuisse fertur; quem quidem in Monte-Casino non uidi, sed eius nota
à Domino Petro Villa de canibus Mestranensi, anno 1592, ad me cū alijs
transmissa est, eo, qui sequitur, modo: Versus S. Bertharij Abbatis Casi-
nensis de uita S. Benedicti. Eiusdem Sapphicus, uel hymnus endea-
casyllabus ad eundem Patrem. Vt igitur sapiens lector huius lectione non
fraudetur, integrum hic apponere non piguit.*

VITA B. P. BENEDICTI IN SAPPHICVM EXARATA.

AD NOCTURNOS.

Sancta lux fratres hodierna poscit

Guttura in sacros personemus hymnos:

Sic ut illis bona uox per ædem

Læta resultet.

Nam gregis magnus patriarcha nostri

Ille se nobis Benedictus offert

Festa sunt cuius celebranda sacro

Annua ritu.

Ille nimirum Benedictus est: quem

Acta casato per iniqua mundo

Subdidit tanquam solidam creator

Aere columnam.

Bella per totum latium fremebant

Hinc fames: illinc fera sæuiebat]

Pestis, horrebat furor Atrianæ

Tabis ubique.

Ecce dum tantis agitara monstros

Nocte sub telus scelerum profunda

Mergitur sedē canis in trifaucis

Ora dehiscens.

Nascitur cæco benedictus orbi

Mox salutaris referens fugatis

Nubibus lucem per aperta Cœli,
Astra sereni.

Qualis est Titan : ubi post dierum
Plurium nimbos radiosus ore
Prodit illustri : mare, terra, cœlum,
Ridet, & æther ;

Quippe uix natus dubia haud futura
Signa uirtutis dedit, in puello
Præferens mores tenero seniles.

Intus & extra,
Nursiæ claros habuit parentes,
A quibus Romam sacra litterarum
Missus, exauisit pia temperato
Sobrius ore.

Nam uias mundi laqueis refertas,
Plurimis cernens, barathrumque præceps
Ne per abruptum rueret : repressit,
Cum pede uocem .

Sicut imprudens colubrum uiator
Caleat æstiuâ tumidum sub umbra,
Colligit sese, fugiens trifulcæ
Sibila lingua.

Ergo mox ultro rudis & scienter
Nescius Romam patriam parentes
Militaturus Domino reliquit,
Scilicet uni.

Et licet uix dum puer attigisset
Puberes annos : nec adhuc recepto
Membra cremendo sua ferre pondus
Grande daretur .

Attamen non est ueritus : sed annis
Cepit imprimis adolere Christo,
Prorsus innectens iuga molliori,
Lenia collo .

Effident ergo fugiens probauit
Signa primæ uæ noua sanctitatis,
Arguens quanti meriti futurus
Esset ad annos .

Namque nutriti nimium quærenti

Fictilem vannum cecidisse, partes
In duas filius precis integravit,
Arte potentis.

Qui tholo' appensus popularis ædis
Liquit æternæ monumenta famæ
Quam cauens, ipsos nemorum recessus,
Solutus adiuit.

Laus, decus, virtus, honor, & perennis
Gloria excelsæ referenda patri
Et simul Verbo, simul & fluenti,
Semper amori.

A D P R I M A M.

Est locus denis quater urbe distans
Millibus lympha riguis nitenti
(Sublacum dicunt) vbi de lacuna,
Profuit annis.

Hic specum nactus prope sub cacumina
Montis extremum sua signa figens,
Bella tris totos stygijs per annos,
Hostibus egit.

Hic precum degens tuus offerebat
Dona sanctarum tibi Christe miles,
Aureas thuris phyalas habendo,
Semper odori.

Hispidus, sentus, macer, obsoletusque
Inter errabat latebras ferarum
Saxa præruptæ per acuta rupis,
Cernuus usque.

Nulla nix illum domuit, nec Eurus:
Non fames, æstus, sitis, aut cubile
Saxeum uicit, neque disciplina,
Flagra feueræ.

Semper accinctus vigil excubabat,
Semper indutus galeam, gerebat
Lanceam contra fera rugientis,
Ora leonis.

Nemo, Romanus nisi solus, illum
Norat errantem: sibi quæ petenti
Antra, æptorum fuerat bonorum,

Suafor amicus.
 Hic quoq; insigni charitate fulgens
 De suo certis dabat in diebus
 Ore subtractans epulas latenti
 Clam Benedicto.
 Sed quia exesis aditum negabat
 Mons inaccessus scopulis, superne
 Norat in resti Cererem ligatam
 Ferre deorsum.
 Quam sibi allatam sonus admonebat
 Clarus arguti bene tintinabli
 Sed bonum tantæ charitatis hostis
 Ferre nequiuit.
 Illico iactu lapidis potenti
 Illud effregit, tamen erogare
 Vir Dei pernix solitas nequaquam
 Desijt escas.
 Interim ne sub modio lateret
 Clara uirtutum radijs corona
 Fama vicinas hominis vagari
 Cępit ad oras.
 Nam sacerdotem Dominus uerendum
 Qui dapes lautas sibi prepararat
 Luce paschali monuit sub huius.
 Verba tenoris.
 Tu resurgenti mihi gratularis,
 Et cibos pingues tibi condidisti
 At meus seruus sub iniquiore
 Esurit antro.
 I, ser hos illi macie pereso
 Dixit, at parens Domino sacerdos
 Scrupeas rupes, iuga confragosa.
 Transit & amnes.
 In specu tandem reficit repertum
 Inquiens escas hodie hospitaes
 Sume, quas iussus tibi sum labore
 Ferre molesto.
 Forte si nescis, hodierna lucis
 Festa Paschalis peraguntur, eia

Sume, uix tandem bene consulenti
Cessit amico .

Inde pastores fructicosa nacti
Inter errantem pecudem purtant

Esse pellitam, coluere vero
Mox sibi notum .

Iam frequens ad se populus venire
Iam procuratas sibi ferre cœnas

Cui salutaris dabat ille contra
Pabula uitæ .

Voce sublimi modulemur omnes
Gloriam patri, genito increato

Pneumat. sancto solio sedenti
Pneumat. sancto solio sedenti

Semper eodem .

A D T E R T I A M

I Nter hæc autem furiosus hostis
Bella molitur, merulamque pullam

Mentiens rostro grauis ora circum
Clangit, & alis .

Quæ statim signo crucis euolauit,
Sed uoluptatis tamen illa tantum

Fudit in totas hominis uenenum
Dulce medullas .

Arma cessurus prope stratus, hosti
Ut foret, ni mox in agone duro

Elaborantem pia subleuasset
Dextera Christi .

Namque se nudum dedit inter acres
Plurima vepres cruce sauciandum

Et per urentes nimium rotandum
Mordicus herbas .

Sic citem totus lacer, & cruore
Membra perfusus sacra uirginali

Diluit quicquid Venus inquinarat
Ossibus hausta .

Pulsus hoc pacto furor est, & ignis
Et foris sese truculenter ultus

Expiatricem sceleris medelam
Admouet intus .

Plaga sic plagam domat, ignis, ignem

San-

D.
Wion.

Vita

II.
VI.

Sanguinem sanguis, dolor & dolorem,
 Cædit illufor uafet à nouello
 Milite lufus.
 Ergo prostrati fpoliator hoftis
 Liber euafit, ueluti nouale
 Erutis fpinis fegetes daturum,
 Pingue feraces.
 Fama dum uero patris alma tanti
 Longius penna graditur uolucris
 Forte cœnobi fenior propinqui
 Interit abbas
 Cuius ut partes obeat gerendas
 Pofcitur cœtu Benedictus omni
 Et tot inuitus licet: acquiefcit
 Fratribus vnus.
 Ante teftatus male conuenire
 Moribus mores, neque fe probare
 Qua forent illi prius inftituti:
 Religionem.
 Præfes effectus moderator intra
 Doctus arcebat petulantiores
 Regulam duris cohibens lupatis
 Ora vagantum.
 Id quod indigne nimium ferentes
 Complices fratres, neque enim virosum
 Improbis unquam folet eſſe ſuauiſ:
 Vita bonorum.
 Igne ſuccenſi ſtygio (nephandum
 Proh ſcelus) ſancto ſibi quem parenti
 Legerant, nigri mala miſcuere
 Vaſa veneni.
 Quæ redemptoris quia Dæmon intus
 Deliteſcebat, nequiere ſignum
 Ferre, ſed ſaxo crepuere tanquam
 Ictâ potenti.
 Hoc ſimul cernens, ſimul obſtupefcens
 Vidit e quanto Dominus periclo
 Se redemiſſet Benedictus, & ſic
 Fratribus inquit.

Donet

Donet indulgens ueniam creator
 Omnibus, uobis mihi potionem
 Cur propinastis stygię ferentem
 Virus echidnę?

Nonne prędixi, quia nostra uestra
 Vita, nec mores bene conuenirent,
 Pręsulem uestris alium parate
 Moribus aptum.

Dixit & uasti sibi gratiosa
 Antra deserti petiit, futurus
 In creatoris facie superni
 Se penes unum.

Quippe, qui semper Domini subesse
 Quicquid obtutu faceret putabat
 Lubrici explorans propę cogitatus,
 Cordis ad unguem.

Ne quid insanos maculę latenter
 Reperet sensus, sua dedicata
 Templā ne Christo ferus occuparet
 Fraudibus hostis.

Sit patri, nato, digito superno
 Aequa laus, æquum decus, æqua uirtus,
 Aequa maiestas, honor æquus, æqua
 Gloria Cęlo.

A D S E X T A M.

ERgo dum degit Domini uir antro
 Solus in solo, minus esse solum
 Passus est Christus, quia lux tenebras
 Nescit opacas.

Namque fragranti sub odore plures
 Blanda luros iuga congregarat,
 Claustra quid struxit duodena certis
 Recta magistris.

Quin & huic Roma proceres ab urbe
 Militaturos tibi Christe multi
 Inter hos Maurum Placidumque natos
 Vltro tulerunt.

Frater in cella fuit unus autem
 Qui recens structa precibus uacare

Huc

Huc statim illuc vagus abnuēbar
 Mente maligna.
 Hunc simul blande simul & seuerē
 Sepē correctum, tantum obstinatum
 Extrahi cēlla Benedictus atro
 Vidit ab hoste.
 Vidit, & Mauro tribuit uidentium
 Quo statim pulso ferula coegit
 Fratris insanum rediisse sensum
 Lubrica corda.
 Sed quia in singlis nimis immorati
 Esset ambages struere imperitas
 Mira succincto numerosa uersu
 Stringere nitat.
 Fabor in primis ueluti sub usum
 Iusseris fratrum Benedictē rupem
 Aridam lymphas dare copiosas
 Fonte perenni
 Utque falcastrum sub aquas profunda
 Perperam lapsum tumidas lacunæ
 In suum solo capulum redire
 Feceris ore.
 Ut tuo Maurus monitu secutum
 Vasa de fluctu Placidum tumentū
 Duxerit currens super alta sicco
 Aequora gressu.
 Coruus ut panem necē delibutum
 Inuidi munus tulerit, iubente
 Te: sub ignotas ubi nullus, oras
 Viuere fertur.
 Quid? quod extinctū lachrymis, & hostem
 Obrutum casu ueteris solari
 Et iubes Maurum necē gratulantem
 Pendere pœnas.
 Hæc parem diuis faciunt supremis
 Te, Petro cum per uada curris hostem
 Flendo Dauidi, tibi quando cornus
 Paret, Helię.
 Alter es autem, capulum subintrat

Quando

Quando falx ipsis sub aquis Heliseus,
 Moyse cum deficiente rupe
 Elicis vndas.
 Oppidum post hæcadiens Casinum
 Phana subuertis, statuas, & aras
 Subruis lucos per inane phebo
 Vulgus adultos.
 Quod ferens agre tibi bella teter
 Dæmon indicit, pice fultus atra
 Vnguibus, flammis, oculis, tremendo
 Ingruit ore.
 Quid tibi mecum maledicte? cur vim
 Non laceffitus mihi sæuus inferis?
 O ter ac ultra maledicte falsum
 Nomen adeptæ.
 Hos tot & tantos pateris furorẽs
 Nescius tergum dare te relicto
 Donec ad belli rude militonum
 Tenderet agmen.
 Temptat hos saxum cupidos leuare
 Quod præmens nixu super insidebat.
 Nec solo fratrum finit amouere
 Viribus ullis.
 Tu tua verò prece ponderosam
 Inde propellens colubrum repente
 Illud ad cellas facis exigendas
 Tollier apte.
 Soluis incensam stygijs calinam
 Ignibus flammis oculis inanes
 Indicans, pulsa sua consecutis
 Lumina nocte.
 Nostra vox hymnis sonet inquietis
 Gloriam patri meritam superno
 Filius cum quo dominatur, atque
 Spiritus almus.

A D N O N A M.

ADde quod fratrem paries sub alta
 Triuerat totum penitus ruina
 Hunc pia mox tu prece suscitasti

Lucis

D.
 Wion.
 Vita
 P. II.
 81

Lucis in oras.

Quid? quod humani penetrale cordis
Omne rimaris, procul acta nosti,
Es futurorum scius ore vates

Vera canenti.

Tu vides absens, quibus hospitati
Aedibus fratres, quibus & quot ciscis
Pauerint ventres, biberit quot vnus

Pocula quisque.

Tu vides absens solitum venire
Ad tuam sicco benedictionem
Ore conuexi dapibus maligni

Fraude Colubri.

Tu vides seruum sub adulterina
Regis ornatum trabea Totillæ
Noscis, & notos monitu benigno

Arguis ambos.

Arguis regem latia madentem
Cede, Romani bibulum cruoris,
Regna tarpeia fore rupis illi

Subdita dicens.

Liberas idem face quos erinnis
Tetra lymphatos agit inquieta:
Cernis instantes operum ruinas

Esse tuorum.

Hoc inexpletum lachrymaris, & uix
A Deo exoras, ut ab imminente
Clade sæuorum tua barbarorum

Libera plebs sit.

Te uicem Pauli tenuisse constat,
Naue qui fracta tumidis in undis
Omnibus certam sociis salutem

Obrinet orans.

Tu Vides absens hilaratus unum
Abdat ex vasis puer ut duobus
Nobilis vini foliis sub altis

Intereundum.

Abdito edicis labia admouere
Horreat, quod cum faceret, tumentis

Vidit

Vidit ex illo maculosa labi
 Colla draconis.
 Deregis mappas auidi larentes
 In sinu fratris, tua cogitatus
 Fratris elatos aciés tenentis
 Lumina cernit.
 Cēlitus missa querulos farina
 Prę fame fratres alis asserendo
 Vsq̄ue fidendum Domino vel atrę
 Tempore sortis.
 Ex tuis absens duo per quietem
 Tecta fructuros noua propter Anxur
 Admones, sacras ubi metiantur
 Surgere cellas.
 Constat, & binas monachas fuisse
 In suum lingua tumidas procaci
 Pręsidem, quas mors nimis arrogantes
 Iusta necauit.
 Has sacerdotem veritas, tonantem
 Este de phanis procul ò prophani,
 Intuebatur pia de sepulchris
 Cedere nutrix.
 Pro quibus sacrum tibi iussa munus
 Offerens aris, animas earum
 Vidit haud ultra tenues ab imis
 Surgere bustis.
 Gloria, sanctę pia trinitati
 Lingua concentu resonet canoro,
 Qui Deus lapsu peritura nullo
 Secula regat.

A D V E S P E R A S.

MOrs tuę expertes benedictionis
 Arripit, tellus reiciit, reiectos
 Suscipit, postquam sacra texit illos
 Hostia Christi.
 Claustra linquenti tua iussa præter
 Et reuisenti patrios penates

Se voraturum patulo draconem
Obiicit ore.

Cuius ad uastos trepidans hiatus
Ante neglectas repetiuit ædes
Pollicens post hac fore contumacem
Se tibi nunquam.

Tu venenatos, elephanticosque
Tu famescentes dape, sanitate
Liberas, misso quoque debitorem
Cælitus auro.

Vitreum tu uas olei pusilli
Iusseras sicut, minus erogatum
Integrum seruas licet inter aspra
Saxa rotatum.

Vrceum orando facis exinani
Palladis pingui tumidum liquore
Et redundantem sola diluentem
Subdita fonte.

Dæmonem corpus senis obsidentem
Atque humi stratum crucibus prementem
Non reuerfurum colapho tenebras
Pellis ad imas.

Quid loquar Zallam rabie furentem
Vortica, plenum luis Arrianæ
Inque bachantem gladio fideles
Quosque cruento.

Hic inexhaustis aliena semper
Faucibus mandens cruce multiformi
Rusticum angebat ferus obligatis
Pone lacertis.

Quem vel obtutu pius exsolutum
Liberas solo, tua tanta virtus
Supplicem Gotthum tibi fulminanti
Reddis ab ira.

Non omittendus puer est, in auras
Quem semel functum reuocas secundas
Iura naturæ superata mundus.
Obstupet omnis.

Sed tibi quâquam famulantur aer,

Ignis

Ignis, & telus, mare, uita, lethum
Est tamen iuste tibi quod negarit

Gratia Christi.

Nam repentino pluuiæ tumultu
Iusta germanæ negat, ut negare

Possis oranti sacra spiritalis
Pabula vitæ.

Nocte sic tota superis vicissim
Gaudijs fratrem soror & sororem

Frater inuitus, paracletus autem
Pascit utrunque.

Vecta phæbeis aderat quadrigis
Terna lux, cum mox animam fororis

Cernis in pura speciem columbæ
Astra subire.

Cuius insigni vice gratulatus
Gratias summo meritis tonanti

Per sacros hymnos agis, & sacrarum
Cantica laudum.

Præcipis sanctum pius hinc cadaver
Aduchi, aduectum tumulo recondi

Condito, ritu sacra Christiano
Debita solui.

Vna personis Deitas, & unum
In tribus numen viger, & potestas

Vna, cui sursum datur & deorsum
Gloria quanta est.

AD COMPLETORIVM.

Nec, satis quanquam mea rusticana
Musa, miraculum reticebit ingens

Quod tibi oranti media refulsit
Noctis in ymbra.

Quippe te tota super cleuatus
Mente laxatis anime quadrigis

In Deum lucem tenebras fugantem
Cernis opacas.

Quæ die multo potior serena
Obtulit tanquam radio sub uno

G g Solis

D.
Wilson.

Vita
P. II.
VI

Solis inclusum tibi transeuntes
 Cernere mundum hinc inde
 Dumque perlustras acie coruscum
 Irreperculsa iubar, intueris
 Urbis insignem Capuæ parentem
 Aethere in alto
 Angelos illum niueis in alis
 Ignis in sphaera super eminentem
 Regiam celi, thalamumque celsi
 Ferre tonantis,
 Multa gestorum memoranda dictu
 Diue vel prudens taceo tuorum,
 Nam tui extremam properamus horam
 Scribere fati.
 Ergo post scriptas Benedicte leges
 Fratribus sacris dapibus refertas
 Fata præfagis tua plenus almo
 Pneumate mentem.
 Ante sex soles obitus supremi,
 Et sepulchrales aperis latebras
 Et simul magno quateris tremore
 Febris anhela.
 Cumque sæuiret magis ingrauescens
 Langor, in cellam precibus scæntem
 Ferris, & sacro tua commeatu
 Pectora munis.
 Inde fraternis fragiles lacertis
 Subleuas artus, oculosque sursum
 Fixus, intendis duplices in altum
 Aethera palmas.
 Atque ita orando redimitus omni
 Dote virtutum graue dissolutus
 Ponis ergastlum, subitoque scandis
 Astra volatu.
 Hoc duo fratres, procul alter, alter
 Vidit in cella radiare stratum
 Regio à terris iter apparatu
 Solis ad ortum.
 Et releuatum patris esse diui

Per quod acceptus supero tonanti
 Letus ascensu roseos supino
 Scanderet axes.
 Hinc tui magno gregis eiulatu
 Ante cursoris tumultatis æde
 Aede mendacis sub honore phœbi
 Ante dicata.
 Ossa germanæ tua copulantur
 Ossibus, busto quoniam sub vno
 Par erat condi, quibus una Christo
 Mens fuit uni.
 Ultimo nobis referenda calce
 Acta vesano mulier cerebro
 Quæ tuo certam respiciit antro
 Nacta salutem.
 Fert pater, verbum, paraclerus uno
 In throno sceptrum Deus vnus vnū,
 Demus huic soli superis in astris
 Gloria quanta est.

PRECES AD EVNDEM.

ERgo diuinis modo te frucentem
 Gaudijs, omnes genibus precamur
 Supplices flexis Pater alme sanctam
 Porrigè dextram.
 Porrigè dextram Pater alme sanctam,
 Ut tuo ductu super eleuati
 Demus hæc pestum bona transeuntis
 Lubrica mundi.
 Absit à nobis gula, liuor, ira,
 Ambitus, torpor, venus, & cupido.
 Illicit quicquid procul in remotas
 Exulet oras.
 Adsit his uictis charitas inurens
 Ut pij, lenes, humiles, pudici,
 Sobrij simus, vegetes que somno
 Semper abacto.
 Fac uti te qua licet amulati
 Carnis hostiles superemus æstus



Et potestates uarij dolosus

Artibus orci.

Fac redemptorem cruce compluentem

De sua nobis roseos cruores

Ferre potandos auido refertis

Ore medullis.

Hi sitim sedent, & inebriatos

Illius sancto repleant amore,

Nil ut omnino cupiamus vnū

Præter Iesum.

Præter hunc unum nihil appetamus.

Vnus hic noster sit amor, sit ardor

Sit quies, sit pax, sit athena nostræ

Anchora nauis.

Sit diu optatæ statio salutis

Iugis, in qua nos, uelut expeditis

Aucupum tricus lachrymis metamus

Gaudia pulsis.

Sed quia accliuu nimis hæc crepido

Surgit ascensu, pater alme nobis

Filiis in te genitis parentem

Porrige dextram

Nos uti sub te duce militantes

Te triumphantem conitemur illuc

Rex ubi regum folio coruscans

Fulminat alto.

Gloriam patri dare singularem

Certet arguta chorus omnis ode

Et redemptori, scater unde iugis

Ardor amoris.

Amen.

ALIVS HYMNVS.

Dive, cui terris superas relictis

Contigit sedes habitare cæli.

Supplices quæ te precibus rogamus

Mitior audi.

Tu puer quondam procul in remotis

Rupibus vitam patiens æcerbam

Ducis

Ducis, & densas colis usque fylvas
More ferarum.

Sustinet victus tenuis iuuentam,
Fons sitim pellit, pecudumque vestis
Tegmen, atque erras ouium magistros
Squallidus inter.

Pluma non corpus reficit, sed agris
Spontè dumosis recubas silenti
Nocte, non frigus metuens, nec actris
Flamina uenti.

Hic ubi tentans animam voluptas
Nititur Christi famulum dolosis
Artibus furtim superare, vincis
Tu tamen illam

Ergo longinquas uolitet per urbes
Fama. concurrat populus, frequens que
Audit intentus, cupidus que sacro
Pendet ab ore.

Quos iter uitæ facilis beatæ
Edoces. parat bonus omnis, atque
Legibus sanctis tibi sacra passim
Templa dicantur.

Pax ubi semper probitas que regnat,
Et sacer cultus uiget, unde gentes
Nomen extollunt, celebrant, adorant
Votaque soluunt.

Quare age exaudi Benedicte, quæ te
Poscimus, tantis uiden ut procellis
Vita iactatur, mala tanta pelle

Diue precamur.
Sit salus, bellis procul & fugatis
Fertilis fruges ferat annus. hora
Cumque postrema adueniet benignus
Illicet adsis.

Lætus & ducas, ubi regnat alto
Cum patre Christus, simul ore flagrans
Spiritus, semper dominans in vno
Terna potestas.

Amen.

HYMNVS S. PETRI MAVRITII ABBATIS

Cluniacensis, de S. P. N. Benedicto.

INter æternas superum coronas
 Quas sacro partas retinent agone
 Emicas celsis meritis coruscus

O Benedicte.

Sancta te compsit puerum senectus,
 Nil sibi de te rapuit voluptas,
 Aruit mundi tibi flos ad alta

Mente leuato.

Hinc fuga lapsus patriam parentes
 Deferis feruens heremi colonus,
 Edomas carnem, subigis que Christo

Tortor acerbus.

Ne diu tutus latebras foueres,
 Signa te produnt operum piorum,
 Spargitur felix celeri per orbem

Fama uolatu.

Fracta restauras prece præpotenti,
 Frangis oblatum cruce mortis haustum,
 Currit ignarus monachus per vndas

Patre iubente.

Verberas fratrem fugit hostis atrox,
 Ad manus ferrum redit e profundo
 Præcipis rupi, uomit illa riuos

Arua rigantes.

Ales agrestis tibi iussa præstat,
 Lora constricti pie uisa soluis,
 Conspicis mundum radio sub vno

Raptus ad astra.

Mortuum uitæ reuocas precando,
 Corda multorum penetras propheta,
 Cernis ad cœlos animas leuari

Clarificatus.

Laudet exultans deitas creatrix
 Te chori nostri iubilus perennis
 Quem poli iungas superis choreis

Quæsumus omnes.

Amen.

Sunt apud me, & duo alij Hymni MSS. totam uitam eiusdem Patris continentes, quos mihi communicauit R. P. D. Benedictus Luchinus Mantuanus, nunc Abbas Sancte Marie Gratiarum, apud Placentiam, tunc uero Prior cœnobij nostri Sancti Benedicti de Mantua; quorum prior metri trochaici trimetri speciem gerit, quandoquidem unusquisque eius uersus, quatuor complectitur carmina, quorum singulum tribus constat pedibus dissyllabis: uerum pedes legitimos, & illi debitos carmini, suis in locis non seruat, nam cum omnibus in locis trocheum deberet habere, loco eius nunc spondaeum, nunc iambum, nunc pyrichium, promiscue recipit, quare in solo syllabarum numero, cum trochaico carmine conuenit, quod unumquodque eius carmen sex syllabis (nisi fiat uocalium collisio, ob quam septima superadditur syllaba) sicut & trochaicum complectitur. Posterior uero hymnus Trochaicus est, Alemanio, & Euripido alternatus; eius tamen carminis legem non semper exacte seruat, sed magis ad rhythmi formam, ac obseruationem accedit, in certo syllabarum cuiusque carminis numero, & conformi adinuicem soni debentia, ut ex eorum lectione intelliget lector, quos quidem longius uos reperiet, ea tamen ratione a nobis hic appositos, ne perirent, agnoscat. Auctor eorum fuit quidam Monachus Benedictinus, Germanus: cuius tamen nominis, seu Monasterij nondum intellexi.

HYMNVS IN TONO, AVE MARIS STELLA,
de S. P. N. Benedicto.

A ue Pater alme,	Vultu, mente, lenis:
Lator legis sacræ.	Quibus noxam laxans
Monachorum vitæ	Ad deserum redis.
Occidentis plagæ.	Post hæc cœnobia
A Deo electus,	Struis duodena:
In hoc sacrum opus:	Cuique assignans,
Prius perfecisti,	Duodenos fratres.
Quæ post docuisti.	Quorum fuit unus,
Vitam ergo sanctam,	In orando uagus:
Agens super terram,	Quem Dæmon per uestem,
Prophetiæ donis,	Extrudebat foras.
Clares, atque signis.	Hunc dum uirga cædis,
Vas veneno tinctum,	Statim sanum reddis;
Super mensam situm:	A quo Dæmon fugit
Signum crucis agens	Sicut uirga cæsus.
Confregisti statim.	Paganos conuertens,
Increpasti fratres,	Apollinis Aram,

Gg 4 Euer-

Euertis; & templum	Caput sursum tendis,
Mox Martino struis.	O res mira nimis,
Inimicus dolens	Viri vincla soluis.
Exclamabat fremens:	Totila Rex ferus
Dicens, maledicte	Te probare nilus,
Quid persequerisme?	Si Propheta esses
Construebant mutum	Spatarium misit.
Læte tui Fratres:	Quem videns exclamas
Quem Dæmon euertit,	Pone fili, pone,
Et mox vnum stinxit:	Ornamenta Regis,
Tu vero defunctum	Non sunt quippe tua.
Iubes ad te ferri:	Post hæc ad te venis,
Pro quo fundens preces	Rex ipse Totila:
Facis uitæ reddi.	Cui prædixisti,
Ad præceptum tuum	Euentura sibi.
Super aquas Maurus;	Puer uita functus
Currens Monachellum	Ad te pie latus,
Exinde reduxit.	Mox oratu tuo,
Ad falcastri ferrum	Auras vitæ carpit.
Excussum in aquam,	In cella consistens
Hausta ibi missa	Cernis ut Columbam,
Reducis ad eam.	Sororis animam
Incumbente fame	Penetrare cælum.
Contristatos Fratres	Grates Deo reddis
Adhortans, promittis	Fratres cito mittis:
Meliora satis.	Corpus eius tuo
En die sequenti	Condis in sepulchro.
Modij ducenti,	Visa Dei luce
Farinæ frumenti	In obscura nocte:
Cernuntur ad portam.	Totum mundum cernis
Ialla Gothus dirus,	Vt sub prole solis,
Trahens ad te uinctum	Et supernos ciues
Rusticanum uirum	Cælis inferentes
Inclamare cœpit.	Germani animam
Surge, Surge, & da	In sphæra ignea.
Huius mihi bona,	Languore correptus
Tibi commendata,	Aperire tibi
Prorsus absque mora	Sepulchrum mox iubes
Vocem eius audis	Mortis diem sciens,

Morbo grauescente,
 Sexto demum die;
 Templum deportatus,
 Sumis Christi corpus.
 Hinc palmis erectis
 Verba Dei dicis,
 Sicque coram tuis
 Carnis iura soluis.
 Signis ergo clarus
 Actis bonis plenus,
 Compos tui voti
 Felix cœlum scandis.
 In occursum tui
 Aduenere Sancti,
 Concinentes laudes,
 Personantes hymnos.
 At tui alumni
 Duo, cernunt uiam,
 Pallijs ornatam,
 Lampadibus claram.
 Protenfam è tua
 Cœlum vsque cella,
 Per quam onans ipsura
 Conscendisti cœlum.
 In quod introgressus,
 Aurea corona
 Pretiosis gemmis,
 Ornaris intexta.
 Eia, modo Pater,
 Tuum iuua cœtum,
 Vt certando cunctos
 Vincat inimicos.
 Vtque obseruata,
 Sancta tua norma,
 Demum Dei regnum,
 Perfruemur tecum.
 Hoc det nobis Deus,
 Pater, & filius,
 Atque Paracletus,

Quibus honor vnus. Amen.

HYMNVS ALTER DE

eodem P. N. Benedicto,

in tono,

Tange lingua gloriosi.

Pange lingua gloriosi
 Confessoris Domini:
 Dignique institutoris,
 Ordinis Monastici,
 Benedicti præconia
 Colendo solemnia.
 In benedictionibus
 Præuentus dulcedinis,
 Admiranda puer egit
 Clarescens miraculis,
 Capisterium instaurat
 Pijis fufis lachrymis.
 Habitum sacrum suscepit,
 A Romano Monacho:
 Sub lacum specum incolit,
 Ignotus triennio;
 Ministrante sibi panem,
 Dicto Dei famulo.
 Post hæc notus multis factus,
 In patrem eligitur:
 A Monachis vniuersis,
 Cuiusdam cœnobij,
 Quibus vir Dei prædixit
 Suis non aptum moribus.
 Tum veneno mixto vino
 In uase uitrario:
 Super Sanctus Crucem fecit
 Et uas uitreum mox fregit,
 Sicuti pro dicto signo
 Proiecisset lapidem:
 Intellexit ergo Sanctus
 Vas esse pestiferum:
 Quod portare vitæ signum
 Nullo

Nullo modo potuit:
 Dein Fratres allocutus
 Ad desertum redijt.
Exinde monasteria
 Extruxit duodecim
 Sigillatim duodenas
 Deputando Monachos:
 Quorum non valebat vnus,
 Orare cum cæteris.
Trahebatur enim foras
 A nigro puerulo,
 Per fimbriam uestimenti
 Vacabatque leuibus:
 Quem sanauit Pater pius,
 Inlicitis uerberibus.
Et montem nocte conscendens,
 Orauit diutius:
 Et tres petras superponens,
 Fodi iussit ocuis,
 Quo factò confestim aquæ
 Effluxere largiter.
Excussum falcastri ferrum
 E suo manubrio,
 Vt in aquam misit hastam,
 Enatauit subito:
 Sicque uati Eliseo
 Demonstratur similis.
Puer quoque Monachellus,
 Vt in flumen cecidit,
 Mox Pater Sanctus agnouit,
 Ad quem transmisit Maurū,
 Qui cucurrit super aquas
 Præceptoris meritis.
Quandam gentem Paganorum
 Conuertit ad Dominum;
 Succidit siluas, & aram
 Destruxit Apollinis,
 Ac Martino confessori
 Construxit Ecclesiam.

Quod antiquus cernens hostis,
 Fremebat in clamitans;
 Maledicte Benedicte,
 Vt quid me persequeris?
 Vocem fratres audiebant,
 Sed uidebant neminem.
Post hæc, inimicus, fratres
 Fabricantes petijt:
 Et Monachum extinxit
 Prostrato pariete:
 Quem pater resuscitauit,
 Suis sanctis precibus.
At Totila Rex Gothorum,
 Prophetiæ spiritum,
 Vt probaret uiri sancti
 Transmisit spatarium,
 Quem à longè cernens Sacerdos
 Exclamauit fortiter.
Pone fili, pone fili,
 Ornamenta Regia,
 Non sunt tua, sed Totila,
 Vestrum Regis omnium,
 Qui confestim tremefactus,
 Ad Sancti pedes corruit.
Post hæc ipsemet tyrannus,
 Venit personaliter:
 Et sedentem sanctum cernens
 Ante ipsum procidit:
 Nec à terra exsurrexit,
 Donec sanctus surgeret.
Tum Regem obiurgat Sanctus
 De malis operibus,
 Monendo, ut iam cessaret,
 A tantis flagitiis;
 Cuncta illi euentura,
 Prædixit, & breuiter.
Quibus idem Rex auditis
 Satisfactus redijt:
 Sancti benedictione
 Percepta

Percepta humillimè :
 Et deinde minus fuit
 Crudelis in opere.
 At deficiente pane
 Quodam famis tempore:
 Fratres uidens contristatos
 Vir Sanctus alloquitur ;
 Adhortans, & meliora
 Promisit in crastinum.
 Sequenti die farinæ
 En ducenti modij,
 Inuenti sunt ante portam
 Eius Monasterij :
 Sed quis ibi deportarit,
 Nescitur in hodie.
 Moniales exeuntes
 Ad uocem Diaconi;
 Reconciliat oblata
 Salutari hostia,
 Sicque ultra non sunt uisæ
 Exire Ecclesiam.
 Euomente terra corpus
 Nec habentis monachi
 Benedictionem patris,
 Fecit corpus Domini,
 Super pectus eius poni,
 Sic terra retinuit.
 Elephantino percussus
 Morbo puer paruulus,
 Ad uirum Dei deductus
 Sanitatem recipit,
 Oratione effusa,
 Ab eius mente pia.
 Infestante creditore
 Quendam bonum hominem,
 Ad Sanctum iuit & sibi
 Misereri postulat;
 Quem ille ad se redire,
 Præcipit post biduum.

Quo recedente uir Sanctus
 Orauit per biduum,
 Et uiro ad se reuerso
 Quos poscebat tradidit,
 Mox repertos super arcam,
 Duodeno solidos.
 Hinc abscessit lætus ille,
 Sancto reddens gratias:
 Creditori satisfecit
 Sicut ille iusserat,
 Pater Sanctus Benedictus,
 Qui ei subuenerat :
 Quadam die quidam pauper
 Venit Subdiaconus
 Et poposcit sibi dari
 Parum quiddam olei :
 Quod mox dari iussit Pater
 Mandans canepario.
 Præceptum ille audiuit,
 Obedire noluit :
 Quod ut agnouit uir Dei
 Demandauit proijci
 E fenestra super petras
 Vitreum uas olei.
 Quod iactatum non est fractum
 Nec effusum oleum,
 Delinquentem increpauit
 Congregatis fratribus:
 Et post in orationem
 Se dedit feruentius.
 Quo orante en uas magnum
 Iuxta se, ab oleo
 Vacuum, sed mox impletum
 Rebuccare incipit :
 Compleuit orationem
 Et firmum stat oleum.
 Ialla, Gothus asper, dirus,
 Alligatum rusticum,
 Perducens ad Dei uirum

Ex*

Exclamauit fortiter,
 Surge, surge, & da mihi
 Istius res hominis.
 At tunc sanctus leuat caput
 Et iniicit oculos
 Ad prædicta Rusticani
 Alligati brachia:
 Res mira, mox eius uincla
 Soluta sunt pariter.
 Sanctum alter Rusticanus
 Importunis precibus,
 Rogabat ut suscitaret
 Functum uita filium,
 Oravit & mox reuixit,
 Plerisque cernentibus.
 Consistens in cella sua,
 En sororis animam,
 Videt cælum penetrare,
 In Columbae specie:
 Deo grates agit Sanctus,
 In hymnis, & laudibus.
 Intempeste noctis hora,
 Ad fenestram permanens,
 Deuotissime orando
 Lucem cernit subito
 Irradiasse, & cunctas
 Effugasse tenebras.
 In quam lucem figens uisum
 Mira cernit cælitus,
 Mundum totum recollectum,
 Ante suos oculos:
 Necnon animam Germani
 Deferi ab Angelis.
 Diem mortis præcognoscens;
 Reuelauit fratribus
 Præsentibus, indicendo
 Super his silentium:
 Absentibus indicando,
 Sui signum transitus.
 Propinquante Sancti sine
 Languore corripitur,
 Et eo ingrauescente,
 Ferri in Ecclesia,
 Se fecit, ubi & capit
 Sacramenta Domini.
 Quibus actis sustentatus
 Monachorum manibus,
 In uerbis orationis
 Sacrum reddit spiritum,
 Et in cælum deportatur,
 Angelorum manibus.
 Tunc duo, è suis, fratres
 Viam cernunt palliis
 Decoratam, & coruscantem
 Mirandis lampadibus;
 A sancta cella in cælum
 Qua polum conscenderat.
 Eia nunc te, Sancte Pater,
 Precamur humiliter,
 Iuues nos, tuę iam factę
 Professores Regula:
 Ut ea impleta tecum,
 Regnemus perpetuo.
 Quod te procurante nobis
 Impendat diuinitus,
 Trina, & vna maiestas,
 Patris, Nati, Spiritus;
 Qui trinus, & vnus Deus,
 Extat ante secula.
 Amen.

Sermones præterea de eodẽ almifico Patre, composuerunt permulti Sanctissimi & grauissimi uiri, Ecclesię, Catholice Doctores eximij. Inter quos S. Bernardus Abbas unico sermone laudes eius recenset. S. Petrus item Damianus unico, qui reperitur in T. 6. 7. Surię, Homil. plures declauauit Petrus Dia-

Diaconus in eiusdem Patris sacrosancta solemnitate, quarum una incipit, Lectio S. Euangelij, quæ hodie &c. Paulus Diaconus duas ite perorauit, prima sic exordiente, Hic Sanctis euangelij: altera uero, iam uero quia beati P. N. Benedicti diem, &c. Guerricus quoque Igniacensis Abbas, sermones tres de eodem ad fratres habuit. De doctrina ac uita eiusdem Patris est apud me sermo cuiusdam in membranis conscriptus principio ac fine carens, in quo multa notatu digna habentur. Huius Patris miracula post mortem perpetrata libris quatuor posteris manifestauit S. Victor Papa III. ut refert Pet. Diac. de uir. ill. Cas. c. 18. Dialogus denique an Sanctus Benedictus Monachorum Pater fuerit sacerdos, extat in uolumine Consiliorum Card. Zabarelle, interlocutoribus Michaeli, & Hieronymo Monachis Ordinis S. Benedicti, congregationis Sanctæ Iustina de Padua, que nunc Casinensis uocatur. Miracula eiusdem Patris à S. Gregorio omissa, & alia post eius mortem perpetrata scripserunt S. Petrus Damianus, & Paulus Diaconus usque ad sua tempora quæ manuscripta apud me sunt.

Monachorum disciplinam restituit] Hæc restitutio facta est per S. Benedictum anno Christi 528. præcipue, quando Regulam Monachorum descripsit: quæ Regula, ut refert Felinus in Rubrica de maiestate & obedientia, in cap. Quorundam, de electione, in sexto: & in cap. Auariis, de præbendis: & in cap. Deus qui, de uita & honestate clericorum; approbata fuit per Diuum Gregorium Papam ante omnes alias Regulas: cuius approbationis uerba hæc sunt. Ego Gregorius Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Præsul scripsi uitam Beati Benedicti, & legi Regulam, quam ipse Sanctus manu propria scripsit. Laudauit eam, & confirmaui in sancta Synodo, & per diuersas partes Italiæ, & ubique Latinæ litteræ legentur, præcepi ut diligentissimè obseruarent, quicumque ad conuersionis gratiam accessuri essent, usque ad finem mundi. Et confirmo duodecim Monasteria, quæ ipse sanctus construxit. Hæc Gregorius in priuilegio Monasterio Sublacensi concesso. Post eum uero successor eius S. Zacharias Papa, eandem Regulam speciali decreto confirmauit, hoc modo: Zacharias Episcopus, seruus seruorum Dei, omnibus Christi sanguine redemptis salutem & Apostolicam benedictionem: Omnipotenti Deo cuius melior est potentia super uitas, gratias agimus, qui gloriosus in sanctis suis, atque mirabilis est, ac uirtutes, & dona ineffabili largitate dispergit. Ipse quippe beatissimum Benedictum, Patrem omnium instituit Monachorum: ipse illius meritis Casinense Monasterium in solo Tertulli Patritij fundatum, omnibus per totum orbem cœnobijs clementi benignitate præfecit, ubi ipse Sanctus Monachorum Regulam scripsit, quam sanctæ memorię Gregorius præ-

prædecessor noster in libro Dialogorum satis approbat, & laudat. Et nos approbamus & laudamus, & sanctam instituimus, & ordinamus in dedicatione eiusdem Ecclesiæ, dum ibidem cum Archiepiscopis XIII. & Episcopis LXVIII. adessemus. *Hæc ex consilio D. Baptistæ de Caccialupis de S. Senerino Aduocati consistorialis, in fauorem præcedentiæ Monachorum facto, §. Stare videtur. Agitur & de hac approbatione prima Regula S. P. N. Benedicti, ante omnes alias Regulas in Concilio Patavino, §. Nos etiam, & alijs pluribus in locis. Hanc autem Regulam, uersibus laudauit S. Simplicius, Diui P. N. Benedicti in Abbatie regimine successor, ut refert Petrus Diaconus. de script. mont. Casini, cap. 5.*

Natione Romanus] Sanctum Patrem nostrum Benedictum origina Romanum fuisse, non solum confirmatur auctoritatibus in primis R. P. Dom. Angeli Sangrini in prologo, uita S. P. Benedicti, aeneis typis excusa, præfixo; & Dom. Ioannis Petri Villa de Cambus, Marchionis Mesbaccensis, antiqua, & ætatis nostræ præcipui, in tractatu quem de Inuentione Sanctorum Placidi, & sociorum, composuit, & aliorum fide dignorum: uerum etiam id probatur testimonio duorum Põtificum Romanorum, Victoris II. scilicet, & Alexandri item II. qui in priuilegijs suis Casinensi Monasterio concessis, eundem Patrem nostrum Ciuem Romanum appellant, sic loquentes, Pij ergo locis & diuina Religione venerabilibus, debite cõsolationis, & defensionis porrecturi manus, illum cæteris præferendum nõ ambigimus, quem monasticæ normæ constat esse. principale Gymnasium, & Sanctæ Romanæ, & Apostolicæ Sedi contiguum, quem Ciuues Romani, Patres uidelicet eximij Benedictus, Maurus, Placidus, cum nonnullis alijs fundarunt. *Hæc Victor, & Alexander. Cuius auctoritatis si quis desiderio teneatur, consulat Chronica Casinensia statim post finem Libri 4. ubi reperiet priuilegium Alexandri II. & statim in principio, horum uerborum fiet particeps. Verba uerò Victoris II. eiusdem tenoris, mihi transmissa fuerunt à R. P. Domino Hieronymo Perusino, totius Casinensis Congregationis uigilantissimo tunc Preside, & Montis Sacri Casinensis Abbate dignis.*

Patria Nursinus] Natus est S. P. N. Benedictus Nursij ciuitate Umbrie, eodem partu cum sorore sua S. Scholastica, anno à Christo nato 480. Ex patre Eupropio] Hanc esse lectionem legitimam, ex manuscriptis exemplaribus Montis Casini, ijs maxime quæ in membranis descripta erant, edocti sumus: in ijs enim nomen Eupropius expressum habebatur, quod quorundam scolorum præsumptione abrasum fuerat in duobus exemplaribus, non ita tamen deletum quin facile legi posset, falsitasq; nominis Propij
quo d

quod Eupropii loco insertum uidebatur, agnosci: ea maximè de causa, quod diuerso litterarum genere manuque aliena, ac alio atramenti colore, Proprius, adscriptus erat. Restituumus ergo suæ pristinæ integritati hoc patris, Sanctissimi nostri Patriarchæ, nomen, quod Eupropius, legi debet; non Proprius, ut malè habet Bugianus in historia Monastica, & quadam MS. exemplaria, desumpta ex deprauatis præfatorum falsificatorum, libris Corrigenus hic etiam uenit Io. Trittemius Abbas, in lib. 1. c. 1. de uir. ill. Ord. S. Ben. qui S. Benedictum patre Prouido natum affirmat condonandum, tanto uiro, utpotè qui longè remotus à monte Casino, & auctoribus probatis priuatus, ueritatem cognoscere minime ualuit. Fortè deceptus affinitate nominis Probi, quo nomine etiam uocatus est S. P. N. Benedicti Pater, iuxta morem Romanum antiquum qui multis prenominibus, & cognominibus, & agnominibus delectabantur. hic error suis cartis insertus est uel sua inaduertentia, uel certè quod uerisimilius putamus, librariorum incuria; facile enim est de Probo per quandam litterarum adiunctionem, Prouidum facere.

Abundantia matre] Quæ fuerit hæc Abundantia inter auctores controuertitur; Trittemius enim de uir. ill. Ord. S. Ben. lib. 1. c. 1. Marchionissam eam Montisferrati facit; quod quæ dicat auctoritate penitus ignoro, tum quod nomen Marchionis illis temporibus adhuc minime in usu esset, tum etiam quod regio illa, Montisferrati nomen non obtineret; nec ea quoque quæ nunc Montisferrati prouincia, siue Marchia dicitur, cum constet multis post illa tempora seculis, tempore scilicet Ottonis II. Imperatoris, nomen Montisferrati arripuisse. Cui ergo de ea re non habeamus testimonium, eadem facilitate contemimus, quæ probamus. Annales Nursini, quos sequitur Bugianus, qui tamen multas fabulas in sua narratione interferit, eam Dominam Nursiæ agnoscunt, quibus & libenter cum R. D. Angelo Sagramo subscribimus: ueritati enim hæc opinio magis uidetur consentanea. Obijt autem hæc Abundantia anno 480. in partu Sanctorum Benedicti & Scholasticæ.

Auo Iustiniano] Hoc nomen Iustinianus causam erroris præbuit. Io. Trittemio Abbati lib. 1. c. 1. de uir. ill. Ord. S. Ben. & eius sequaci Petro Bugiano in historia sua Monastica statim in principio. Cum enim nescirent quis iste esset Iustinianus, nulla temporum discussione facta, ausi sunt in suis libris adscribere, hunc Iustinianum Imperatorem esse, Eupropiumque filium, & S. Benedictum Nepotem, ex filio uidelicet. Quod quam absurde id affirmarint, facile est agnoscere. Iustinianus enim Pannino li. 2. de Rom. Princip. attestante, natus est anno à Christo nato 483. & uixit annos 83. obiitque anno Christi 565. Sanctus uero Benedictus Trittemio ipso teste

natus est ann. Christi 480. mortuusq; est Leone Ostiense in chron. Casini id
etiam approbante, ann. 542. ætatis sue 62. cum ergo referatur S. P. Bened.
tribus annis ante Iustinianum Imperatorē natus, nequaquam filius, nedum
nepos ex filio, Iustiniani Imperatoris esse potuit. Emendandi igitur sunt,
nomenque Imperatoris, ex eorum scriptis eradendum; quod forsitan quo-
rundā ignorantium audacia, in scripturis doctissimi viri Trittemii irrepit,
non enim credimus virum alioquin in temporum indagacione diligentissi-
mum, in tantum errorem ac talē incidere potuisse. fuit autem hic Iusti-
nianus noster consul Romanorum illustrissimus, ex nobilissimo Aniciorum
genere procreatus, paterque Eupropii, Tertulli, ac Germani, quorum pri-
mus Abundantia ducta SS. Benedictum, & Scholasticam genuit, secundus
Terullum patrem S. Placidi, & fratrum eius; tertius sorore Iustini Impe-
ratoris sibi sociata, Iustinianum Imperatorem, nomine Avum suum Iu-
stinianum referentem, ac Germanum sibi æquiuocum procreavit.

Anicij] In Epistola nostra dedicatoria ample, & fuse S. P. N. Benedi-
ctum Anicij generis fuisse demonstrauimus. Obstant tamen duo quæ huic
ueritati uidentur repugnare, primum quod ex Ursinorum familia fuerit;
secundum, Riguardatorum. Opinionem priorem adfert Bonifacius Simo-
neta, persecutionum Christianarum, lib. 4. Epist. 20. Sic inquit: Beatus
Benedictus illustri Ursinorum genere ortus, vitæ Monastica ratio-
nem Italis primus dedit. A Benedicti agro tot amœni flores, tot se-
getes animarumque uiatica. A Benedicti fonte tot riui, tot flumi-
na emersere, ut fides Catholica tali irrigatione vda, nullam amplius
sterilitatem possit sentire. Romana nobilitas, opulentijs, magistra-
tibusque reiectis, diuinitate afflata, sanctitate Benedicti illecta, mon-
tem Casinum eius domicilium, ut, quæ beata forent, profiteretur,
adire contendebat: & infra in fine Epistolæ; Quidam Benedictum in
alio matris sancta præcinere auditum aiunt, si non fabulantur, illius
sanctitatis fuit prognosticum. Hæc Bonifacius, cuius libri sex epistolæ
præfatarum excusi sunt Mediolani anno 1492. Ad cuius auctorita-
tem respondemus, quæ R. P. Octavianus Caietanus, Siculus Siracusanus, Sc-
cietatis Iesu Theologus, qui mihi eandem pro sua in me dilectione, commu-
nicauit, doctè & probabiliter respondit, videlicet, mendum esse in impres-
sione, dictionemq; Ursinorum, pro Nursinorum, littera prima n dempta,
adiectam, rationem reddens suæ coniecturæ, Ursinorum familiam multis
post S. P. Benedictum seculis Romæ exortam, originemq; habuisse, non Ro-
manam, quam habuit S. P. Benedictus, sed Gallicam.

Posterioris opinionis sunt, F. Paulus Morigia Mediolanensi, Ordinis
Iesuatorum, de Origine Relig. & quidam Anonymus in sequenti Octa-
cto

cho, de Armis S. P. N. Benedicti composito.

Signa Riguardati Eupropij felicia, campus
Extollit rubicans, candidus atque Leo.

Ex quo par Mosi Benedictus nascitur almus,
Pro quo totus orat Mundus, & astra simul.

Vndique conspicuum titulis; hunc lilia, palma,
Efficiunt, baculus, candida ferta, virum.

Martyra namque decent palmae, fert lilia Virgo,
Abbati baculus, candida ferta Ioui.

*Additur, & ratio, Riguardatorum scilicet Illustrem familiam, quæ
alio nomine familia San. Benedicti nuncupatur, in hodiernum in ciuitate
Nursina conseruari. Quibus ego respondeo, hoc nomen, Riguardatus, non
fuisse ipsius P. N. Benedicti familie, sed agnomen quoddam ipsi Eupro-
prio attributum, antiquorum Romanorum more, qui multis prænomini-
bus, cognominibus, & agnominibus gaudebant, quæ sibi ex euentibus,
& causis diuersis assumebant. Prænomen autem familie Diui Patris no-
stri Benedicti fuit, Anicius; cognomen, Probus; agnomen verò, Riguarda-
tus, pater eius Eupropius primus tulisse fertur, & ab eo postmodum, Ri-
guardatis familia Nursina pro cognomine remansit. Qua verò ratione
agnomen hoc sibi meruerit Eupropius, à nemine quod sciam proditum.
Quod si auctoritas nostra hic inferenda foret, dicerem agnomen hoc, Ri-
guardatus, honoris causa ipsi Eupropio attributum; Riguardatus enim lin-
gua Gallica, & Italica, Honorabilem, Conspicuum, Venerandum, Spe-
tabilem significat, vnde cum de graui, siue spectabili viro, honorabili-
ter loqui volumus, dicimus, E' huomo molto riguardeuole, quasi dice-
remus, Iste vir, est valde honorabilis, venerandus spectabilis, optime fa-
mie, ac inter omnes conspicuus, & huiusmodi: Cum enim illo tempore nul-
la Romæ honorabilior, nec illustrior, familia reperiretur Anicia, non abs-
re tale Eupropio agnomen additum. Ab hac autem Diui P. N. Bene-
dicti familia, propagata fertur, & nobilis Palomecquorum, siue Colum-
binorum in Hispania sanguis, de qua familia Bachillerus Trasmiera in
suo Raymundino triumpho sic loquitur;*

De Palomeques memoria, linage de San Benito,

Del Rey Alfonso bendito, en Toledana vittoria,

Solar insignia notoria, de los quattro Toledanos,

Palomas cinco que à manos, al Leon dan leal gloria.

*Gestit autem huius familie procures pro insigni gentilitio Leonem aureum
in area Calesina, preexta sanguinea cui insunt quinque columbae argen-
tea, munita. Quare verò columba cognomen sibi assumpserint, armis gen-
tilitij*

H h

tilitij aliquantulum quatum ad colores attinet, immutatis, arbitror quod ex uisione S. Scholastica que in specie Albentis Columbae celum conscendere uisa est id fecerint.

Nutrice Cyrilla.] De hac Cyrilla tractant, cum Anastasius Bibliothecarius Monachus Casinas in tractatu translationis S. P. N. Benedicti, sic inquit, Huius itaque P. Bened. Auis Iustinianus extitit, Patre eius Eupropius; Mater Abundantia; nutrix uero Cyrilla; tum Petrus Diaconus Monachus item Casinas in libris, de Vir. illust. & de Sanctis, Montis Casini, cap. 1. his uerbis; Extitit oriundus (scilicet P. N. Benedictus) ex Patre Eupropio nomine, matre Abundantia; auo Iustiniano; matre Cyrilla.

Duodecim Monasteria.] De quibus S. Gregorius Papa in approbatione Regule S. P. N. Benedicti, & Leo Ostiensis in Chron. Casinen. libro 1. cap. 1. & Petrus Diaconus libris supracitati c. item 1. memoriam agunt. Horum autem Monasteriorum titulos reperies in prologo huius operis ad Lectorem.

Duobus Angelis comitantibus.] Angelorum ministerium S. P. N. Benedicto exhibitum explicant S. Petrus Damianus in Sermone de Vigilantia eiusdem Patris; S. Zacharias Papa in suo diplomate, in fine Chron. Casinen. excuso; Leo Ostiensis, & Petrus Diaconus, lib. & cap. supracitatis; necnon & Marcus Poeta, Monachus Casinensis, & S. P. N. Benedicti discipulis, in illo suo perbreni, sed docto poemate, quod de quibusdam miraculis eiusdem Patris, à Sancto Gregorio omissis, descripsit, sic inquit;

Namque duos iuuenes biuium perduxit ad omne,

Qui te firmarent, quod sequeris iter.

Quod poema, simul cum alijs tribus Pauli Diaconi, & S. Bertharij Abbatibus uno, apposimus tertio volumini D. Prosperi Martinengij Romæ, anno 1590. Totum hoc S. P. N. iter, & miracula in via perpetrata referente Petro Diac. de vir. ill. Mont. Cas. c. 10. eleganti stylo profectus est, Theophanus Diaconus, & Monachus Casinas.

Templa idolorum destruens.] De horum destructione, populorumque ad fidem conversione, agit fusius S. Gregorius Papa in eius trita Dialoq. lib. 2. cap. 8. Visitur adhuc in Cænobio Montis Casini basis illa Porphyretica, cui superpositum erat Idolum Apollinis: cuius loco Sanctissimum Crucis vexillum à S. Patre appositum est.

Anno 542. vel 543.] Anno 542. defunctum fuisse S. P. N. Benedictum, Leo Ostiensis in Chron. Casinen. lib. 1. cap. 1. & Tritemius de vit. ill. Ord. S. Ben. lib. 1. 2. & 3. c. 1. & nonnulli alij, qui eos sequuntur, affirmant.

Baronius uerò in notis suis ad Mart. Rom. anno 543. cui assentitur & Antonius Gallonius in uitis SS. Virginum Rom. & rectè equidem, nam eo anno littera Dominicalis fuit D. anno autem 542. littera Dominicalis erat E. Si autem S. P. N. ut omnes ferè affirmant (nonnullis paucis exceptis qui feria sexta Parasceues obiisse testantur) in Vigilia Paschæ obiit, omnino dicendum est anno 543. migrasse. Ideoque corrigendus uenit Leo Ostiensis qui dicit obiisse in eadem Vigilia anni 542. cum eo anno 21. dies Martii uenerit feria sexta non autem Sabbatho. Quod si eo anno 542. mortuum uelimus, Trittemio nostro de uir. ill. Ord. S. Benedicti. lib. 3. cap. 3. & aliorum opinioni, qui probabiliter dicunt eum die Veneris Sancto defunctum, adhaerendum nobis est. Correctione etiam indigent Baronius, & Gallonius, qui quamuis rectè affirment S. P. N. anno 543. mortuum: non tamè illud prodit Leo Ostiensis, cuius auctoritate, non satis rectè fulciuntur. Impegerunt etià grauius, Raphael Volaterranus, Anthropol. lib. 20. & Hector Boetius in Hist. Scot. lib. 9. qui anno 518. mortuum scribunt. Mattheus quoque Vresimonasteriensis in florib. hist. ad ann. 536. ex Hugone Floriacensi Monacho, qui prefato an. 536. obiisse refert: & Franciscus Belforestius, in magnis Annalib. Franciæ, lib. x. c. 14. qui eius mortem anno 538. assignat. Quorum libros castigatione non modica indigere, prefatorum Historicorum grauium Virorum auctoritas, ipsaque ratio aperitissime demonstrat. Cum enim S. Placidus, martyrio coronatus legatur, anno 541. ipso S. P. N. Benedicto adhuc uiuente, ut littere ad eundem, de eiusdem passione scriptæ testantur, ipsiusque Patris N. sermo, quem de eiusdem passione ad fratres habuit, non potuit, S. P. N. obiisse, eo, quo scribunt, tempore. Miratus sum errorem S. Mariani Scoti, Monachi Fuldenis, computista alioquin diligentissimi, qui S. P. N. anno 601. defunctum putat, sic inquit: Si Sanctus Pater Benedictus Abbas, sicut aliqui scribunt 12. calen. Aprilis, Sabbatho Sancto Paschæ obiit: anno Domini 601. uideretur obiisse. Nisi enim in anno 96. ante istum annu obitus eius non haberetur, quia tunc si natus, valde paruus fuit. Hac Marianus, cui quodammodo consentit Trittemius noster, lib. 2. c. 1. de uir. ill. Ord. S. Bened. Qui si considerassent ea, quæ S. Gregorius Papa adfert, lib. 2. cap. 1. Dialog. qui anno 50. à morte S. P. N. in Pontificem electus est, & ea quæ narrabat, à quatuor ipsius Patris discipulis se accepisse fatebatur, nequaquam in tantum errorem incidissent. Moritur ergo S. P. N. Benedictus, uel anno Domini 542. Indiçt. 5. Feria sexta Parasceues, uel anno 543. Indiçt. 6. Sabbatho Sancto Paschæ, die 21. Aprilis.

Indictione 5. uel 6.] Leo Ostiensis, lib. 1. cap. 1. Chron. Casin. habet Indictione 2. sed eum falli, cum ex Trittemio de uir. ill. Ord. S. Ben. lib. 1.

H h 2 cap. 1.

cap. 1. & alibi; tum etiam ex Indictionum computatione, manifestum est; Corrigendus est ergo. Si ut diximus S. P. N. Benedictus, mortuus est anno 542. hoc fuit, Indictione 5. si 543. Indictio. 6. Est autem hic annus, quintus, uel sextus, Indictionis sextædecimæ, secundum nostram emendationem.

Lupicini] De hoc Mart. Rom. cum Baronio, Beda, Ado, Vsuardus, Galestinus, Maurolycus, Felici, hac die, & alii. Petrus item in Catalogo, lib. 11. cap. 130. Eius uitam descripsit Gregorius Turon. de Vita Patris, cap. 1. & 13.

Clementiæ Comitissæ] Mortem eius, hac die, reponit Tritemius in Chronico Hirsaugiæ. Erat filia Comitis Hombergensis, & sponso carnali relicto Christum sponsum sequuta est in Monasterio Treuirensi, ubi obiit anno Domini circiter 1170.

VNDECIMO CAL. APRILIS.

IN Monasterio quod Eicke dicitur, Translatio Sanctorum Virginum Herlindis, & Relindis, Sororum.

MARTII 22.

Translatio] De hac Translatione agunt Ado, & Molanus in Addition. ad Vsuardum, & in Indiculo Sanctorum Belgii, hac die, De Herlinde egimus die 6. Febr. de Harlinde agimus die 12. Octobris.

DECIMO CAL. APRILIS.

IN Campania, Sancti Benedicti Monachi, qui à Gothis in ardentis Clibano inclusus, sequenti die inuētus est illæsus, ac postea sanctitate conspicuus quieuit in Domino. Bergis eleuatio Sancti Vvinoci Abbatis. In cœnobio Hirsaugiæ, natalis Sancti Brunonis Abbatis, magnæ sanctitatis viri.

MARTII 23.

Benedicti] De eodem Mart. Rom. cum Baronio, hac die. Galestinus uero 12. cal. Aprilis. Petrus in Catalogo ex lib. Dialog. D. Gregorii, cap. 18. agit de eodem lib. 3. cap. 216.

Eleuatio Sancti Vvinoci] Huius meminit Molanus in Addition. ad Vsuard. hac die: & item in Indiculo Sanctorum Belgii.

Brunonis Abbatis] Hac die reponitur à Tritemio in Chron. Hirsaugiæ. Fuit Abbas Hirsaugiæ 14. migravitq. anno 1121. prelatura 14.

NONO CAL. APRILIS.

REate, Sancti Stephani Abbatis, mitæ patientiæ viri in cuius tibi situ Sancti Angeli cæteris etiam uidentibus adfuerit. In Cœnobio Caurigliæ, depositio Sanctæ Bertæ, eiusdem loci Abbacillæ, Oradinis Vallis Umbrosæ, miraculis claræ.

MAR-

MARTII 24.

Stephani] *De eo Martyrologium Romanum, impressum 1583. hac die. Huius uitam, ex Diuo Gregorio habet Petrus in Catalogo libr. 3. cap. 121. floruit anno Domini 580.*

Betræ Abbatissæ] *Tabula Vallis Umbrosæ secundæ ad me transmissæ, de eadem agunt, hac die. primæ uerò die 21. Aprilis. Fuit natione Florentina ex nobili Bardorum familia, & Lotarij cuiusdam filia, uitamq; Monasticam elegit in Monasterio S. Felicitatis Florentiæ, Ordinis Diui Benedicti; sed succedente tempore à B. Gualdo Generali 9. Ordinis Vallis Umbrosæ ob sanctitatis suæ famam ex Monasterio illo translata est ad Cœnobium S. Mariæ de Cauriglia, eiusdem Ordinis, & sanctimonialibus præfecta, quas cum verbo, & exemplo annis plurimis gubernasset, miraculis clara, obiit anno Domini 1163. die Sancto Paschæ, & in Monasterio suo sepulta, digno honore veneratur. Eius res gestas refert Siluanus Razzi in Vitis SS. Ethruvia, ubi & egregiè refutat opinionem eorum, qui Rauenne natam scribunt; simul & errores duos Bugiani nostri, qui eam à Comitibus de Fernia originem traxisse refert, & sub Gallo (cum Gualdū dixisse debuisset) Generali nixisse; ad quem Lectorem remitto, qui de eius gestis plura cupit.*

OCTAVO CAL. APRILIS.

Pistorij Sanctorum Confessorū Barontij, & Desiderij Monachorum. In Antro insula Ligeri fluminis Sancti Hermelandi Abbatissæ, cuius gloriosa conuersatio miraculorum præconio commendatur. In Belgio, depositio Sanctissimi Humberti Episcopi & confessoris Christi, uirtutibus, & miraculis gloriosi.

MARTII 25.

Barontij, & Desiderij] *De ambobus Mart. Rom. cum Baronio, & Tabula Ecclesiæ Pistoriensis, hac die. Res eorum gestas describunt Siluanus Razzi in Libro de uitis Sanctorum Ethruvia; & Petrus Bugianus in Histo. Monast. colloquio ultimo: sed ambos correctione indigere arbitror. Hic enim die octauo Aprilis migrasse refert; ille uerò 25. eiusdem. Fuerunt natione Galli, & rebus seculi contemptis uitam Monasticā amplexi sunt, una cum filio eiusdem Barontij nomine Abloaldo in Cœnobio S. Petri de Longore, circa annum Domini 570. Obierunt uerò Pistorij, ubi & sepulti sunt in loco ubi nunc est Monasterium in honorem S. Barontij, & sociorum consecratum.*

Hermelandi] *De eodem Mart. Rom. cum Baronio, Usuardus, Galestinus, & Felici, hac die. Eius uitam grauitè conscriptam, refert Surius, Tomo 2. de Sanctis. Fuit natione Nouiomagensis, & ex Monacho Fon-*

H h 3 tanella

tanelle Abbas Antri: Obiit referente Sigeberto in Chron. anno 690.

Humberti Episcopi] De quo Molanus in Additio. ad Usuard. & in Indiculo Sanctorum Belgii; & Galefimus, hac die. Viram eius ex MS. adfert Surius, Tom. 5. octavo idus Octobris. Fuit primum Monachus Landuni in Gallia: ac fundator Cœnobii Maricollensis in Hannonia; deinde consecratus est Episcopus titularis, ad fidei inter gentes predicationem, tempore Childerici II. Regis Franciæ circa annum Domini 670. Agit de eodem Crætopolus de Episcopis Germaniæ.

SEPTIMO CAL. APRILIS.

IN Vverdena, depositio Sæcti Ludgeri, primi Monasteriensis Episcopi, qui Saxonibus Euangelium prædicauit, & sanctitate plenus quieuit in Domino. Lobijs, eleuatio Sæcti Vrsuarii eiusdem civitatis Abbatis, & Episcopi, quæ agitur Dominica ante natalem Sæcti Ioannis Baptistæ. Patauij, Sæctæ Felicitatis virginis sanctimonialis, castitatis laude admirabilis. In Valle Umbrosa, B. Meliorii Conuersi, & Eremitæ, in cuius morte multa admiranda diuinitus perpetrata referuntur.

MARTII 26.

Ludgeri] De eodem agunt, hac die, Mart. Rom. cum Baronio, Beda, Addo, Molanus in Addit. & Annot. ad Usuardum, & in Indiculo Sanctorum Belgii, Galefimus, Felici, & alij. Tritemius de vir. illust. Ord. S. Bened. lib. 3. cap. 196. & lib. 4. cap. 187. Petrus Crætopolus de Episcopis Germaniæ. Res eius gestas à Monachis Vverdenensibus conscriptas habet Surius Tomo 2. de Sanctis. Fuit autem natione Frisius, & Monachus Sæcti Saluatoris Traiecti sub S. Gregorio Abbate. Obijt anno Domini 809. Albertus Cranzius in Hist. Saxon. lib. 2. c. 14. & 16. anctor est eundem Hadriani Papæ exhortatione in Monte Casino vitam Monasticam professum, creatumq; primum Monasteriensem Episcopum anno 789. & Apostolum Saxonum uocatum. In Metropoli uerò Saxonie, libr. 1. cap. 5. Monachum cum Cœnobij Beneuenti in Gallia uocat. Si Liber R. Baronij mendosus non est, corrigenda sunt, qua in eo librariorem incuria irreperunt: capitula enim Crätzij, quæ citat Historiæ Saxonie tribui debent Metropoli, & Metropolis, è conuerso. De hoc eodem scripsimus in explicatione quarti rami huius Arboris.

Eleuatio S. Vrsuarii] Huius eleuationis, meminit Molanus in Additio. ad Usuardum, & in Indiculo Sanctorum Belgii, hac die. Facta uerò est anno Domini 823. per Fulradum Abbatem, iussu & permisso Comeracensis Episcopi, anno ab eius obitu 110. Historiam scripsit S. Rotherius ex Lobiensi Monacho Episcopus Peronensis, & Leodiensis: Cœ-

pus eius, Episcoporum licentia & benedictione, per Flandriam est delatus, in qua itineratione nullus penè dies transit absque signis miraculorum, quæ conscripta habentur.

[Felicitas] Calendarium peruetustum cœnobij S. Iustine, huius mortem hac die annotatam habet. Eius uitã breuiter refert, Bernardinus Scardeonius, Hist. Patauina, libr. 2. classe 6. Vitam duxit Monasticam, ut refert in collibus Euganeis Communis tamen opinio tenet eam sanctimoniam fuisse in cœnobio Sanctorum Cosmæ, & Damiani, quod nunc, De Misericordia uocatur, in Campomartio Patauij. Eius corpus cum alijs Sanctis requiescit in Ecclesia eiusdem cœnobij S. Iustine; Relata est in album Sanctorum, cum alijs nonnullis à Leone nono, petente Bernardo Episcopo Patauino, anno Domini 1050. die 2. Augusti.

[Melioris Conuersi] Tabule Vallis Umbrosæ de eodem agunt, hac die, à quibus mortuus refertur anno 1158.

SEXTO CAL. APRILIS.

Beluaci, Sanctæ Andragasinæ Abbatissæ, hæc cum à patre nubere rogeretur, ut speciositas illius in deformitatem verteretur à Domino impetrauit, ne à proposito castitatis, quod Deo deuouerat, auelleretur; quam tamen statim ut Monasterium ingressa est Christo operante recepit, & humilitate præcipuè celebris obdormiuit in Domino. In Anglia, Sancti Archibaldi Abbatis & confessoris. Vormaciæ Sancti Ruperti Episcopi & confessoris, qui apud Bauaros, & Noticos Euangelium mirifice propagauit, & magno virtutum splendore, quieuit in pace.

MARTII 27.

Andragasinæ] Hanc, cuius natalem hodie recolit scribit, uocat Andragasinam Tritemius de uir. ill. Ord. S. Ben. libr. 3. cap. 94. De eadem agunt Petrus in Catalogo, libr. 3. cap. 108. & Vincentius in Speculo, libr. 23. cap. 99. Fuit sponsa S. Ausberti, Monachi postea, & Episcopi Rothomagensis, & Abbatissa Beluacensis, circa ann. 670.

Archibaldi] Huius meminit Galesinius, hac die. Quis autem iste sit, cuius cœnobij Abbas, quouè claruerit seculo, hæc tenus me latet. Nisi fuerit forsitan ille, quem Tritemius de uir. ill. Ord. S. Bened. libr. 3. cap. 119. & lib. 4. cap. 162. Ercmuualdum appellat, qui ex Abbate Cerotbeseensi, circa annum 680. factus est Lodonensis Episcopus in ordine tertius, fuitq; Frater S. Edilburgæ uirginis, & Abbatissæ.

Vormaciæ] Alij habent Sabisburgi, ut Baronius. Est autem Salsburgum totius Buarie Metropolis, quæ ante Iuuauia uocabatur, Vormacia uerò in Vangionibus sita est.

Hh 4 Ruper-

Ruperti] De eodem, hac die Mart. Rom. cum Baronio, Molanus in Addition. ad Vsuardum, Galefinus, & Felici. Eius vitam adfert Surius, Tomo 2. de Sanctis. Agit, & de eo Petrus Cratepolius de Episcopis Germaniæ; & Demochares de Sacrific. Missæ, Tomo 2. cap. 35. a quo & notatur Vormatiensis Episcopus octauus, & Salisburgensis primus. Engatus à quodam tyranno, Iuuania Monasterium Sancti Petri, Theodone Rege, quem ad fidem anno 580. cōuerterat, cooperante erexit, in quo Monasticam vitam simul cum multis alijs fratribus, quibus erat prælatus, ducens, Cænobio & Iuuania, seu Salisburgensi sedi annis 44. præfuit. mortuū grauitè, à seculo, anno 623. De eodem plura reperies in Annalibus Boiurum, à quibus Apostolus Buarie prædicatur.

QVINTO CAL. APRILIS.

CAsini, octaua Sanctissimi Patris nostri Benedicti, & Inuentio eiusdem miraculorum attestazione cōprobata. Apud Nursiam Sancti Spei Abbatis, miræ patientiæ viri, cuius anima cum ex hac vita migraret, in columbæ specie à cunctis fratribus visa est in celum ascendere, In Anglia, Eleuatio Sancti Fremundi, Principis Merciorum. Pistorij Inuentio, & Translatio Sanctorum Baronti, & Desiderii, & sociorum Monachorum.

MARTII 28.

Octaua S. P. N. Benedicti] Tabula Casinenses, & Breviaria nostræ de eadem agunt, hac die. De qua extat apud me sermo copiosissimus Petri Diaconi, sic incipiens, Egregij, atque præciosissimi confessoris Benedicti octauum festiuitatis diem &c.

Inuentio eiusdem] Hanc Inuentionem, hac item die, factam refert idem Petrus, eodem in sermone, his uerbis, Egregij, atque præciosissimi confessoris Benedicti octauum festiuitatis diem; eiusque sacratissimi corporis Inuentionem, Fratres carissimi, hodie colimus: & ideo gaudendum nobis est, & exultandum, ut gaudium Christi, & Sanctorum eius in nobis sit, & gaudium illorū in nobis impleatur. Ille etenim dignè de Sanctorum festiuitatibus, & Inuentione reliquiarum gaudet, qui lætitiā quam foris monstrat in corpore, habere studet in mente. Sed iam tanti corporis Inuentionem libet succinctè transcurrere, ut nullus de hoc valeat ulterius dubitare. Etsi siquidem tempore, quo Ecclesiæ speculum Desiderius eandem tenuerat Ecclesiam: cum tres non integras vlnas fodisset, die octauarum eiusdem sanctissimi Patris, subito ignorantibus cunctis, sepulchrum inuenit, in quo tanti Patris conditus retinebatur thesaurus. Statim verò terræmotus factus est magnus: Odoris quoque extitit tanta

tanta suauitas, vt omnes maximo simul pauore stuperent. Mons est totus ab imo vsq; summum quatiebatur. Decem namque & septem vicibus eo die à terremotu concussus est. Super sepulchro quoque in dextro latere Altaris, laterem reperit, nomen eiusdem confessoris continentem. Sanatus est ibi eo die quidam Demoniacus ex Comino. Hic namque statim vt tanti Patris sepulchrum inuentum est, clamare cœpit per os eius Diabolus, dicens, Benedictus me eijcit, Benedictus me eijcit. Hęc dum crebro repeteret interuentu sanctissimi Benedicti, idem rusticus à Diabolo sanatus est. Ibi etiã quidã vir adductus de ciuitate Barsensi, qui à Legionē vexabatur Demonum, statim curatus est. Hoc fratres videntes cœperunt glorificare Deum pro tanto thesauro temporibus suis inuento, necnon, & pro illorum liberatione. *Hęc Petrus. Eiusdem meminit Leo Ostiensis in Chron. Casin. lib. 3. cap. 26. factamque testatur, ann. 1066. Ordinationis ipsius Desiderij anno nono.*

Inuentio & Translatio] Reponuntur, hac die, à Siluano Razzi de uitis SS. Ebruriae. à Bugiano uerò die 6. Aprilis facte referuntur, qui castigatione indiget. *Acta sunt hæc sub Restaldo Episcopo Pistoriensi, anno Virginei partus 1018. ut Siluanus habet, sine ut Bugiano placet, anno 1118. Et ne dubitatio de eorum corporibus oriri posset, repertus est, & lapis cum huiusmodi inscriptione; Hic requiescit Corpus Sancti Baronti, & Sancti Desiderij, cum locijs suis.*

Spei] De eo Mart. Rom. cum Baronio, hac die. Res eius gestas scribit Gregorius Papa Dialog. lib. 4. cap. 10. & Petrus in catalogo, lib. 11. c. 107. Agit & de eodem Tritemius de uir. ill. Ord. S. Bened. libr. 3. cap. 19. Fuit autem Abbas canonijs Camplæ in partibus Nursiæ, circa annum Domini 570.

Eleuatio S. Fremundi] Hęc eleuatio facta est per S. Birinum Doricensem Episcopum, redeuntem à Pontifice cum litteris Apostolicis. Huius natalis die 11. Maij.

QUARTO CAL. APRILIS.

IN Monasterio Luxouaniensi, depositio Sancti Enstasii Abbatis, discipuli Sancti Columbani, qui fermè sexcentorum Monachorum pater fuit, & uitæ sanctitate conspicuus etiam miraculis claruit, In Monte Casino, Inuentio corporum Sanctorum Simplicij, & Constantini Abbatum, & Carlomanni Regis & confessoris.

MARTII 29.

Estasii] De eodem Mart. Rom. cum Baronio, Beda, Vsuarius, Ado, Galestinus qui Eustachium legit, Maurolycus, Felici, & alij, hac die.

die. Eius vitam ab Iona Abbate descriptam, male Bedæ, Tomo 3. attributam, adfert Surius, Tomo 2. de Sanctis. Agunt de eodem Tritemius de uir. illust. Ordin. S. Bened. libro 3. cap. 70. Vincenius in Speculo, libro 23. cap. 20. Petrus in Catalogo, lib. 4. c. 11. & lib. 9. c. 52. sub nomine Eustathij: corrigendus est attamen ibidem dies mortis eius, 5. idus Octobris adscriptus. Floruit ann. 620.

Inuentio corporum &c.] Inuenti sunt, hac die, à Gregorio Monacho Casinensi Paramonario, qui ad custodiam corporum Sanctorum Benedicti, & Scholasticæ à Patre Desiderio deputatus fuerat, ut refert Petrus Diaconus sermone supracitato, qui de loco ubi iacebant sic loquitur; Iuxta pedes verò eorum (scilicet Benedicti & Scholasticæ) inueniunt sepulchra, in quibus Carolus Sanctus, & Constantinus, & Simplicius requiescebant.

Carlomani Regis] De quo fusius agemus in die eius natali, 17. Aug. Constantini] Eius meminere Leo Ostiensis in Chron. Casin. lib. 1. c. 2. Anastasius Bibliothecarius Monachus, in libello de translatione S. Benedicti, Petrus Diaconus de Sanctis Montis Casini, c. 7. & Tritemius de uir. illust. Ord. S. B. lib. 3. c. 8. Successit Magistro suo in regimine Abbatis. Simplicii] De eo agunt Petrus Diaconus de uir. illust. Montis Casini, c. 3. & de Sanctis eiusdem cœnobij, c. 10. & Tritemius de uir. illust. Ord. S. B. libro 3. cap. 10. Scripsit referente Petro uersus nonnullos super Regulam S. P. N. Benedicti, fuitq; tertius Monasterij Casinensis Abbas. De eodem Leo Ostiensis, & Anastasius locis citatis.

TERTIO CAL. APRILIS.

ANtistodori, Sancti Mamertini Abbatis, admirandæ sanctitatis, & humilitatis uiri. Veræ depositio Sancti Pattonis eiusdem ciuitatis Episcopi II. sanctitate claris.

MARTII 30.

Mamertini] De quo Galestinus, hac die, Felici, & alij. Petrus item in Catalogo, lib. 4. cap. 13. Fuit Monachus S. Germani Antistodori sub S. Alodio Abbate, cui in regimine successit. Eius corpus requiescit ibidem in Ecclesia S. Germani.

Pattonis] Eius natalem annotat Crantzius Metrop. lib. 1. cap. 21. & 22. hac die: quo referente, & Lesleo, lib. 5. Hist. Scot. confirmante, edicimus eundem Monachum, & Abbatem Amarbaricensem in Scotia, patria sua, egisse, floruisseq; anno 760.

PRIDIE CAL. APRILIS.

IN Cœnobio Pomposiano, depositio Sancti Guidonis Abbatis sanctissimæ conuersationis, qui Monachū, nomine Martinū, defunctum

eam, suis precibus reuocauit ad uitam. In Cænobio Blandinio, eleuatio, & translatio Sanctorum Vandregifili Abbatis, & Aüsberti atque Vvlfiranni archipræfulum, Casini S. Ioannis Abbatis.

MARTII 31.

Gvidonis] *Huius uitam Surius, Tomo 2. de Sanctis, adfert, hac die. Eius & meminit Trittemius de uir. ill. Ord. S. Ben. libro 3. c. 3 17. Carolus Sigonius, de Regno Italia, lib. 8. eius obitum reponit ad an. 1046. uti & Trittemius, regiminis sui 48. migratū autem in oppido S. Donnini, & corpus Parmam delatum summo honore haberi cœptū est. Petrus Bugianus eiusdem meminit in diario quinto Hist. Monastica, correctione tamē indiget, cum dicit eum die 4. Aprilis ex hac uita migrasse.*

Eleuatio, & Translatio, &c.] *De quibus agunt Molanus in Addit. ad Vsuardum, & Galefinius de translatione solum, hac die. Res eorum gestas require in eorum natalitijs. Petrus de eadem translatione agit in Catalogo, lib. 6. cap. 127.*

Ioannis Abbatis] *De eodem agit Leo Ostiensis in Chron. Casinen. lib. 1. cap. 56. & 57. ubi eius gesta recenset, & hac die migrasse refert. Petrus uem Diaconus de Sanctis Casinen. c. 34. fuit natione Capuanus, & Abbas Casinensis 23. ac præfuit ann. 19. & mensibus 7.*

APRILIS.

CALENDIS APRILIS.

Ambianum in pago Vvinnocensi translatio Sancti Vvalerici Abbatis, cuius sepulchrum multis miraculis illustratur. Eodem die Sancti Hugonis Abbatis Bonæuallis, Ordinis Cisterciensis, discipuli Sancti Bernardi Abbatis, Gratianopoli Sancti Hugonis eiusdem ciuitatis Episcopi, qui multis annis in solitudine uitam exegit, & miraculorum gloria clarus migrat ad Dominum. In Boemia, depositio Sancti Procopii Abbatis, miraculis clari.

APRILIS 1.

Vinnocensi] *Sic legit Ado, at Maurolycus habet Viniacensi: Vsuardus uerò die 12. Decembris, Vinoacensi legit.*

Translatio Sancti Vvalerici] *De qua hac die Mart. Rom. cum Baronio, Beda, Ado, Molanus in Addit. ad Vsuardum. Galefinius, Maurolycus, Felici, & alij. Eius uitam adfert Surius, Tomo 2. de Sanctis. De eodem susus agemus die 12. Decembris, quo eius natalis ab Vsuardo annocatur.*

Hugo-

Hugonis Abbatis] De eodem agunt *Maurolycus* & *Felici*, hac die. *Pl.* tamque eius breuiter describit *Petrus* in catalog. lib. 4. c. 23. & *Vincentius* in *Speculo* fufius, lib. 29. c. 33. 34. 35. & 36.

Hugonis & c. Episcopi] Huius meminere hac die, *Mart. Rom.* cum *Baronio*, & alijs omnibus *supracitatis*. refertur autem relatus in album *Sanctorum* ab *Innocentio* Papa secundo. & uita descripta per *Guidonem Carthusiæ* Priorem ipsius Pontificis iussu, adfertur à *Surio* *Tomo*. 2. de *SS. Plura* de eodem reperies in uita *S. Brunonis* apud *Surius*, *To*. 5. die 8. *Octob.* & lib. 3. c. 1. uita *S. Bernardi* Abbatis. *Vincentium* in *Speculo*, lib. 27. c. 8. & 12. *Petrum* in *Catalogo*, li. 4. c. 22. & alios. Fuit autē natione *Hispanus* ex ciuitate *Valentiæ*, ex *Canonico*, *Cluniacensis* *Monachus*, & *Abbas Castelsiensis*, deinde *Gratianopolitanus* *Episcopus*, & *Ordinis Cartusien-* *sis* cooperator strenuissimus, cuius etiam habitum fertur sub uestibus *Episcopalis* gestasse. Obijt anno *Domini* 1132. *Episcopatus* 52. etatis 80.

QUARTO NONAS APRILIS.

Lobijs, Commemoratio meritorum uenerabilium *Christi* *Confessorum* *Vrsmari* & *Ermini*, quando ab *Hungaris* liberati sunt *Lobien-* *ses*, per merita eorum. *Toleti* *Sancti* *Bernardi* primi eiusdem ciuitatis *Archiepiscopi* beneplacitis *Deo* actibus gloriosi, cuius corpus in *Ecclesia*, quam de *Mezquita* ad titulum beate uirginis consecratur, obtinuit, cunctis flentibus, sepulturam, acclamantibus uniuersis, Cur nos pater deseris desolatos? *Leodij*, transitus beatissimi uiri *Dei* *Notgeri*, eiusdem ciuitatis *Episcopi*, cuius præclara gesta habentur.

APRILIS. 2.

Commemoratio] De qua agit *Molanus* in *Additionibus* ad *Vsuar-* *dum* hac die. *Res* eorum gestas uide in natalitijs eorundem.

Bernardi] *Natalis* huius Pontificis annotatur hac die à *Roderico* *To-* *letano*, qui de rebus *Hispaniæ*, lib. 7. c. 4. & lib. 6. cap. 24. 25. & 27. eius res gestas egregie comprehendit. Erat autem *Bernardus* *Gallus*, *Monachus* *Sancti* *Aurentii* *Auxitani*, *Congregationis* *Cluniacensis*, & postmodum *Abbas* *Sanctorum* *Facundi*, & *Primitini* effectus est, demum ab *Urbano* *Papa* *II.* primus *Toletanus* *Archiepiscopus*, & *Primas* totius *Hispaniæ* creatus, sedem illam gubernauit annis 44. Migravit à seculo anno 14. *Al-* *phonsi* *VIII.* *Regis*, qui est secundum *Vasum* *Christi* 1140. *Sepul-* *crus* est cum hoc elogio,

Primo *Bernardus* fuit hic *Primas* uenerandus.

Notgeri *Episcopi*] De quo *Molanus* in *Additio.* ad *Vsuardum*, hac die. *Tabula* uerò *Leodien-* *ses* quæ apud me sunt *lingua* *Germanica* die 10. *ini-*

ius mensis. Eius acta extare refert Molanus in *Addit. ad Usuardum*. Quo tempore floruerit multum inter auctores controuertitur, licetque hanc omnem ex equiuocatione nominis Notgeri omnino natam suspicor, diuersum enim esse ab eo Notgero Abbate S. Galli sequentiarum missalium auctore, temporum ratio indicat. Ille enim floruit anno Domini 850. & quod excurrit, ut ex approbatione libri sequentiarum eius colligere licet: approbatus est enim à Nicolao Papa I. cuius creatio refertur ad annum 858. Hic uero, Episcopus creatus est Leodiensis anno 971. uel 972. mortuusque dicitur anno Domini 1004. uel 1007. aut 1008. Ideoque correctione indigere uidetur Trutemius in lib. de Scrip. Eccles. & lib. 2. c. 69. lib. 4. c. 216. de uir. ill. Ord. S. Ben. qui unum & eundem fuisse putat. at ex suometipsius testimonio errasse conuincitur: in libro enim de scrip. Eccles. dicit uixisse an. 850. & in libris citatis de uir. ill. Ord. nostri centum annis post id est anno 950. & 970. ut etiam Catalogi Episcoporum Leodiensium confirmant. Vocatur à Demochare, Tomo 2. de sacrificio. Missae. c. 37. Rogerus prima littera immutata, & Guacionis Ducis Suanurum filius, quem & mortuum putat anno 1004. In tabulis autem meis Germanicis filius Ducis Suenie appellatur, migraesque refertur anno Domini 1007. regiminis sui 30. at si creatus est, ut aiunt ann. 971. siue ut Demochares uult 972. plures annos quam 30. sedisse futendum est, id est 35. uel 36. qui error forsitan ex numerorum transpositione in impressione irrepit. Monach. quidam Herueldensis in chron. reru Germanicarum eius mortem reponit ad an. 1008. sic inquit. MVIII. Notger Leodiensis Episc. obiit, cui Baldaricus successit: cuius opinione omnium uerisimilior mihi uidetur. temporum ratione diligenter considerata: Baldaricus enim annis 11. praefuisse legitur, & eius successor S. Volboldo annis duobus, qui & mortuus est Meyerò, lib. 2. Annal. Flaurie referente anno Domini 1020. qui anni tredecim, si ad septem Notgeri aduuantur (mortuus enim est in principio mensis Aprilis: & ideo annus iste pro primo anno Baldarici computatur) omnino mortem eius eo anno 1008. accidisse demonstrabunt. Duos huius nominis apud Hermanum in Chron. inuenio, quorum priorem obuisse dicit anno 912. sic inquit in chronico antiquo. Magister Notkerus obiit. at in recentiori sic. Apud S. Gallu Notkerus Magister doctus obiit. Posteriorem uero anno 1022. cum dicit in ueteri chron. Notgerus obiit. & in ultimo, Notgerus quoque Magister de S. Gallo, obiit. Et priorem quidem eundem putarem cum eo de quo Tritemius loquitur, auctore uidelicet libri sequentiarum, qui ab anno 850. quo uixisse traditur, ad 912. uitam traduxit: secundum uero diuersum ab hoc nostro Leodiensi Episcopo, cum ille referatur obuisse in S. Gallo, iste uero Leodij, ubi & sepultus est in Ecclesia S. Ioannis.

TERTIO NONAS APRILIS.

IN Anglia, depositio Sanctæ Burgundoforæ virginis & Abbatissæ Euoriacensis, & aliarum Sanctarum Virginum quæ sub eius cura degentes, meritis & miraculis celebres migrarunt in cælum. In Monasterio Alouillari, translatio corporis B. Madelupi Sacerdotis.

A P R I L I S 3.

Burgundoforæ] De ea Martyrol. Rom. cum Baronio, & Molanus in Additio. ad Usuardum, hac die. Eius vitam habes, Tomo 3. Bedæ; ipsi Bedæ quidem adscriptam, attamen à Iona Abbate compositam. De eadem agitur in vita S. Columbani Abbatis, cap. 12. Floruit anno Domini 610. fuitque ipsius S. Columbani discipula.

Madelupi] De quo Molanus in Additio. ad Usuardum hac die. quo autem die eius celebretur Natalis hætenus ignoro.

P R I D I E N O N A S A P R I L I S.

Hispali in Hispania, Sancti Isidori Episcopi, sanctitate & doctri-
na conspicui, qui zelo Catholicæ fidei, & obseruantia Eccle-
siasticæ disciplinæ Hispanias illustrauit. Constantinopoli, Sancti Pla-
tonis Monachi, qui annos octo, & quadraginta aduersus hæreticos,
effractores sanctarum imaginum inuicto animo decertauit. Binchi,
ex Monasterio Laubiensi, translatio septem Abbatum, & Episcoporum
Laubiensium.

A P R I L I S 4.

Isidori] De quo Mart. Rom. cum Baronio, Usuardus, Galefinius, Me-
rolycus, Felici, & alii, hac die. Eius vitam per Branlium Episcopi Ce-
sar Augustanum conscriptam, habet Surius, Tomo 2. Reliqua de eodem in
Annotationibus R. Baronij, hac die. De eius Monachatu nonnulli du-
bitant: scribitur tamen à Melchiore Hutorpio in eius vita, fuisse disci-
pulus S. Gregorij Papæ: & in Claustro etiam nostro S. Benedicti Man-
tuani ante annos centum depicto, in habitu Monachali cernitur, & à
Bugiano pro Monacho agnoscitur; cuius verò cænobij professor fuerit
cum non habeam, controuersiam hanc iudicio Lectoris dirimendam re-
linquo.

Platonis] De eo Martyrol. Rom. cum Baronio, & Græci in Meno-
logio, hac die. Res eius gestas adfert Reuerendissimus Aloysius Lipo-
manus Veronensis Episcopus, Tomo 7. quas descripsit Theodorus Stud-
ta luculenta oratione. Ex catalogo Abbatum Montis Casini, à Petro
Diacono conscripto, cognouimus multo ante tempora huius Platonis, Ro-
gulam S. P. N. Benedicti illis in partibus promulgatam, sub qua potest
militasse fortasse hic Sæctus: omnia tamen sub correctione à nobis apostata
Transla-

Translatio septem Abbatum] *Huius meminit Molanus in Addit. ad Usuardum, hac die: cuius historia referatur apud Canonicos Bincbichenses in Flannonia.*

NONIS APRILIS.

Apu'd Leodium in Monte Cornelion, obitus B. Iuliane virginis, eiusdem loci prefectae, quae tertio obitus sui die ad caenobiū Villariense translata, illic inter corpora sacra sepulta est; ubi & eius vita habetur. Sueffionis, translatio Sancti Godefridi Ambianensis Episcopi.

APRILIS 5.

[Vlianæ] *De qua Molanus in Addit. ad Usuardum, & Galestinus, hac die: qui tamen quo floruerit tempore non refert.*

Translatio S. Godefridi] *Huius translatio facta est Sueffionis, hac die per Gosleuum Episcopum, anno 1138. ut notatur in eius vita apud Surius, Tom. 6. die 8. Nouembris. Fuit ex Monacho & Abbate S. Mariæ Nouingenti, Ambianensis 34. Episcopus.*

OCTAVO IDVS APRILIS.

In Dania S. Gulielmi Abbatis, vita, & miraculis clari. Romæ, Sanctæ Gallæ viduæ, & sanctimonialis, Symmachi Consulis filiae, cuius uirtutes, & felicissimum ad Deum transitum, Sæctus Gregorius Papa descripsit. Trevis, Sancti Vermebandi Abbatis.

APRILIS 6.

Gulielmi Abbatis] *Sive Vrilemi, de quo Mart. Rom. cum Baronio; Molanus in Addition. ad Usuardum, & Felici, hac die. Vitam eius adfert Surius, Tom. 2. Trittemius uero de uir. ill. Ordin. S. Bened. libr. 3. capit. 290. eundem 16. calendas Iulij reponit. Fuit primum Monachus S. Germani Parisiis sub Regula Sancti Benedicti; assumptus deinde in Abbatem S. Genouesæ ibidem, quod caenobium Regule S. Augustini suppositum erat, Regularis aliquandiu uixit, sed postmodum à Rege Danie Waldemaro euocatus, priorem Regulam reassumens Abbas Roschildensis constitutus est; & bonis operibus plenus obiit an. 1202. ætatis sue 98. regiminis uero anno 40.*

Gallæ viduæ] *De hac Martyrologium Romanum, anno Dom. 1583. excusum, hac die. Baronius uero in Martyrologio Romano, Galestinus, Maurolycus, & Felici, die 3. nonas Octobris, quod qua id ratione faciant ignoro. Perspicuum enim est, si presato etiam Baronio, & Antonio Galano, Congregationis Oratorij Presbytero in libro quem de Sanctis Virginitibus Romanis composuit credimus, Gallam nostram hac die obiisse: Sancto enim Gregorio dialogorum, lib. 4. cap. 13. testante, Gallæ obiit triginta diebus*

diebus ante S. Benediclam sanctimonialem: dicit enim, loquens de S. Benedicla, Tertio utem die cum ea, quæ iussa fuerat Sorore defuncta est (scilicet Galla) Illa uerò (Benediclam intelligit) quam ipsa poposcera die est tricesimo subsecuta. Hæc Gregorius. Cum autem presbiteri Baronius in Martyrol. Rom. & Antonius Gallonius loco citato, afferant S. Benediclam die sexto mensis Maij. ex hac uita migrasse; omnino consequens est ut S. Gallam hac die, & non tertio nonas Octobris, defunctam fateamur; presentemq; diem eius Depositioni, quintum uerò mensis Octobris Translationi, aut certè Commemorationi consecremus.

Vvermebandi] Sive Vvermebaldi, ut legit Maurolycus, qui de eodè, cum Molan. in Add. ad Vsuar. agit, hac die. Tempus quo floruit me latet.

SEPTIMO IDYS APRILIS.

IN Monasterio Crispiniensi, depositio Sancti Aiberti Monachi, qui accepta facultate à Paschali Pontifice peccatorum confessiones audiendi, multorū animas Deo lucratus, clarus postea miraculis obdormiuit in Domino. Huius festū plenius recolitur secunda die Maij. In Eiffia, Monasterio Steinfelt, sanctæ memoriæ Hermann, qui & Ioseph propter simplicitatem dictus est, & prophetiæ spiritus plenus: martyrium Sancti Engelberti Episcopi Colonienfis longè ante prædixit.

APRILIS 7.

Aiberti] De eodem Mart. Romanum, anno 1583. impressum, Molanus in Addit. & Annot. ad Vsuardum, & in Indiculo Sanctorum Belgij; & Felici sub Alberti nomine, hac die. Eius vitam composuit Robertus Archidiaconus Austrouandicæ, quam recitat Surius, To. 2. Obijt die Pasche sancto, Monachatus sui anno 50. in suo Monasterio Crispiniensi, non longè à Valencianis in Hannonia sepultus.

Hermann] De quo Molanus in Addit. ad Vsuardum, hac die; cuius uita eodem referente habetur MS. & impressa. hanc scripsit quidam Abbas eius familiaris. De eodem plura habet Petrus Cratopolus de Episcopis Germaniæ.

SEXTO IDYS APRILIS.

IN Cænobio Marciensis, elenatio Sancti Ionati Abbatis & confessoris Christi. Augustæ, Sancti Victerbi Episcopi, admirandæ sanctitatis viri.

APRILIS 8.

Elenatio Ionati] Molanus in Addit. ad Vsuard. & in Indic. SS. Belgij huius elenationis meminit, hac die. Fuit primus eiusdem loci Abbat. Natalis celebratur calendis Augusti.

Victorbi

Victe[r]bi Episcopi] *Sive Victerpi, quem hac die migrasse testatur Demochares de sacrif. Mis. To. 2. c. 35. à quo numeratur nonus eius sedis Episcopus. De eodem agit & Petrus Cratopolius de Episcopis Germanie, sed die 18. huius mensis obiisse refert. Belforesius in Catalogo Episcoporum Augustanorum eiusdem meminit. Ex Monacho & Abbate Elefancensis, Monasterii, factus est Augustanus Episcop. an. 716. migravit que an. 732. regiminis sui 16.*

QVINTO IDVS APRILIS.

IN Gallijs ciuitate Rothomagensi, Sancti Hugonis præfate urbis Archiepiscopi, qui diuina inspiratione succensus, relictis Episcopatus habenis, à Sancto Aichadro, in Gemetico disciplinam Monachorum, & habitum, ex toto corde appetiuit, sacrique magistri moribus informatus, omni uirtutam genere perfectus emicuit. Cuius corpus magna reuerentia asseruatur, & fulget in Præpositura Sancti Vedasti, Haspris dicta, in Diœcesi Cameracensi. In Castro Monte, transitus S. Vualdetrudis, quæ ex Sancto Vincentio uiro nobili, genuit Sanctas uirgines Aldetrudem, & Madelbertam; deinde ab illo seruata charitate, separata, in Castri loco ad exercitium spirituale, multam Sanctarum uirginum militiam adunauit.

APRILIS 9.

Hugonis] *De eo Molanus in addit. ad Vsuardum, & in indiculo SS. Belgij, et Galefinius hac die. Numeratur a Demochare de sacrif. mis. Tomo 2. cap. 20. vigesimus quintus illius sedis Archipresul. Floruit anno Domini 720.*

Vualdetrudis] *sive ut nonnullis placet Valdrudis; de qua Molanus in addit. ad Vsuardum, & in indiculo sanctorum Belgij, hac die. Tritemius uero de uir. ill. Ord. S. Bened. lib. 3. cap. 285. die sequenti eam reponit. fuit hac filia Vualberti, & Bertilia, comitum Hannonie: quibus in comitatu successit; eius soror fuit S. Aldegondis prima Malbodiensis Abbatissa; fuerunt ei & duo filij sanctitate conspicui, Landricus scilicet, & Dentelinus. Sacrum uelamen accepit a S. Auberto Cameracensi Episcopo in Monasterio Castriloco a se fundato: quod cœnobium hodie est in prima Hannonie urbe, Montibus uidelicet, Ecclesia Sancte Vualdetrudis, conuersa in Canonicarum nobilium collegium, cuius perpetuus Abbas est Comes Hannonie. Comitatum deseruit anno Domini 606. Pauca item de ea narrat Franciscus de Rosieres Tomo 4. Stemmatum Lotharin. hæc historia capitali 73. folio 255.*

QUARTO IDVS APRILIS.

Paderbornæ Sancti Paterni Monachi, natione Scoti, qui urbis incendium, diu ante diuino spiritu, inclusus prædixit, & tandem ab eodem igne in cellula sua hac die, quæ erat sexta Feria ante Dominicam Palmarum combustus est. Leodij, Sancti Notgeri Episcopi, qui ex Abbate Sancti Galli in Heluetia, eiusdem ciuitatis factus Episcopus, doctrina & Sanctitate claruit. Genuæ, in Monasterio Sancti Benigni, depositio Sancti Bedæ Monachi, admiranda sanctitatis viri.

APRILIS IO.

Paterni] *Huius Natalem accepimus a Tritemio de vir. ill. Ordine. Bene. lib. 3. c. 324. qui eius vitam breuiter ibidem describit. Obijt anno Domini 1058. De eodem agit Lesleus de rebus scotorum lib. 5. in fine.*
 Bedæ] *Tabulæ cænobiij S. Benigni ad nos transmissæ, simul cum eius vita, huius Sancti festiuitatem hodiernam nobis demonstrarunt. Assensum conantur Genuenses hunc esse Venerabilem illum Bedam toto Orbe famosissimum, quod quam a uero, sit alienum ex multis demonstratur: quod in curia Caroli Magni tunc Imperatoris multis annis manserit: non tam Monasticam sub Gulielmo Abbate ad Gauellum fluuium non longè ab Hadria duxerit: Socium Venerium habuerit; anno 819. hac die obijt in Italia: quæ omnia Anglico Bedæ nulla ex parte conueniunt; non quam enim Venerabilis ille Beda in aula Imperatoris Caroli Magni habitasse legitur, nec potuit, cum ab omnibus historicis mortuus referatur anno 734. uel ad summum, ut Baronio placet post annum 766. neque Abbas fuit Gulielmus, sed Benedictus & Ceolfrius, quorum uita descripsisse in fine historiae suæ fatetur: nec quisquam historicorum unquam affirmare ausus est, eum in Italia fuisse, quamuis inuitatus fuerit a Sergio Papa, nedum habitasse, ut clare patet ex eius Continuatore qui de eius Italia aduentu, lib. 1. cap. 6. sic loquitur. Quid quod fertur eum Romanam iuisse ut libros suos vel Ecclesiasticæ doctrinæ conuente profens assereret, vel si resultarent, Apostolico nutu corrigere. Verum tamen quod Romæ fuerit, solide non affirmo, sed eum illuc inuentum haud dubie pronuncio, quod hæc Epistola clarum faciet, & quanti penderit eum Romana sedes, ut eum tantopere desideraret. Hæc continuator Bedæ, qui statim post hæc uerba Epistolæ Gregij Papa ipsi Bedæ directam, apponit. Ut omnia tamen Lesleus clarè aiunt, oculis uideat, uitam eius ut nobis transmissa fuit, apponimus.*

*Vita Venerabilis Bedæ ex libro vetusto Bibliothecæ
Monasterij Sancti Benigni propè Ianuam, com-
pendiose excerpta.*

BEDÆ Presbyter & Monachus cum humanarum diuinarumque
literarum Scientia, & non minus sanctitate polleret, & non solum
in Anglia, unde oriundus erat, sed etiam in omnibus vicinarum re-
gionum populis admirabilis haberetur, ab Imperatore Carolo Ma-
gno summo cum honore accitus fuit, ut scilicet gratissima eius fa-
cundia fruere, & in arduis negotijs gravissima eius experiretur
consilia. Cæterum cum venerabilis uir quadraginta quinque annis
& docendo & scribendo in imperiali curia commoratus fuisset, ne
monasticum propositum, in domibus regum degens, perderet, ti-
mens, & cælesti Regi magis seruire ambiens, a turbarum frequen-
tia tumultibusque semotus, Imperatorem adiit, ut cum eius pace &
populorum stipatione ad alicuius Monasterij solitudinem sibi mi-
grare liceret. Hac allocutione percussus Imperator, ne tanto orba-
retur doctore, nihil prætermisit, sacras etiam infulas promittendo,
sed non profecit. Cum igitur Gulielmi Abbatis sanctitatis famam
dedicisset, qui iuxta Gauellum fluium non longè ab Vrbe Hadriæ
quidam cenobio præsidebat; ad eum se contulit Venerabilis uir,
una cum Venerio fido Comite, a quo humanissimè suscepti, ibi,
dum nixerant diuino se manciparunt seruitio, orationi, contempla-
tioni, diuinis eloquijs, sacrarumque scripturarum expositionibus
uacantes. Composuit autem Beatus uir Commentaria super quat-
tuor Euangelia, librum actuum Apostolorum, Epistolas canonicas,
Apocalypsim, &, ut a multis asseritur super parabolas Salomonis.
Martyrologij insuper & computi librum edidit, & Chronicam a
mundi principio usque ad Gratianum Imperatorem, multos etiam
tractatus, tam profaico, quam metrico stilo peruitiles. Prætereun-
dam non uidetur, quod prædicto Venerio referante subiungitur
(hic enim, quæcumque Venerabilis uir dictabat, scripto excipiebat)
Columba siquidem uisu mirabilis cernebatur ad cellæ fenestram
persistere, & auribus uiri sancti, quæcumque dictare uolebat instilla-
re, & quotiescumque oratorium introibat, cum eo simul & illa in-
grediebatur. Cuius species alba desuper, reliquis in partibus uarie-
tate circumdata cernebatur; ita ut in ea pennæ Columbæ de argen-
tæ, & posteriora dorsi eius in pallore auri n ominarentur: non du-

bium quin in uarietate pennarum differentiam ostenderet gratiarum, & Sancti Spiritus donorum uarietate. Porro cum eam uellet Venerius (rem non intelligens) deturbare, ait uir Sanctus: dimitte eam, nec enim à Deo ad infestationem, sed ad magnam consolationem transmissa est. Post mortem uerò Caroli Magni Venerabilis uir quinquennio superuixit, & diem ultimum Ecclesiasticis factamentis muniens, inter manus Abbatis & Venerij expirauit, quarto Idus Aprilis, ad cuius sepulchrum mirabilia operatus est Dominus.

Translatio Corporis.

Anno uerò salutis 1255. cum tota circumiacens regio in stagnum & paludem deducta esset, etiam prædictum Monasterium habitantibus cœpit destitui, deficientibus sumptibus uictui necessarijs, & frigescente obseruantia feruore, quibus causis tanti patris ossa nullo ferè nenerabatur honore.

Contigit autem, ut quidam Monachus, fructuariensis Congregationis, Ioannes de Beuilacqua dictus, natione Ianuensis, Guelli transitum faceret, qui uidens eiusdem Beati uiri tumulum congruo cultu destitutum, admiratus est, & intra se diu hæsitans deliberauit clam sacras asportare reliquias, ubi maiori deuotione colerentur; sicque cuidam fido nauæ re communicata, & obseruato profundæ noctis silentio, ex hospitio discedens, ad Ecclesiam accessit, & oratione præmissa ad tumulum se recipiens, post multos conatus, Deo opitulante sacra ossa extraxit. Quibus in capilla reuerenter reconditis, ad proximum stagnum detulit, nauigique se committens silenter abscessit. Paucis uero interiectis diebus ad Monasterium Sancti Benigni Presbyteri & martyris propellendam, ubi dicitur, in capite fari, deueniens, ibi præciosum thesaurum honorifice collocauit, ubi plures, & præcipuè energumens, & unitatis munere sunt potiti. *Hactenus de vita Bedæ, Genuensis, qui omnino a nostro Anglico censendus est.*

TERTIO IDVS APRILIS.

Spoleti, Sancti Isaac Abbatis & confessoris, cuius præclaras uirtutes Sanctus Gregorius Papa commemorat. In Britannia, Sancti Guthlaci confessoris, & ex Monacho, Anachoritæ, qui multis uirtutibus fulgens, requieuit in pace. Turonis, Sancti Agrici Abbatis. Nouiomis, Sanctæ Godobertæ virginis & Sanctimonialis. In Brienno Monasterio, aduentus Sancti Leodegarij Episcopi & martyris. Item Beatæ memoriæ Reineri solitarij, qui apud Ecclesiam Clugbrungensem, uita, & miraculis admodum effulsit.

APRILIS II.

[Saac.] De hoc Mart. Rom. cum Baronio, & felici, hac die. Eius res gestas prosequitur S. Gregorius Dialog. lib. 3. cap. 14. quas adfert Surius Tomo 2. de SS. Huius & meminit Petrus in Catalogo lib. 5. cap. 84. & Tritemius de vir. ill. Ord. S. Ben. lib. 3. cap. 15. Claruit eo referente anno Domini 560.

Guthlaci] De quo Molanus in addit. & annotat. ad Usuardum; Macrolycus, & felici, hac die. Vitam eius adfert Surius Tomo 2. Eandem posteris tradiderunt, Felix Crolandensis, prosa, & Gulielmus Ramefey, carmine heroico, Monachi ambo Benedictini. Petrus item de Blesis libro unico eandem recensuit. Fuit autem Guthlacus nobilissimo ac Regio Britannorum Regum genere ortus, & ex Monacho cœnobij Rependonij, Anachoreta Crolandensis Silue, qui migravit ex hac vita anno Domini 706.

Agirici Abb.] De eodem Molanus in addit. ad Usuardum, hac die, quo floruerit tempore ignoro.

Godobertæ] De eadem Molanus ibidem, Galefinius: & Macrolycus, & Felici, sub Cutbertæ nomine, hac die. Agit de ea & Demochares Tomo 2. de sacrificio missæ cap. 15. sepulta est in altari S. Georgij.

Leodegarij Episcopi] Huius aduentus, siue receptionis reliquiarum corporis S. Leodegarij, meminit Molanus in addit. ad Usuardum, & in Indiculo Sanctorum Belgij, hac item die. Latius de eodem agemus die 2. Octobris.

Reineri] De eodem & Molanus ibidem, hac die; & Petrus Cratopolius de Episcopis Germaniæ.

PRIDIE IDVS APRILIS.

Monasterio Sithiu, depositio Sancti Erchembodonis Morinorum Episcopi, & Abbatis Sithiuensis, prædicationis Evangelij laude celebris. Colonia, in cœnobio Sancti Pantaleonis, Sancti Helie Abbatis, duorum Monasteriorum Patris, magnæ prudentiæ & Sanctitatis. In Monasterio Vallis Umbrosæ, depositio Beati Petri Monachi & Eremitæ, tantæ sanctitatis, ut sola oratione aquam exemplo Domini, in uinum conuerterit. Cauæ, depositio Sancti Alferij Abbatis Cauensis primi, miraculis clari.

APRILIS. 12.

Erchembodonis] siue Erxembodonis, cuius meminit Molanus in addit. ad Usuardum & in indiculo Sanctorum Belgij, hac die. De eo item agunt Jacobus Meyerus lib. 1. ann. Flandriæ ad annum 742. & Demochares

chares de Sacrif. missæ, Tomo 2. cap. 17. a quo notatur septimus eius scilicet Episcopus, concordatq; cum Meyerò de mortis anno 742. scilicet: in quo videtur errasse Molanus in Indiculo SS. Belgij, qui mortem eius ponit anno 734. Variat & Demochares in nomine, Erbrenobo enim, corruptè factis, ab eo uocatur, nisi fortè fallax sit impressio.

Helix] Notatur huius natalis, hac die à Trittemio de uir. ill. Ord. S. Bened. lib. 3. cap. 241. Extiuit Abbas Sanctorum Pantaleonis, & Marini, moriturq; anno 1042. siue 1043. ut uult Leslaus, lib. 5. de gestis Sanctorum, qui de eodem agit.

Petri Monachi] Tabula Vallis Umbrosæ de eodem agunt, hac die, quæ dicunt eum obiisse, anno Domini 1098.

Alferii Abbatis] Tabula Cauenses, hac die eundem reponunt. Res eius gestas à Ioanne Monacho conscriptas, adfert Surius, Tom. 2. Extant eadem, & in Monasterio Cauensi litteris Longobardicis exarata. Easdem fusius prosequitur D. Alexander Neapolit. in Chron. Cauensi MS. à c. 1. usq; ad 29. Fuit natione Salernitanus, ex nobili Papagallorum familia, & migravit à seculo an. 1050. etatis sue 120. cū Monasti. Cauen. præfuisset ab an. 980. quo illud canobii in Feneſtre Mont. Eremo in Metelliani Causa sub S. Trinitatis noie fundarat, usq; ad præfatū an. 1050. Dubitat Surius de Canonizatione huius S. Alferij, & aliorum trium Abbatum Cauensium, Petri, uidelicet, Leonis, & Constabilis; At in numerum Sanctorum relatos esse didicimus ex Epistola admodum R. P. D. Victorini Manjo ab Auersa, tunc temporis Abbatis Cauensis, qui anno 1589. ad Comitia generalia Ordinis accessurus, declarationem Canonizationis eorundem, ab Illustrib. & Reuerendis. S. R. E. Cardinalibus, super interpretatione, & executione Sacri Oecumenici Concilij Tridentini deputatis, uisus eorum actibus impetrauit. Subijciemus autem hic eius Epistolam ne impossibilitatis alicuius nota arguamur, quæ talis est: A punto in quelli istessi giorni, che V. P. mi scriſſe, uolorno al Cielo quei quattro Santi Padri, di cui già sono Vite autentiche, che siano Santi; et si potrà ponerle al primo, Fundator; Et primus Abbat Congregationis Cauensis; & al Terzo, cioè, al Santo Pietro Abbate; Abbas Monasterij Cauensis, & dux siue institutor proprijs monitis plusquam trium millium Monachos, ò, come meglio li parerà, poi che nella sua Legenda si narra, ch'egli, con le proprie mani, diede l'habito à piu di tre millia Monachi. Altro per adesso di certo non mi occorre, ma bene li raccomando questi quattro, & che dia presto complimento al tutto, perche ho giudicato l'una, & l'altra uostra opera degna, & di molto honore alla Congregatione, si che io farò sempre pronto à far riconoscere

nostro merito. Il nostro Signore la conferui, Dal sacro Monasterio
Cauenfe, li 28. di Settembre 1589.

Di V. P. M. V. Affettionatissimo

D. Vittorino.

IDIBVS APRILIS.

IN finibus Aruernorum, Sancti Martii Abbatis Aruernensis, & cō
fessoris, cuius laudes texuit Sanctus Gregorius Turonensis Epi-
scopus. Camalduli transitus B. Iacobi de Certaldo, magne abstinen-
tie uiri.

APRILIS 13.

MArtii] De eodem Felici, hac die. Galefinius item sed nomen con-
fundit, Martinum vocans; at Martinum debere scribi, tum ex
Gregorio Turonensi de uita Patrum, cap. 14. tum etiam ex Surio, qui hęc
eandem Gregorij adfert, Tomo 2. edocti sumus. Floruit anno 570. & eta-
tis anno 90. obiit. Agit de eodem Trittemius de uir. illust. Ord. S. Bened.
libro tertio, cap. 27.

Iacobi de Certaldo] Tabula Camaldulina, eius transitu, hac die as-
signant. Res eius gestas describit D. Augustinus Florent. parte secunda
Hist. Camald. libro 2. cap. 7. Obiit anno Domini 1292. Religionis assum-
pta 60. Eius uitam descripsit sermone Latino Raphael Maffei Volaterra-
nus. De eodem agit Siluanus Razzi in uitis SS. Ethruvia. Fuit filius Al-
bertini Equitis de familia Guiti.

DECIMOCTAVO CAL. MAII.

Lugduni, Sancti Lamberti Episcopi, & confessoris, doctrina, &
sanctitate conspicui.

APRILIS 14.

Lamberti] De eo Molanus, hac die. Res eius quas fecit recitat Angra-
dus Monachus Fōtanella in uita S. Ansberti Episcopi, quę est apud
Surium, Tomo 1. die 8. Februarii. Agit de eodem Trittemius de uir. ill.
Ord. S. Bened. libro 3. cap. 96. in uita Sancti Vuandregisili Abbatis, &
lib. 4. cap. 61. Errat tamen in nomine Episcopatus: cum enim prius di-
xisset, libro 3. cap. 96. cum fuisse Archiepiscopum Lugdunensem, & re-
dit, diligētie suę immemor, hoc cap. 61. lib. 4. Bituricensem Archiepisco-
pum constituit, cum in toto Catalogo Pontificum Bituricensium nullus re-
periatur hoc nomine, corrigendus est ergo, & loco diuisionis Bituricensis,
Lugdunensis apponenda. Notatur à Demochare de Sacrif. Missę, To. 2.
cap. 27. diuersimodē: secundum enim Catalogum Campegii est 43. in or-
dine: iuxta uerò denominationem Leonardi Saraceni, à quo Landeber-
tus, nominatur, quadragesimus: ab utrisque tamen datur Sancto Gene-
sio

Ii 4 sio

ſio ſucceſſor; qui *Genefius perperam*, à *Trittemio de vir. ill. Ord. S. Bened.* lib. 3. cap. 201. & lib. 4. cap. 58. ſcribitur *Archiepiſcopus Bituricenſis*; im-
memor uerborum ſuorum, que in uita *S. Vuandregiſili Abbatis*, libro 3.
cap. 96. dixerat, *Sanctum uidelicet Lambertum*, ei in *Lugdunenſi ſede ſuc-*
ceſſiſſe, caueatur igitur error iſte, reponaturq; ſua integritati *Trittemius*.
Fuit autem *S. Lambertus Taruanenſis natione*, *Monachus*, & *Abbas*
Fontanella poſt S. Vuandregiſilum Abbatem, & demum *Archiepiſcopul*
Lugdunenſis, circa annum 660.

DECIMOSEPTIMO CAL. MAII

IN Reomago cœnobio, Sancti Silueſtri Monachi, diſcipuli Sancti
Ioannis confeſſoris. Camalduli, de poſitio B. Iacobi Eremitæ. Eo-
dem die in Monasterio Sancti Galli, prima translatio Sancti Othma-
ri Abbatis de ſepulchro ſuo ad Oratorium S. Petri. Eboraci, eleuatio
S. Oſualdi Epilcopi, & confeſſoris.

APRILIS 15.

Silueſtri] De eodem Molanus in *Add. ad Vuardum*, hac die. Eius mo-
giſtri uitam reperies die 28. Januarii. Huius feſtū reponit *Trittemius*
de *Vir. illuſt. Ord. Sancti Benediſti*, lib. 3. c. 275. 15. cal. Maij.

Iacobi Eremitæ] Ex *Calendario impreſſo RR. Patrum Camaldulenſium*
S. Marci Mantuæ, huius natalem cognoui, de reliquo mihi obſcurus eſt.

Translatio Sancti Othmari] De qua agitur in uita eiufdē c. 5. apud
Surium, Tom. 6. die 16. Nouembr. Facta autem fertur hac die, qua erat
Paraſceues Domini Noſtri Ieſu Chriſti.

Eleuatio S. Oſualdi] Facta refertur, hac die, à *Mattheo Vreſtmo-*
naſterienſi in floribus *hitoriarum*, ann. 1002. qui erat ab ipſius morte de-
cimis, ad *Aeldulpho Eboraceni Archiepiſcopo*, ipſius *S. Oſualdi ſucceſ-*
ſore; qui ſacras eius reliquias in theca, quam præparauerat honorifice re-
condidit.

DECIMOSEXTO CALENDAS MAII.

IN Sicilia iuxta caſtellum bonum, ſub Marone monte, ac gemel-
lis collibus, in cœnobio Sanctæ Mariæ à partu, de poſitio Sancti
Gulielmi confeſſoris. In pago *Constantienſi* in *Britannia minori*, San-
ctorum *Paterni Epilcopi Abrincenſis*, & confeſſoris, ex *Abbate*
Sciſciaceniſi; & *Scubilonis Abbatis*. *Bracare* in *Hispania*, Sancti *Fro-*
tuofi Archiepiſc. ſummæ doctrinæ, & admirandæ ſanctitatis uita.

APRILIS 16.

In cœnobio *S. Mariæ a partu*] Quod aliter uocatur *S. Maria de Bos-*
dunari; fuit fundatum ab *Ula*, uxore *Ioannis Graſſai*, *Partamio Dun-*
ni, circa annum 1190.

Gulielmi] De quo Molanus in addit. ad Usuardum, Felici, Galesinius, & Maurolycus hac die. Fuit iste Gulielmus Monachus eiusdem cœnobii, sed quo claruerit tempore ignoro.

Paterini] De eodem Molanus ibidem, & Felici, hac die. Eius uitam fideliter conscriptam adfert Surius Tomo 2. de Sanctis. Agit de eodem pauca admodum Robertus Cœnalis Episcopus Abrincensis, de re Gallica lib. 2. perioche 6. Vocatur autem hic Paternus lingua Gallica, Sainct Poix, ad differentiam alterius Paterni Veneticæ ciuitatis Apostoli, qui dicitur, Sainct Pater. Notatur vero a Demochare de sacrif. Missa Tomo 2. cap. 21. quartus illius sedis Episcopus; floruit circa annum Domini 560. obiitque anno. etatis. 70. regiminis sui 13.

Scubilionis] Vita S. Paterni apud Surium notat hunc eodem die quo S. Paternus cuius erat discipulus, migrasse. Hunc Felici Scubicionem appellat.

Fructuosus] De eodem Alphonsus de villegas in flore Sanctorum Hispanie, hac die. qui eius vitam copiose satis describit. Thesaurus item Cononatorum Tomo 2. Agunt insuper de eo Ambrosius de Moralibus, in Chron. Hisp. lib. 12. cap. 33. & 35. Vaseus in Chron. ad annum 655. & F. Alphonsus Ciacon. de præcis Teuiss. cap. 8. Ex Abbate Dumienfi, creatus est Archiepiscopus Bracarenfis a Patribus Cœcilij Toletani decimi, in locum Pflamij Episcopi qui non sine multis aliorum Sanctorum Patrum lachrymis ac suspirijs, propria atque ultranea confessione, se ab administratione sui Episcopatus. semouerat, quod tactu femineo sordidisset. Viam omnes hoc tempore uitam Ecclesiasticam professi, hoc peccatum perinde abhorrent, aut humana fragilitate commissum, pari penitentia contenderent expiare. Sanctus vero fructuosus regio stimate clarus, multorum cenobiorum Pater ac fundator, migravit a seculo circa annum Domini. 664. Corpus eius requiescit in Ecclesia S. Iacobi de Compostella. Scripsit, ut author est Moralius, Epigrammata quatuor, & Epistolam unam ad Reccesindū Regem. Citatur eius, auctoritas a Gratiano de conf. dist. 5. cap. Carnem.

DECIMO QUINTO CAL. MAII.

Ordubæ, Sanctorum martyrum Helie Presbyteri, Pauli & Isidori Monachorum. Hij duo florenti ætate, ille iam senex, patria Lusitanus, admiranda sanctitate uir pro fide necati, coronatur. Cistercij in Gallia, Sancti Stephani Abbatis, qui primus Eremū Cisterciensem incoluit, & Sanctum Bernardum cum socijs ad se uenientem, lætus excepit; quoram særu Monasticam obseruantiam restitutam, in prosperos feliciter propagauit. Sonegias, natalis San-

Qi

cti Landrici quondā Metensis Episcopi, Abbatis & confessoris, nobilitate, & sanctitate præclari. Eodē die, S. Vualfridi Abb. Deo dilecti.

APRILIS 17.

HElia] alias Helei, ut *Vsuardus*, hac die, seu *Elia*, ut *Eulogius* in *memoriale Sanctorum*, lib. 3. cap. 15. qui eorum gesta recenset, passio- que ait *Aera* 894. nempe anno Domini 856. Eorum item vitam describit *Alphonsus* in *flore Sanctorum Hispania*. De iisdem *Vaseus* in *Chronico*, sed fallitur de tempore martyrij. *Ambrosius* de *Morales* in *Chron. Hispan.* lib. 4. c. 14. Eorum etiam memoriam agunt, hac item die *Martyrol. Rom.* cum *Baronio*, *Galesinius Maurolycus*, *Felici*, & alij.

Cistertij] Cœnobium est in *Burgundia*, fundatum ab *Orhone*, siue *Eudone* II. Duce *Burgundia*, circa ann. 1070.

Stephani] De quo *Mart. Rom.* cum *Baronio*, hac die. De eodem plura in *vitis SS. Bernardi*, & *Roberti Abbatum*. Eius & meminit *Vincentius* in *Speculo*, lib. 26. cap. 1. & 2. Ad hunc venit ad conuersionem *S. Bernardus* anno 1113.

Landrici] Eius meminit *Molanus* in *Addit. ad Vsuardum*, & in *Indiculo SS. Belgij*, hac die. Fuit filius *Sanctorum Vincentij*, & *Valdetradis Comitum Hannonie*, qui resignato *Episcopatu Metensi*, post patris obitum factus est *Abbas* in *Senogia Hannonia*, ubi cum patre quiescit in eodem Cœnobio, quod conuersum est in *Canonicorum collegium*.

Vualfridi Abb.] De eo item *Molanus* loco citato, hac die: & *Tritemius* de *uir. ill. Ord. S. Ben.* lib. 3. cap. 281. Fuit *Abbas Palatioli*, quod iam dudum esse desit.

DECIMOQVARTO CAL. MAII.

Cordubæ, Sanctissimi martyris *Perfecti* Monachi, & *Presbyteri*. Hic ciuis *Cordubensis* in *Monasterio Sæcti Acifeli*, nobilitate, eruditione, ecclesiasticisque disciplinis institutus, & *Arabici* sermonis vsu litteratè peritus, cū eam ob causam *Mauris* notus admodum esset, de *Christo*, & *Mahomete*, testimonium proferre aliquando iussus, expositis, exaggeratisque nefariis istius facinoribus, exploratæque doctrina; *Christi* diuinitatem liberè professus, à *Mauris* cohorte compræhensus, ad *Iudicem* raptatur, cuius iussu compedibus vincetus, in ergastula truditur: vbi in vigiliis, orationibus, ac ieiuniis frequens, *Spiritus sancti* virtute, roboratus, liberius, fortiorique animo sententiam suam confirmauit. Itaque multis post mentibus è carcere educus, constantissima *Christi* confessione, *Mahometis* cultum detestans, gladio percussus, coronatur. In *Montibus Hannonia*, depositio *Ayæ Comitissæ Hannonia*, tam sanguine, quam vi-

ta præclarè, cuius etiam memoriam facit Ecclesia Montensis in Litanijis. Eodem die B. Bartholomæi Conuersi Vallis Umbrosæ, sanctitatis eximia. Fulde, Sancti Rotulphi Monachi, & martyris ab Hungaris occisi.

APRILIS 18.

Perfecti] De eodem Mart. Rom. cum Baronio; Vsuardus, Maurolycus, & Felici, hac die; Galefinius item sed uariat in nomine, Præfatum enim eum vocat. Huius martyrium egregie descripsit S. Eulogius in memoriali Sanctorum, lib. 2. cap. 1. Item idem in Documento martyriali. Incidit illius passio æra 888. qui erat annus Christi 850. Feria sexta.

Ayæ] Sive ut alijs placet Agie: de qua Molanus in Addit. ad Vsuardum, & in Indiculo SS. Belgii, hac die. Eius & meminit Franciscus de Rosieres, Tom. 4. Stemmatis Lotharingæ, Hist. Capitali. 73. fol. 255. Fuit Agia Brunulphi, Fratris Valberti 4. qui fuit pater S. Uualdetrudis, filia, vxorq; S. Hadulphi Ducis Lobiensis, qui postea factus est primus Abbas, & Episcopus eiusdem loci, cuius permissu ingressa cœnobium Castrilocense à Sancta Uualdetrudè conditum, & ab ipsa plurimum locupletatum & auctum, in eodem miraculis clarens obiit anno 618.

Bartholomæi Conuersi] Tabula Vallis Umbrosæ de eodem agunt, hac die, referuntq; obiisse anno Domini 1420.

Rotulphi Monachi] De quo Calendarium meum Germanicum, hac die. Eius martyrium explicat Tritemius de vir. ill. Ord. S. Ben. lib. 3. c. 322.

DECIMOTERTIO CAL. MAIL.

Romæ, Sancti Leonis Papæ IX. uirtutum & miraculorū laude insignis, inter cuius miracula hoc unum numeratur, quod dum Romæ ageret, terriò quoque die a Laterano in Vaticanum nudis pedibus, tribus tantum clericis comitatus, silentio noctis procedere psallendo, atque orando solitus fuerit. Cantuarie in Anglia, Sancti Elphegi Archiepiscopi & martyris. Is, non obscuro loco natus, paterne neglecta hereditate, primo in Monasterium, deinde quolibet in diuinis cōtemplationibus conquiesceret, in solitudinem se abdidit; quo, peruagata illius sanctitatis fama, maximus ad eum factus est concursus nobilium hominum, salutis consilium expetentium: mortuo autem Vintoniæ Episcopo, in illius locum successus est diuino admonitu; indeque ad Archiepiscopatum Cantuariensem uocatus, occupata per Danos Anglia, ob pietatem uaria ab illis cruciamenta perpessus, demum, securi capiti infixus necatus, martyrii corona donatur. In cœnobio Lobiensis, depositio Sancti Vrsinari Episcopi, & confessoris, qui prædicationis munere, permultos ad fidem

fidem Christi perduxit, & miraculis clarus, quicuit in Domino. In Blandinio Monasterio, eleuatio corporis Sancti Florberti, primi eiusdem cenobii Abbatis.

APRILIS 19.

Leonis Papæ IX.] De quo Mart. Rom. cum Baronio, Molanus in addit. ad Vsuard. Galefinus, & Maurolycus, hac die Carolus Sigonius de Regno Italia lib. 8. ad annum 1054. eius natalem. reponit, decimo sexto cal. Maij. Eius res gestas testatur Molanus inueniri in cenobio S. Adriani in Geraldii Monte, libris duobus. Itinerarium eius descripsit Anselmus Monachus Remensis, ut testatur Sigebertus de ill. script. cap. 153. Acta eiusdem prosequuntur Platina, Panninus, & alij, qui de Romanis scripserunt Pontificibus. Fuit genere Alsata, Bruno, ante uocatus, referenteque Tritemio in Chronico Hirsaugie, & Fratris Francisco Yuauez Monacho Benedictino Hispano, in Epitome uirorum illustrium Ord. S. Benedicti, id confirmante, Monachus primum Tullensis, deinde eiusdem sedis Episcopus, postrema Papa Leo huius nominis nonus. Constitutiones eius & egregie facta fusius recenset Galefinus hac die in suo Martyrologio. Quantum sedit in Petri Cathedra, quoue anno migravit a seculo, diximus in tractatu de Summis Pontificibus Ordinis nostri. De eodem agit & Petrus in Catalogo lib. 4. cap. 65. & alij infiniti, quos breuitatis causa preterimus.

Elphegi] De eodem Mart. Rom. cum Baronio, alijque suprascripti, Maurolyco solo excepto, hac die. Res eius preclarè gestas posteris reliquit Osbertus Monachus, Cantuariensis, quas adfert Surius Tomo 2. Petrus item in Catalogo lib. 2. cap. 12. Tritemius de uir. ill. Ord. S. Ben. lib. 3. cap. 237. & lib. 4. cap. 113. & Vincentius in speculo lib. 2. 5. a capite primo, ad nonum exclusiue. Agitur & de eodem in uita S. Anselmi Episcopi ab Eddenero conscripta, quæ extat apud Surium, Tomo 2. die 11. cal. Maij. Nomen ratum a Polydoro Virg. in hist. Angl. lib. 8. 27. Episcopus Cantuariensis, sed 28. fuit, Damianus enim Episcopus. 7. ab eo omittitur, ut alibi diximus, annusq; eius martyrii notatur, Canuti Regis, nonus, qui est a Christo 1024. ætatis sue 59. & Episcopatus 6. Corpus eius post annos decem incomptum repertum, usque ad hæc nostra calamitosa tempora durauit, & recens sanguinis, & corporis illibata integritas.

Vrlmari] Eius meminere Mart. Rom. cum Baronio; Maurolycus, & Felici, hac die, Vsuardus autem, Molanus, & Galefinus, pridie huius die sequuntur Ratherium Episcopum Veron. uitæ eius scriptorem, qui ait eum migrasse eo die. Hanc habet Surius Tomo 2. de Sanctis hac die. Confirmatur & a Jacobo meyerero in Annal. Fland. lib. 1. ad annum 713. qui eo anno,

no, & hac item die mortuum dicit. Recitantur a R. Baronio, & Molano in suis notis, & alij scriptores rerum gestarum huius Pontificis, quos ibidem reperies. Molanus item pluribus in indic. Sanct. Belgij. Tritemius de vir. ill. Ord. S. Ben. lib. 3. cap. 157. & lib. 4. cap. 174. Errat tamen cum ait eum obiisse, nono cal. Maij. Nouissime omnium uitam eius, & aliorum illius coe nobij Sanctorum, Heroico carmine decantauit, Dominus Augustinus Bon temps, Attrebas, illius cœnobii Monachus, ac meus in Schola Duacensi condiscipulus, poeta nostri temporis non contemnendus, quæ utrum typis data sint, adhuc ignoro. De eius prædicatione plura reperiuntur in uita S. Arnulphi Episcopi Sueffionensis, apud Surium Tomo 4. die 15. Augusti. Successit autem in regimine Abbatiæ & Episcopatus, S. Hiulpho Duci, & Abbati Lobienfis cœnobii.

Elenatio Florberti.] siue ut alius placet Floriberti, cuius eleuationis Molanus meminit in addit. ad Vsuardum, & in indic. Sanct. Belgij hac die. Facta est autem anno 975. per Albertum Remorum Pontificem, qui erat ab eius morte 330. Meyerus tamen lib. 2. Annal. Fland. ad annum 975. eleuationem hanc factam ait pridie calendas Octobris. Sequimur autem hac in parte Molanum, qui rerum gestarum Sanctorum Belgij fuit personalis, & diligentissimus scrutator, & scriptor, ut ipsi uidimus oculis nostris, cum ad Monasterium nostrum Oudemburgense accessit, res gestas S. Arnulphi Episcopi, fundatoris nostri, notaturus.

DVODECIMO CAL. MAII.

Sconaniæ, depositio Sanctæ Hildegundis virginis, Ordinis Cisterciensis, quæ simulato sexu, in Monasterio viuens, a Fratribus Ioseph appellabatur. Eodem die in Erfordia, translatio, Sancti Adelarij, primi, & ultimi Erfordensis Episcopi, & martyris, discipuli Sancti Bonificij Moguntini Archiepiscopi & martyris: qui post multos in prædicando perpeffos labores, Martyrio clarus euolauit ad cœlum, simul cum suo magistro & quinquaginta tribus socijs Monachis.

APRILIS 20.

Hildegundis.] Huius meminit Molanus in addit. & annot. ad Vsuardum, hac die. Eius uitam Cesarius Monachus Heisterbacensis, Ordinis Cisterciensis, illustrium suorum miraculorum lib. 1. cap. 40. diffusè descripsit. Migrauit a seculo anno Domini 1188. Feria quarta hebdomade Paschalis. Sepulta autem est in Sconaniæ cœnobio, ad cuius sepulchrum huiusmodi est inscriptio apposita.

Omnis homo miretur, homo quid fecerit iste,

Hæc, cuius fossa cineres inclusit & ossa,

Mas

Mas vitens paret, moriens sed semina claret,
Vita sefellit, mors que refellit rem simulatam,
Hildegunt dicta, vitæ est in codice scripta.
Maij bissenis est hæc defuncta Calendis.

Trittemius in Chron. hirs. tale de ea testimonium adfert. Sancta Hildegundis Ordinis Cisterciensis in Monasterio Schonaugiensi anno 1188. obiit duodecimo calendis Maii: quæ simulato sexu, masculinum se fingens inter Monachos ibidem nouiciatus habitum susceperat, ac mutato nomine se Iosephum appellauit: & usque ad mortem incognita permansit. Huius vitam Cæsarius Monachus Heisterbacensis conscripsit. Hæc Trittemius.

Translatio Sancti Adelarii. Fuit Monachus Muschella in Anglia, & Erfordensis in Thuringia, primus & ultimus Episcopus, martyrio coronatus ut patet anno Domini 754. simul cum Sancto Bonifacio magistro suo. Martyrij eius solennitas agitur die 5. Junij. Translatio vero hac die, cui auctor est Petrus Cratepolius de Episcopis Germaniæ. Corrigendus ergo uenit Trittemius, qui hac die passum scribit, de uir. illust. Ordin. S. Benedi. lib. 3. cap. 175. & lib. 4. cap. 183.

VNDECIMO CAL. MAII.

CAntuariæ in Anglia, Sancti Anselmi Archiepiscopi & confessoris, sanctitate & doctrina conspicui. Apud Leodium, in Ecclesia Sancti Laurentii, Sancti Vuolbodonis Episcopi piissimi. Hic ueterum Episcoporum æmulatus sanctimoniam, tanto ardore orasse traditur, ut continua poplitem flexione, genibus obdureret callos: frigoris, uigiliæ, inediæ, adeo patiens, ut alpera sæpè hyeme, nudis pedibus in templis pernoctaret. Eodem die, translatio Sanctæ Ermelendis virginis Sanctimonialis. Veronæ, Sanctarum Liberæ & Faustinae Sororum, & virginum Sanctimonialium.

APRILIS 21.

Anselmi] *De eo Mart. Rom. cum Baronio: Molanus in addit. & annot. ad Vsuarium, Galefinius, Felici, & alij hac die. Huius res gestas conscripsit Edimerus eius conuictor, quas retulit Surius Tomo 2. Edmundus item Cantuariensis Monachus, addito & alio libello de discordia eius inter Regem Henricum, ut refert Henricus de Gandano de script. Eccles. cap. 7. Petrus, in Catalogo lib. 6. cap. 56. Vincentius Beluacensis in Speculo, lib. 25. a capite 67. inclusiue, ad 82. exclusiue. Polydorus uirg. in Hist. Angl. lib. 10. & 11. ferè per totum. Trittemius de uir. illust. Ordin. S. Benedi. lib. 2. cap. 101. ubi eius scripta recenset. lib. 3. cap. 327. & lib. 4. cap. 122. & libro de scriptoribus Ecclesiasticis. Sigebertus de Eccles. script. cap.*

cap. 169. Henricus de Gandauo cap. 5. Sixtus Senensis in Bibliotheca Sancta lib. 4. alijque innumeri. Fuit ut quibusdam placet Italus Longobardus, aut ut alij scribunt Burgundus; nonnulli tamen ciuitate Augusta ortum asserunt; Monachus primum, Prior, & Abbas Monasterij Beccensis in Normandia, deinde Archiepiscopus 35. Cantuariensis: quo munere functus est annis 16. migravitque a seculo anno 1109. die Iouis Sancto, aetatis suae 76. Interfuit concilijs, Romano, & Barensi. Extant ad eum Epistola nonnullae S. Paschalis Papae II. & eiusdem responsiuae ad Papam. Pater eius Gundulphus, sit Monachus sub eo in eodem caenobio Beccensi. Res quas fecit, & opera, retulimus in ramis huius Arboris. Mattheus Vuestmonasteriensis in flor. hist. ad an. 1109. migrasse refert die septimo calendas Maij.

Vvolbodonis] De eodem Molanus in addit. ad Usuardum hac die; Cuius vitam, eodem referente, scripsit Reinerus Monachus ad Sanctum Laurentium, qua ibidem reperitur MS. Eius & meminit Iacob. Meyerus, in Annal. Fland. lib. 2. ad annum 1020. quo ex hac vita discessit. Catalogus item Episcoporum Leodiensium, & Demochares de sacrif. Missae, Tomo 2. cap. 37. a quibus numeratur 48. Tungrensis, & 19. Leodiensis Episcopus. Erat filius Godofridi Ducis Montani, Monachus primum Sabulensis, dein Decanus Traiectensis, postmodum Episcopus. Fuitque, vi ferunt, statura Gygantea.

Ermclendis] De hac, translatione agit Molanus, hac die, in indiculo Sanctorum Belgii. Natalis eius die 29. Octobris, vbi de ea agemus.

Liberæ & Faustinae] Antiqua monumenta San. Ver. de ysdem agunt hac die. Puto tamen translatione earum esse, Natalis enim incidit in diem 18. Ianuarij.

DECIMO CAL. MAII.

IN caenobio Sancti Nicolai de Brauuuiler in comitatu Palatini Rheni, depositio Sancti Vuolphelmi Abbatis, doctrina, & Sanctitate conspicui. In Britannia minori, apud ciuitatem Sagiensem, Sanctae Opportunae virginis & Abbatissae, multarum Sanctimonialium matris.

APRILIS 22.

Vvolphelmi] De quo Molanus in addit. ad Usuardum, & Felicæ hac die. Eius uitam breuiter recenset F. Petrus Cratepol. de Episcopis Germaniae. Monachus primo fuit in caenobio S. Maximini Treuiris: postea Abbas Gladebacensis, a qua ad Abbatiam Brauuuilerensem translatus, in eadem obiit anno 1069. Felicæ habet anno 1091. sed mendosè. Res eius gestas recensuit Cunradus Monachus Bruuuilerensis, relatas

tas a Surio in Tom. 2. de Sanctis. Sancta Berta Soror S. Vuolphelmi scripsit vitam S. Adelheidis primæ Abbatissæ Vilecensis.

Oportunè] De hac item Felici & Molanus in addit. ad Usuardum hac die. Cuius vitam composuit S. Adelelinus Sagiensis Episcopus & Monachus, quam refert Surius Tomo 2. hac die. Fuit hæc Soror S. Godegrani Episcopi Sagiensis 11. & martyris, & Sanctimonialis, deinde Abbatissa cænobij Monasterioli in saltu Algia iuxta Saim Urbem: Floruit tempore Ludouici Regis Germaniæ, quiescit que in oppido Montiaci.

NONO CAL. MAII.

IN Prusia, Natalis Sancti Adalberti, secundi Pragensis Episcopi, & martyris, qui Polonis, Boiemis, & Hungaris Euangelium prædicauit. Hic cum Prusis & Liuonibus etiam fidem Christi annuntiaret, ab eorum Pontificibus deum Diuina celebraret septies confossus, ac pluries scissus ictibus quæ, quassatus, ab eis tandem occisus est, ac capite truncatus, cuius corpus in arbore suspensum, Aquila per tri-duum custodiuit, donec membra scissa, per hospitem Sancti Viri in sportam collecta, iuxta locum martyrij in terra absconsa sunt. Ipso die Sanctæ Pulinnæ Virginis, Sanctimonialis Monasterij Sancti Mauritij.

APRILIS 23.

ADalberti] De eo Mart. Rom. cum Baronio, Beda, Ado, Molanus in addit. ad Usuard. Galesinius hac die. Maurolycus, & Felici hac item die, & sequenti. Petrus in Catalogo lib. 4. cap. 87. quem tamen passim affirmat die 7. cal. Maij, sed arbitror mendum esse in impressione. Tritemius de vir. ill. Ord. S. Bened. lib. 3. cap. 228. & lib. 4. cap. 206. Eius vitam ab eius amico & Monacho fideliter conscriptam, habet Surius Tomo 2. Martyrium eius referunt & Mathias de Michouia in Chronico Polonorum lib. 2. cap. 8. Martinus Cromerus lib. 3. in Boleslao. 1. Rege. Antonius Bonfinius, de rebus Hungaricis lib. 1. decadis 2. Statim in principio. Aeneas Siluius, qui post Pius Papa II. in hist. Boiemica cap. 16. & Ioannes Dubravius Episcopus Olomuzensis in hist. Boiem. lib. 6. circa medium. Fuit autem Adalbertus Slauici, & Stresilauæ, comitum Libera filius, Voytichius, qui interpretatur Exercituum consolator, in Baptismo uocatus; qui a parentibus ad Adalbertum Magdeburgensem Archiepiscopum, ut ab eo erudiretur, missus, in cænobio Magdeburgensi vitam professus Monasticam, ab Episcopo, Adalbertus uocatus est: postea defuncto Dithmaro, primo Pragensi Archiepiscopo & Monacho, eidem successit anno 981. Pulsus deinde, ac Romam profectus, in cænobio S. Alexij, sicut ut Tritemio, & vita ipsius scriptori placet, S. Bonifacij, una cum S. Gaudentio,

dentio, rti & confirmat Leo Ostiensis in Chron. Cas. lib. 2. cap. 17. per septem annos in Monastica obseruantia sub Leone Abbate, permansit, & tandem martyrio coronatus occubuit, anno 997. Vide plura de eodem in notis R. Baronij: & in tertio huius Arboris ramo, ubi de eius predicatio-
ne egimus.

Pulinnæ virg.] De qua Molanus in addit. ad Vsuardum, hac die. Fuit Soror S. Lutrudis uirginis, de qua agitur die 22. Septembris, & Monialis S. Maurij Corbeia.

OCTAVO CAL. MAII.

IN Anglia, depositio Sancti Melliti Episcopi qui a Sancto Gregorio in Angliam missus, Orientales Saxones, & Regem ipsorum ad fidem conuertit. In Hibernia, Sancti Egberti Presbyteri Monachi, & confessoris, admirandæ humilitatis, & continentia uiri. Blesis, Sancti Deodati Abbatis, & Leuitæ. Remis ciuitate, Sanctarum virginum Bonæ, & Dodæ. In territorio Aruernensi, depositio Sancti Roberti, primi Abbatis Casæ Dei, & confessoris. Eodem die in cenobio Vverdensi, Eleuatio Sancti Ludgeri Episcopi, & confessoris. Ipso die, Sanctæ Coronæ virginis Sanctimonialis.

APRILIS 24.

Melliti] De eo Mart. Rom. cum Baronio; Beda, Vsuardus, Ado, Galefmius, Maurolucus, Felici, & alij, hac die. Vitam eius ex Beda lib. 1. cap. 29. hist. Angl. adfert Surius Tomo 2. qui Beda pluribus alijs in locis eiusdem hist. eius meminit; Gregorius item in Epistolis, lib. 9. Epist. 48. 52. 56. & 71. & Ioannes Diaconus in uita S. Gregorij, lib. 1. cap. 31. Tritemius de uir. ill. Ord. S. Ben. lib. 3. cap. 56. & lib. 4. cap. 50. qui reponit eam die 9. calendas Martij, cum Beda. & Polydorus Virg. hist. Angl. lib. 4. quem Miletum appellat. Ex Monacho S. Andreae Romæ factus est primus Londoniensis Episcopus, ac deinde tertius Cantuariensis Archiepiscopus. migravit e uita anno 624. regiminis sui, quinto.

Regem ipsorum] Is fuit Sibertus, tertius Orientalium Saxonum Rex, a Sancto Mellito baptizatus.

Egberti] De quo Mart. Rom. cum Baronio; Molanus in addit. ad Vsuardum, & Galefmius, hac die. Res eius gestas recenset Beda, lib. 3. hist. Angl. cap. 4. & 27. lib. 4. cap. 3. & lib. 5. cap. 10. & 23. Tritemius de uir. ill. Ord. S. Ben. lib. 3. cap. 130. Fuit Monachus & Abbas Monasteriorum S. Columbani, migravit anno 728.

Deodati] Eius meminit Molanus in addit. ad Vsuardum, hac die: sed tempus reticet.

Bonæ & Dodæ] De iisdem & Martyrol. Roman. cum Baronio,

Кк Мо-

Molanus, Galefinius, & Felici, hac item die.

Roberti] *Memoriam eius agunt Molanus in addit. ad Vfsuardum, & Felici, hac die. Maurolycus item, sed eum cum Roberto Abbate Melfensi confundit, correctione igitur indiget. Res eius gestas refert Surus Tomo 2. hac die. Floruit anno Domini 1040,*

Elevatione Ludgeri] *De hac elevatione agit Molanus in indic. SS. Belgij, hac die.*

Coronæ] *De hac item Molanus in addit. ad Vfsuardum, & Galefinius, hac die. Fuisse autem sanctimoniale Ordinis nostri, Martyrologia Benedictinorum a quibus accepisse se fatetur Galefinius, producit: quo vixit tempore non liquet.*

SEPTIMO CAL. MAII.

Roma, Litaniæ Maiores ad Sanctum Petrum, ex institutione S. Gregorij primi, Papæ. Laubijs, Natalis Sancti Ermini, Episcopi & confessoris. Baioci, Sancti Marcolphi Abbat. In Hispanijs, depositio Sanctæ Tarasie Reginae, filiae quondam Veremundi secundi Regis Castellæ, quæ a Fratre, inuita quamuis, Abdalæ Saraceno- rum Toletum Regi nuptum data, miraculosè ab eo intacta relicta, in Monasterio Sancti Pelagii Quieti vitæ reliquum in virginitate traduxit, bonis que operibus plena migravit in cælum. Cluniacensis obitus Beati Hermanni Monachi, & marchionis Zeringensis, qui vxore, & unico filio pro amore Christi relictis, uitam Angelicam in terris ducens, verè Monachus migravit ad Dominum.

APRILIS 25.

Litaniæ maiores] *De his agunt quotquot Martyrologia scripserunt, & alij infiniti hac die; de quibus fusè satis egimus in tractatu de S. Gregorio Papa in primi rami huius Arboris explicatione: quas ideo hic retulimus, quod a summo Pontifice Monacho Ordinis S. Benedicti sint in scriptis.*

Ermini] *sive ut alij legunt Hermini, cuius meminit Molanus in addit. ad Vfsuardum, hac die: item & in indiculo Sanctorum Belgij, ubi citat eius acta Laubijs, sive Lobijs apud Binchium reperiri. Tritemius de vir. ill. Ord. S. Ben. lib. 3. c. 160. & lib. 4. c. 180. a quo utrobique Hermannus uocatur, in littera, in duobus uu, commutatis. Successit S. Ursulo anno 713, in regimine Abbatie & Episcopatus, vt annotat Marquardus lib. 1. Annal Flandriæ.*

Marcolphi] *sive Marculphi. Huius Natalem hac die annotat Tritemius de vir. ill. Ord. S. Ben. lib. 3. cap. 54. fuit autem, vt Tritemius non Abbas Baiocassinus, sed Nantum in agro Constantino, originarius tamen Baiocassinæ. De eo agit & Robertus Cœnalis de re Gallica lib. 1. cap. 10.*

de 4. floruit sub Childeberto Rege. Vincentius in Speculo lib. 22. ca. 11. de eodem agit.

Tarasia] Eius Natalem assignat hac eadem die Ambrosius de Morales in hist. Hisp. lib. 17. cap. 48. qui & capitibus 23. 38. 39. & 48. eiusdem. res eius gestas comprehendit. Agit & de ea Vaseus in Chronico ad annum 983. & alij Hispanici scriptores. Obijt anno Domini 1039. Sepultra Ouieti, cum hoc Epitaphio.

En quam cernis cauea saxa tegit compago sacra.

Hic dilecta Deo recubans Tarasia Deo dicata, proles Beremundi Regis, & Geloyræ Reginae, genere orta clara, parentatu clarior, & merito, Vitam duxit præclaram, ut continet norma, Hanc imitare velis, si bonus esse cupis.

Vel si... obiit sub die 7. Kal. Magij Feria 4. hora mediæ noctis. Era M. LXXVII. Post peracta ætate, sæculi porrecta per ordinem mundi sexta. Da Christe quæso ueniam. Parce præcor. Amen.

Hermanni Monachi] Cuius obitus hac die notatur a Bertholdo in append. ad Contractum, quem anno Domini 1074. obiisse refert.

SIXTO CAL. MAII.

IN monasterio Centula, Sancti Richarii Abbatis, & confessoris, in pauperes singulariter munifici. Apud Legiã, Sancti Floriberti Episcopi eiusdem loci, & confessoris. Camalduli, depositio, Sancti Petri cognomento Teutonici, qui Pij secundi Papæ animam tribus diadematis redimitam, longe ipse positus, per Angelorum manus ad celos deferri uidit. Senis depositio Beatæ Aldobrandesca, Sanctimonialis tertij Ordinis Humiliatorum, admirandæ sanctitatis & patientiæ forminz. Hæc ex nobili Ponziorum genere nata, & Bindoni Bellanti iuueni nobilissimo matrimonio copulata, exemplo Annæ Prophetissæ, in perpetua uirginitate cum uiro suo permansit, quo mortuo, habitum Sanctæ Religionis assumens de manibus R. P. F. Accursij Tolomei, tanta Religione uixit, ut & in uita, & post mortem multis miraculis claruerit.

APRILIS 26.

Richarij] De quo Mart. Rom. cum Baronio, Usuardus, Galestinus, Maurolycus qui Riariũ corruptè legit, Felici, & alij, hac die. Petrus in Catalogo lib. 4. cap. 90. & Vincentius in Speculo lib. 23. c. 96. & 97. res eius gestas breuiter recensent. Tritemius item de uir illu. Ordin. S. Benedicti. lib. 3. cap. 295. Vitam eius ab Alcuino Abbate conscriptam, adfert Surius Tomq. 2. hac die. Vixit temporibus Dagobertis Regis circa

KK 2 annum

Annus Domini 640. fuitque Abbas Centule in agro Pontio.
 Floriberti] De eo Molanus in addit. ad Usuard. hac die. Tabula Leodien-
 diensis Natalem eius die precedenti reponunt, a quibus, & a Demochare
 de Sacrif. Misse Tomo 2. cap. 37. notatur 31. Tungrens, secundus vero
 Legiensis seu, ut nunc dicunt, Leodiensis, Episcopus. Filius erat S. Huber-
 ti præcessoris sui, Abbasq; Stabulani, creatus secundum Democharem
 anno 731. & mortuus 745. Tabula vero Legiensis creationem eius re-
 nunt anno 727. & mortem anno 745.

Petri] Tabula Camaldulenses natalem eius hac die annotant. Vitam
 eius scripsit D. Augustinus Florent. in hist. Camald. parte 1. lib. 2. cap. 71.
 Obijt anno 1473. ætatis suæ anno 98.

Aldobrandeschæ] De qua Silvanus Razzi Florentinus, Monachus
 Camaldulensis, qui eius vitam a R.P.F. Gregorio latine conscriptam, ad-
 fert, in libro de vitis SS. Ethruræ, hac die. Nata est Senis anno 1249.
 die 28. Februarii: obiit vero anno 1310. hac die, & postidie, idest 29.
 Aprilis in Ecclesia S. Thomæ RR. PP. Ordinis Humiliatæ digno hono-
 re sepulta est, sub Altari S. Mariæ. Eleuata autem anno 1489. decem
 mense Nouembri, cum multa miraculorum attestazione.

QVINTO CAL. MAII.

IN cœnobio Heidemhemensi iuxta Eistadium in Germania, de-
 positio Sanctæ Vualburgis uirginis & Abbatissæ, Sororis Sancto-
 rum Vuillebaldi, & Vanebaldi, ex cuius corpore oleum in subie-
 ctum argenteum uas miraculosè defluit, quod multis grauibus mor-
 bis medetur. Nouiomi, translatio Sanctæ Godebertæ uirginis &
 sanctimonialis.

A P R I L I S 27.

Vualburgis] Hac die defunctam asserit Trittemius de vir. ill. Ordo-
 nis S. Benedi. lib. 3. c. 250. attamen solènitatem peragi die primo. Maii
 quando eius facta est translatio, ibi ergo de ea plenius agemus.

Godebertæ] Hanc translationem factam refert Demochares Tomo
 2. cap. 15. de Sacrif. Misse, anno 1167. hac die, per Balduinum Episco-
 pum Nouiomensem, ab Altari S. Georgij, ad Ecclesiam S. Mariæ
 Virginis.

QVARTO CAL. MAII.

Leodij translatio Sancti Lamberti Episcopi, & martyris. Eodem
 die, Duaci, Eleuatio S. Amati Archiepiscopi Senonensis, & con-
 fessoris. Ad hanc eleuationem sacri corporis, quod perdidit, do-
 minus reddidit multis, sanitatem uidelicet ægrotis, lumen & audi-
 tum cæcis & surdis, inde uerò uiri prius cõfracti redierunt nimis
 exul-

exultantes, uestigia pedum admirantes. Spiræ, translatio Sancti Guidonis primi Abbatis Pomposiæ, per Henricum Imperatorem facta, qui in Ecclesia collegiata nomini eius dedicata corpus honoris sic recondidit.

APRILIS 28.

Translatio Lamberti] *Huius translationis meminit Molanus in addit. ad Vsuardum, & in indiculo sanctorum Belgij, hac die.*

Eleuatio Amati] *De hac eleuatione idem Molan. locis citatis hac die.*

Translatio Guidonis] *Translationem præsentem reponit hac die Tritemius de uir. ill. Ord. S. Bene. lib. 3. cap. 317. De eo plenius egimus ultimo Martij.*

TERTIO CAL. MAII.

In cænobio Cluniacensi, depositio Sancti Hugonis Abbatis, qui in natione Eduësis, generosis partibus illustris, sed prærogatiua uitæ, pariter & uirtutum titulis illustrior fuit: Leprosus, & paraliticum sanauit, & puerum defunctum, uitæ restituit. In Monasterio Molifmensi, Sancti Roberti, primi Cistercii Abbatis, qui Cisterciensis Ordinis, diuina largiente gratia auctor, in Religiosa uita floruit, celesti uirtute, & miraculorum magnitudine. Dononii, iuxta Valencianas festiuitas Sanctæ Auæ Virginis, secundæ eius loci Abbatis. In cænobio Fontaneti in Gallia, Sancti Mariani Monachi depositio, qui fuit discipulus Sancti Mamertini Abbatis Antifiodorensis.

APRILIS 29.

Hugonis] *De hoc Mart. Rom. cum Baronio: Molanus in addit. ad Vsuardum, Galefinius, Maurolycus, Felici, Calëdarium, & Chronicon Cluniacense, & alij, hac die. Vitam eius habet Surius Tomo 2. ab Hugone Monacho descriptam. Res item eius gestas posteris reliquit Dominus Hilbertus Cænomanensis Episcopus, Hugonis discipulus, & Monachus Cluniacensis. Scripserunt eandem referente Molano, Gilo, & Reinaldus Abbas. Tritemius de uir. ill. Ord. S. Ben. lib. 3. cap. 328. agit de eodem: & Petrus in Catalogo lib. 6. cap. 58. qui corrigendus est attamen, dicit enim obuisse tertio nonas Iulij, sed forsitan mendosus est liber. Vincentius in speculo lib. 26. capitibus 3. 4. 5. 6. 7. 8. & 9. Chronicon Cluniacense MS. quod apud me est præclara eius facta insigniter & fuse prosecquitur. Discipulos habuit egregios, inter quos fuere Gregorius VII. & Urbanus II. Pontifices Romani, & multi præterea alij Episcopi & Sanctæ Ecclesiæ Prælati. Ecclesiam Cluniacensem diuina admonitus reuelatione, totam etiam Orbi admirandam spatio uiginti quinque annorum opere mirifico*

KK 3 comple-

compleuit, in modum uidelicet Crucis ✠ Patriarchalis; de qua ædificatione sequentes reperiuntur uersus.

Petrus cum Paulo, prothomartyr Stephanus, ægro

Astant Gonzoni, dicentes huic morienti.

Gonzo, surge cito, sta sanus, nuncius ito,

Abbati nostrum mandatum ferre memento.

Dic faciat templum, quo tantus grex Monachorum,

Gaudeat assiduo modulamine psallere Christo.

Gonz beatorum retinens mandata priorum,

Ex his nil celat, Hugoni cuncta reuelat.

Verbis Gonzonis, deuotio credit Hugonis.

Hoc igitur fundo, toti mirabile mundo

Aedificat templum, largum, sublime, uenustum.

Iste Pater Sanctus, quo non est sanctior ullus.

Fundat opus uirtute Dei, non arte uirili.

Fama loci tanti, quæ mox diffusa per orbem

Ad se cunctorum, trahit affectus populorum.

Fuit autem Abbas eius loci sextus, creatus anno 1049. obiitque anno 1109. regiminis sui 60. De Abbatibus Cluniacensibus, a primo usque ad hunc Hugonem facti referuntur hi uersus.

Ordine Berno prius, stat honore beatorum Odo.

Post fuit Aymardus, Maiolus forma uirorum.

Igneus ardentem uix cohibens animum,

Surgit ab his Sanctus, sacer Odilo missus ab oris.

Mitior ingenio, quam ferus imperio.

Proximus Hugo uenis, discretis usus habenis,

Ordine posterior, utilitate prior.

Robertus] De eodem Mart. Rom. cum Baronio, & alii omnes supra citati, hac die. Vitam eius retulit Surius Tomo 2. de Sanctis, quam describit curauerat Odo Abbas Molisimensis. De eo agunt & Petrus in Catalogo lib. 4. cap. 102. & Vincentius in Speculo lib. 2. cap. 94. & 95. Volaterranus lib. 20. & alii innumeri. De eodem reginus supra in fundatoribus ordinum. Obiit ætatis anno 83.

Aux] De eadem Molanus in addit. ad Vsuarium, & in indic. Sancti Belgii, hac die. Fuit filia S. Aldeberti Comitis Austronandie, & S. Regine neptis Pipini Regis: sororque Sanctæ Ragenfredis primæ Abbatisse De nonii, cui in regimine successit.

Marianus] De eodem Petrus in Catalogo lib. 4. cap. 103. hac item die.

PRIDIE CAL. MAII.

Londonij in Anglia, Sancti Erconuualdi Episcopi & confessoris, qui in ætate iam degens uita, totis uiribus theoricā diligēs, subditis sibi plebibus callem ueritatis uerbis atque exemplis monstrauit, multis que ornatus uirtutibus, migravit ad Christum. Tolosæ, Sancti Eremberti Episcopi, miraculis clari. In Hispania Sancti Petri Monachi & martyris, qui Amatori presbytero & Ludouico, prædicationis Euangelicæ fœdere iunctus, ob eam causam comprehensus, in fidei confessione constantissimus, ab Arabibus simul cum eis necatus est. Veronæ, Sancti Gualfardi Eremitæ, admirandæ sanctitatis. In Germania, Monasterio Sancti Martini, depositio Sancti Liuthfridi Abbatis, qui ferè triginta annis mundo crucifixus, & soli Deo uiuens, in senectute bona, quieuit in pace.

APRILIS 30.

Erconuualdi] *De eo Mart. Rom. cum Baronio, Molanus in addit. ad Vuardum, & Galefinius, hac die. Res eius gestas prosequutus est Gorzelinus Morimensis. De eodem agit Beda hist. Angl. lib. 4. c. 6. Trittemius de uir. ill. Ord. S. Ben. lib. 3. cap. 119. & lib. 4. cap. 163. Ex Abbate factus est Episcopus Londoniensis tertius, circa annum Domini 675. Eius soror fuit S. Edilburga Abbatissa Berchingersis. Eius & meminit Polydorus hist. Angl. lib. 4. in principio, & lib. 24. non longe a fine, sed Erbenualdum eum appellat. Obijt, ut uidetur, anno Domini 690.*

Eremberti Episcopi] *Huius Natalem annotat, hac die, Trittemius de uir. ill. Ord. S. Ben. lib. 3. cap. 277. de quo agit & lib. 4. cap. 229. Ex Monacho & Abbate Fontanelle, factus est Episcopus Tolosanus.*

Petri Monachi] *De eodem Mart. Rom. cum Baronio, & Galefinius, hac die. Alphons. in flore SS. Hisp. eius uitam adfert. Martyrij eius gesta describit S. Eulogius in mem. SS. lib. 3. c. 13. item & Ambrosius de Morales hist. Hisp. lib. 14. c. 23. quem die præcedenti reponit. Coronam martyrij accepit æra 893. a Christo autem an. 855. sepultus in cœnobio de Melaria.*

Gualfardi Eremitæ] *Tabulæ Veronenses de eodem agunt, hac die; Camaldulenses uerò pridie calendas Aprilis. Res eius gestas describit Rennerdis. & Illustris. D. Augustinus Valerius Veronensis Episcopus & S. R. E. Cardinalis quas reperire licet in libello de antiquis monumentis SS. Veronæ. Agit & de eodem Augustinus Florent. in hist. Camald. lib. 3. cap. 16. partis primæ: a quo Gualprandius uocatur. Migravit ex hac uita anno Domini 1127. & in Ecclesia S. Saluatoris sepultus est.*

Liuthfridi Abbatis.] *Hac die obiisse refert Bertoldus Constantiensis in appendice ad Hermannum Contractum, anno Domini 1096.*

Kk 4 MA-

Aldemburgi in Flandria, in Monasterio S. Petri, Eleuatio facta
nissimi Corporis Patris nostri Arnulphi Episcopi Sueffionen-
sis & confessoris. In pago Laudunensi, Sancti Marculphi confesso-
ris. Eodem die, translatio Sanctæ Vualburgis virginis, & Abbatissæ
Hisdeshemensis, quæ cum quinto calendas Maii, beata ex hoc cor-
pore migrasset, hac die ad Ciuitatem Aichstadensem solenni pom-
pa translata, ibidem summo honore colitur. Remis, depositio San-
cti Theodulphi presbyteri & confessoris. Ipso die, Sancti Vitani
Abbatis & confessoris, Fratris Sanctorum Furfei, & Foillani; qui
post excessum Fratris sui Furfei, cum Foillano sancta adeptus est
Sanctæ Gertrudis Abbatissæ contubernia, cuius multa in Ecclesia
sanctitatis clarent monumenta: quorum sancta virgo agnita sancti-
tate, per manus eorum obtulit Deo partem hereditatis suæ, scilicet
uillam, quæ vulgo Fossis dicitur, quâ ipsis tradidit in seruorum Dei
alimoniam, vt in eo loco construerent Monasterium ad perpetua-
le peregrinorum hospitium. In Blandinio Monasterio, translatio
corporis sanctissimæ Amalbergæ uirginis, & sanctimonialis. Item
Consecratio Basilicæ primæ eiusdem Monasterii a Sancto Amando
Pontifice facta. Eodem die Balnis translatio Sanctæ Ioannæ, Ordi-
nis Camaldulensis. In Hungaria, Sanctorum Eremitarum & Mona-
chorum Zoerardi confessoris, & Benedicti martyris a latronibus oc-
cisorû. Furnis in Flandria, translatio reliquiarum, sanctorû Vuilibaldi
Episcopi, & Vuiniboldi Abbatis, Fratrum, & Vualburgis Abbatissæ
sororis eorum, anno millesimo centesimonono. In Scotia, Sancti
Asaphi Episcopi, de cuius nomine nunc uocatur Episcopatus San-
cti Asaph. In minori Britannia, sanctissimi Brioci, Episcopi, & con-
fessoris. In Sancto Benedicto de Padolyrone, hac die anno millese-
mo quingentesimo octuagesimonono, facta fuit Processio solennis
tempore comitorum Generalium, ducentorum ferè Monachorum,
pro receptione reliquiarum Sancti Placidi Prothomartyris Ordi-
nis monastici, & nonnullorum sociorum eius.

M A I I. I.

Eleuatio Arnulphi] *Calendarium Monasterij nostri, & Molanus
in indiculo Sanctorum Belgij, huius Eleuationem hac die annotant: Sicut
& Meyerus in Annal. Fland. lib. 4. ad annum 1121. quo facta referunt
per Dominos Lambertum Nouionensem, & Listardum Sueffionensem,
Episcopos, præhabita tamen auctoritate, tam Concilij Beluacensis, quàm
mira-*

miracula examinaverat, quam Reuerendi Domini Cononis Apostolicae sedis Legati. Huius elevationis historia, cum miraculis in ea perpetratis apud nos extat fidelissimè MS.

Marculphi] De hoc Molanus in addit. ad Vsuardum hac die; cuius vitam extare commemorat eruditè MS. Arbitror uerò eundem esse cum illo de quo die 25. Aprilis egimus.

Translatio Vualburgis] Quamuis omnes qui Martyrologia scripsere huius memoriam hac die recolant, quasi eius sit Natalis, translationem tamen esse ex Trittemio de vir. ill. Ord. S. Ben. lib. 3. cap. 250. didicimus. Eius vitam referente Molano scripsit S. Vuilbaldus eius Frater ac primus Episcopus Aichstadenfis. Surius Tomo 3. eam refert hac die. De eadem agit Petrus Cratepolius de Episcopis Germaniae, & Molanus in indice SS. Belgij. Floruit anno Domini 760. filia fuit S. Richardi Regis Sueviae, unde hi uersus.

Filia Regis erat, sed egenam se faciebat,

Diues ut in Christo, regnaret semper in ipso.

Theodulphi] Eius meminere Molanus in addit. ad Vsuardum, & Galefinius, hac die; alij uerò die sequenti de eodem agere uidentur.

Vlani] De eodem ydem Molanus, & Galefinius, hac item die: de quo & plura Molanus in indic. S. Belgij. Trittemius sub Altani nomine de eo agit de vir. ill. Ord. S. Ben. lib. 3. cap. 87. filius erat Regis Hiberniae Philani. Beda item Eccles. hist. Angl. lib. 3. cap. 19. eius meminit, & Sigebertus in Chronico. Floruit anno Domini 650. Vincentius in Spec. lib. 22. cap. 10. Ulanum appellat.

Translatio, Amalbergæ, & Dedicatio Basilicæ] Huius translationis & dedicationis meminit Molanus in additionibus ad Vsuardum hac die.

Translatio S. Ioannæ] Hanc hac die factam refert Domnus Augustinus Florentinus in parte secunda hist. Camald. lib. 3. cap. 22. per Iacobum Castellanum, & Guglielmum Aretinum, Episcopos, anno 1287. in cuius sacello, hoc Elogium legitur.

Diue Ioannæ ob patriam a peste uendicatam, Oppidani Vrnæ hanc erexerunt, & huc translata iacet. In corona uerò Sacelli legitur.

Pro gratitudine beneficij, Beatæ Ioannæ dicata.

Zoerardi, & Benedicti] De ijs & Molanus in addit. ad Vsuardum & Felici, hac die. Res eorum gestas descripsit S. Maurus Episcopus Quincecestrensis & Monachus, quas refert Surius Tomo 3. de Sanctis. Fecerunt hi Monachi cenobij Zobor S. Hyppoliti, in territorio Nutiensi, sub Abbate.

Abbate Philippo, dictusque est Zoerardus, alio nomine Andreas: floruerunt anno 990.

Translatio Vuilibaldi] Hanc factam fuisse hac die, anno 1109, referunt tum Molanus in addit. ad Vsuardum, & in indiculo SS. Belgii, tum etiam Meyerus Annal. Fland. lib. 4.

Asaphi Episcopi] De quo Molanus in addit. ad Vsuardum, hac die. Fuit primum discipulus S. Kentigerni primi Glasgoensis Episcopi, & post Abbatis illius loci, qui ex nomine S. Asaphi, Episcopatus Sancti Asaphi nominatus est, qui habet paræcias plus minus 128. sibi subiectas: deinde eidem in regimine Abbatiæ succedens, primus illius loci Episcopus consecratus est circa annum Domini 530. De eodem agit Chorog. Britannie, fol. 548.

Brioci] De eo Molanus hac die in addit. ad Vsuardum. Eius vitam recensent, Robertus Cœnalis de re Gallica lib. 2. perioche 6. & Frater Ioannes Rioche Ordinis minorum in Compendio Historiarum Ecclesiasticarum lib. 2. cap. 79. Fuit autem natione Brito, Monachusque S. Germani Parisiensis, sub cura S. Germani eiusdem Monasterii Abbatis & Episcopi Parisiensis; Vixit circa annum Domini 560. ab eiusque nomine sedes Episcopalis Sanbriocana dicitur, quæ prius SanVincentiana appellabatur.

Processio solennis] Hæc, cui me interfuisse pro magno munere reportato, facta est cum maxima cum Monachorum, tum populi, qui tunc aderat, deuotione, sic iubente R.P.D. Seraphino Fontana Mediolanensi, Comitiorum illius temporis Præside, aliisque RR. PP. Definitoribus. Reposita uerò sunt predictæ Sancti Placidi & sociorum Reliquiæ primum in quadam capsula eburnea in qua erant & aliorum Sanctorum Reliquiæ, data ab Ill. & Reuer. Raimundo S.R.E. Card. ut ex sequenti eius donatione uideri potest.

Anno Domini 1500. die 27. Octobris Reu. in Christo Pater, Dominus Raimundus Bingenensis, miseratione diuina S.R.E.T.S. Marie Nouæ Presbyter Cardin. Apostolicæ sedis de latere legatus, cum ad Germaniam pergeret, huic Monasterio S. Benedicti de Padolynone diæcesis Mantuæ applicuit, & propriæ deuotionis affectu Reliquias, quas Apostolica auctoritate secum detulerat. R. Patri Abbati qui tunc aderat condonauit; & ut has (ut decet) haberent Monachum uoluit, ut Apostolicam benedictionem extenderet super eos, qui uerè uenerarentur eas. Concessit quæ ijs qui dictam Ecclesiam in singulis dictorum Sanctorum (quorum Reliquiis eandem Ecclesiam ipse decorauit) festiuitatibus, & diebus, a primis uesperis usque

usque ad secundas uesperas inclusiuè uisitauerint, & ante Reliquias præfatas in memoriam Passionis eorumdem Sanctorum, ter Oratio nem Dominicam, & totiens salutationem Angelicam deuote dixerint, pro singulis diebus prædictis, quibus id fecerint, Centum dies de iniunctis eis pœnitentijs misericorditer in Domino relaxauit, perpetuis futuris temporibus duraturis.

Pal. Sibolt. Scriba.

Reliquie autem quas Reue. suprascriptus Cardinalis, huic Monasterio applicauit sunt hæc, uidelicet, SS. Sebastiani, Mauritiij, Innocentiij, legionis Thebeorum, Hilarij Episcopi Pictauiensis, & S. Christianæ Virginis, ex undecim millium Virginibus.

SEXTO NONAS MAII.

IN Alemannia in Monasterio Sancti Galli, Natale Sanctæ Vuilberadæ uirginis Sãctimonialis, & martyris, quæ irruentibus Hungaris in Alemanniam, a quodam eorum perempta martyriocoronatur. Luxouij, Sancti Vualberti Abbatis Luxouienfis, discipuli Sancti Columbani, & postea Meldensis Episcopi. Treuiris, Sancti Theodolphi Presbyteri & Monachi, Monasterio Sithiu, gloriofa eleuatio corporis, prætiosissimi confessoris Christi Bertini Abbatis, anno millesimo quinquagesimo secundo. Merbecæ, eleuatio Sanctæ Berlendis, Cellæ, ac Nonæ uirginum Sanctimonialium. Crispini, festiuitas Sancti Aiberti Monachi.

MAII 2.

Vuilberadæ] De hac Molanus in addit. ad Vsuardū hac die; cuius memoria agitur in initio uitæ S. Vdalrici Episcopi apud Surium 4. lre lli. Deo ea item agit & Trittemius de uir. ill. Ord. S. Ben. lib. 3. cap. 224. a quo uocatur Vuiberadis. Hermannus autem Contractus in Chronico Uuitoradam appellat, aitque martyrio coronatam anno Domini 925.

Vualberti] De eo Molanus loco citato & Galefinius, hac die. Agitur de eo Trittemius de uir. ill. Ord. S. Bened. lib. 3. cap. 72. & lib. 4. cap. 137. quem tamen reponit sexto calendas Maii. Vincentius in Speculo lib. 23. cap. 15. 16. & 17. eius gesta recenset. Fuit tertius Abbas Luxouienfis, & Meldensis Episcopus 19. Demochares de Sacrific. Missæ Tomo 2. cap. 19. eum quidem nominat, sed numerum Episcopis præfixum, quo quotus quisque fuerit declaratur, non assignat, ponitur tamen inter 19. & 20. Episcopos. Pater eius Haguericus Comes, Fratres SS. Pharo & Chagnoaldus Episcopi, & S. Phara Abbatis; uixit tēpore Theodeberti Regis, & mortuus est anno Domini. 620. De eo item Meyerus Annal. Fland. lib. 1. ad annum 668.

Theo

Theodolphi] *Huius meminit idem Molanus, loco citato hac die. Fuit autem ut refert Petrus Cratepolius de Episcopis Germaniæ, Caroli Magni Nepos, & Monachus, cuius tamen Monasterij non explicat, arbitror tamen Treuirenses fuisse Monachum.*

Eleuatio Bertini] *De hac item agit Molanus ibidem, & in indiculo SS. Belgij, hac die. Meyerus item in Annal. Fland. lib. 3. ad annum 1052 quam factam refert a Bouone Abbate.*

Eleuatio Berlendis &c.] *De eadem idem Molanus locis citatis hac die: facta verò est per S. Autbertum Episcopum Cameracensem, anno ab eius morte trigesimo.*

Aiberti] *Obijt quidem sanctus iste die septima Aprilis, attamen festiuitas eius solennius agitur a Monachis Crispiniensibus, hac die, ut auctor est Molanus in indiculo Sanctorum Belgij. Res eius gestas uide septimo Aprilis.*

QUINTO NONAS MAII.

A Pud Pontiferam, Sancti Vualteri Abbatis. Traiecti, Sancti Auffridi Episcopi & confessoris, qui relicto Episcopatu, Monachus effectus est in Monte Sanctæ Mariæ, quod proprijs sumptibus non procul ab Amerfordia opido, sub Regula Sancti Benedicti, construxerat.

M A I I 3.

Vualteri Abbatis.] *Sine Gualteri, de quo Molanus in addit. ad Oswardum, hac die. De eodem agit Io. Lesleus de reb. Scot. lib. 6. in Davide Rege: cuius hic Gualterus filius fuit, qui opimo Canonatu, & Episcopatu S. Andreae repudiatis, Monasterio se inclusit, & uix tandem induci potuit, ut Abbas fieret Melrosensis circa annum, 1180.*

Auffridi,] *sine Ansfridi, cuius Natalem notat hac die Tritemius de vir. ill. Ord. S. Ben. lib. 3. cap. 289. De eo item agunt, Hadrianus Barladus, & Gerardus Nouiomagus in Catalogis Episcoporum Traiectinorum, a quibus notatur 18. illius sedis Episcopus: Vixit sub Othone 3. Imp. obiit anno regiminis 14.*

QUARTO NONAS MAII.

Hildeshemij, Sancti Gothardi Episcopi, admiranda sanctitatis. Hic dum quadam die solito serius differret Sacrum ad Altare ministerium, iamque prandendi hora aduenisset, admonitus a quodam quod hora appropinquaret edendi, respondit, è uestigio nuncium expecto qui mortem mihi nunciet unius ex charissimis, cui missarum debeo suffragia: adfuit non inde diu qui Menuigeri Paderburnensem Episcopum nunciauit excessisse rebus humanis.

pro

pro quo Sanctus humillimè, ac deuotissimè sacrificium obtulit.

M A I I 4.

Godehardi] *Seu Godhardi, vel Gotthardi, & Godehardi sic enim in diuersis reperio, de quo Galestinus, & Molanus in Addit. ad Vsuarium, hac die. Trittemius verò de vir. ill. Ord. S. Bened. lib. 3. cap. 236. & libr. 4. cap. 217. & Maurolycus die sequenti. Agit de eodem Albertus Crantzius in Metropoli Saxonie, libr. 4. cap. 7. & 19. à quo numeratur 14. eius sedis Episcopus. Fuit prius Abbas Altabensis. Creatus Episcopus anno Domini 1042. migravit anno 1058. regiminis sui 16. Licet aliter habeat Demochares de Sacrific. Missæ, Tomo 2. cap. 35. Petrus item in Catalogo, libro 4. cap. 109. eius meminit die sequenti. & Petrus Cratopolus de Episcopis Germanie. Canonizatus est in Concilio Remensi, per Eugenium III.*

TERTIO NONAS MAII.

Dvaci in Belgia, depositio Sancti Maurontii Abbatis, cuius suffragiis, si ad sepulchrum eius fuerint delati varijs languoribus aegroti, verè recipiunt præmia sanitatis. Huic sacer præsul Amatus, eo tempore quo Theodoricus Rex tyrannidem exercebat, post excessum B. Vlani Abbatis, traditus fuit in custodiam. Eodem die Canonizatio Sancti Petri de Morone, quondam Cælestini Papæ V. per Clementem V. Viennæ Gallie, anno 1313.

M A I I 5.

Maurontii] *De quo Molanus in Additio. ad Vsuarium, & in Indiculo SS. Belgij, Galestinus, & Felici, hac die. Fuit is filius S. Rictrudis, & post sponsa nobilissima relicta, Abbas Broylis, ad Legiam, obiit anno 701. Marcianis. Iacet Duaci in Ecclesia collegiata Sancti Amati, ubi res eius gestæ conseruantur MS.*

Canonizatio] *Tabule Cælestinorum, & Felici, hac die. huius memorie, cuius Canonizationis, bulla extat.*

PRIDIE NONAS MAII.

Gerundæ in Hispania, depositio Sancti Ioannis Gothi, eiusdem ciuitatis Episcopi, admirabilis sanctitatis, & summæ doctrine viri, qui pro zelo Catholicæ fidei, multas ab Arianis iniurias passus est. Romæ, Sanctæ Benedictæ virginis. Damasci natalis B. Ioannis Damasceni, sanctitate, & doctrina celebris, qui pro cultu sanctarum imaginum verbo, & scriptis aduersus Leonem Isauricum strenuè decertauit: cuius iussu cum ei dextera manus amputata fuisset, imago B. Mariæ virginis, quam defenderat, seipsum commendans, protinus dexteram integram, sanamque recepit. Casini, Sancti Petronacis

tronacis Abbatis, qui Casinum Monasterium post eius primam euer-
sionem magnifice restauravit, & obseruantiam Monasticam pro-
pagauit.

M A I I 6.

Ioannis Gothi] Cum Calendarium meum Germanicum, de quodam
Ioanne Episcopo, hac die agat, & cuius sedis sit ille Episcopus no ex-
plicet, ex coniectura quadam, presentem diem huic Ioanni Episcopo Ge-
rundenfi dedicauimus; de quo agunt Vaseus in chronico; Ambrosius de
Morales in Hist. Hisp. lib. 12. cap. 18. & 21. & Trittemius de uir. ill.
Ordin. S. Bened. lib. 2. cap. 15. lib. 3. cap. 83. & lib. 4. c. 159. Fuit Ab-
bas Biclarenfis, siue Vallis Clara, & post Gerundensis Episcopus, migra-
uit, ut ex Morale colligitur anno 635. Succedente sibi Sancto Nonni-
to Monacho.

Benedictæ] De hac Mart. Rom. cum Baronio, hac die. de qua item
Gregorius, dialog. lib. 4. cap. 13. ubi agit de S. Galla sanctimoniali. De eadē
agit Antonius Gallonius Romanus, Congreg. Oratorij Presbyter, in libro
de Vitis Sanctarum Virginum Romanarum.

Ioannis Damasceni] De eodem mart. Rom. cum Baronio, Mauroby-
cus, & Felici, hac die. Vitam eius ab Ioanne Patriarcha Hierosolymita-
no conscriptam, adfert Surius, Tomo 3. quam item reperies apud Lipo-
manum, Tomo 5. & Iacobum Billium in apparatu operum Damasceni;
qui optime & disertè fabulam de duobus Damascenis refutat, de qua ni-
nulla etiam habes apud Baronium in notis huius diei. Agunt de eodem Pe-
trus in catalogo, libro 4. cap. 135. & Vincentius in Speculo, lib. 17. c. 103.
104. & 105. Trittemius de script. Eccles. & de uir. illust. Ord. S. Benedi-
cti. lib. 2. cap. 23. Fuit Monachus cœnobij S. Sabæ iuxta Hierusalem, sub ca-
ra S. Cosmæ Abbatis, quod cœnobium, sub Regula S. P. Benedicti, tunc
temporis erat. Vixit anno 720. Greci, & aliquot Martyrologia huic re-
ponunt, tertio calendas Decembris. Molanus item de eodem agit pridie
nonas Decembris.

Petronacis] Huius natalem, hac die notat Leo Ostiensis in Chron. Ca-
sini. lib. 1. cap. 8. & cap. 4. 5. 6. & 7. uitam eius, & cœnobij reedificatio-
nem fuse describit. Pauca de eo refert Carolus Sigonius de Regno Italiae,
lib. 3. ad annos 719. & 748. & Ferrus Diaconus de Sanctis Montis Ca-
sini, capit. 21.

NONIS MAII.

Beuerlaci, depositio Sancti Ioannis Episcopi Eboracensis & ceo-
fessoris, vita & miraculis clari.

M A I I

M A I I 7.

[Ioannis] De eo Molanus in *Addit. ad Usuardum*, Galefinius, & Felici, hac die. *Vitam eius scripsit Beda in Hist. Angl. lib. 5. c. 2. 3. 4. 5. & 6. quam adfert Surius, Tom. 3. Folchardus item Dorobernensis Monachus, & Alphredus Beuerlacensis sacerdos, res eius gestas ante & post mortem litteris prodiderunt. Trittemius item de vir. ill. Ord. S. Ben. libr. 3. cap. 129. & libr. 4. cap. 68. & 170. Demochares de Sacrific. Missæ, To. 3. cap. 39. à quo notatur quartus Hagulstadenſis Episcopus. Polydorus Virg. Hist. Angl. lib. 4. ab eoq; Archiepiscopus Eboracensis quintus describitur. Fuit autem prius Monachus, & Abbas Monasterij Hildæ, alias Strenshalcensis, demum tædio huius vitæ ad Monasterium rediens, in cænobio Sancti Petri in Silua Deirorum obiit, anno Domini 721. Episcopatus sui 33.*

OCTAVO IDVS MAII.

IN Scotia, Sancti Vvironis Episcopi, & confessoris, ad cuius pedes Pipinus insignis Dux discalceatus peccatorum cõfessionem facere consueverat, cuius reliquiæ habentur in Ecclesia Traiectensi. In territorio Bisuntino, Monasterio Bonæuallis, depositio Sãcti Petri p̄tus Abbatis Stamedienſis Ordinis Cisterciensis, & deinde Episcopi Tarantasiensis, cuius uita morum integritate, & spectata sanctimonia insignis fuit. In Monasterio Sancti Ioannis Euangelistæ Parmæ, translatio Sancti Ioannis, primi eiusdem cænobij Abbatis, & aliorum nonnullorum Sanctõrum non Monachorum. Niuellæ, Commemoratio Sanctæ Ydubergæ viduæ, & sanctimonialis, matris Sanctæ Gertrudis Abbatissæ Niuellensis.

M A I I 8.

Vvironis] De quo Mart. Rom. cum Baronio, Molanus in *Additio. ad Usuardũ*, & in *Indiculo SS. Belgii*; Galefinius, & Felici, hac die. *Eius vitam ex MS. refert Surius, Tomo 3. De eodem Trittemius de vir. illust. Ord. S. Bened. lib. 3. cap. 263. Fuit ex Monacho cuiusdam cænobij in Anglia, Episcopus Scotiæ circa annum Domini 700. deinde relicto Episcopatu Abbas factus Sanctæ Mariæ in Monte Petri, qui nunc S. Odilia vocatur, non longè à Ruremunda, in quo postmodum sanctitate plenus quiescit.*

Sancti Petri] De eodem idem omnes supracitati, hac die. *Eius vitam quam Gaufridus Abbas Altæ tubæ iussu Lucii Papæ III. & Abbatum Cisterciensium descripsit, habet Surius, Tomo 3. Fuit Monachus an. 10. Abbas an. 10. & Episcopus 33. migravit à sæculo ann. Domini 1171. Agit de eodẽ Vinc. in Spec. li. 27. c. 124. & 125. & Petrus in Catal. lib. 11. c. 119.*

Tranf-

Translatio S. Ioannis] De eadem Tabula cœnobij Parmensis, hac die. Huius autem translationis historiam composuit Dominus Andreas Leucci Sacræ Theologiæ Doctor Messanenſis Siculus, ac huius Congregationis Monachus, Decanus, & tunc temporis in eodem Monasterio Lector. Elegiam pulcherrimam de eadem decantavit Dominus Constantius Pasolinus, Monachus similiter huius Congregationis, quæ typis excusa est Romæ cum tertio Tomo Poematum Domni Prosperi Martinengij. Facta est autem hæc translatio anno Domini 1588. in Comitibus nostris Generalibus, Donno Paulo Orio Veneto Præsidente.

Ydubergæ viduæ] De qua Molanus in Addit. ad Vsuardum, hac die. Ab alijs tamen Itta vocatur, ut à Trittemio, qui de eadem agit de vir. ill. Ordin. S. Bened. lib. 3. cap. 110. & Francisco de Rosieres, Tomo 4. Stemmatum Lotharingiæ, fol. 257. & alijs Genealogistis. Filia fuit Godini, Comitis Aquitaniæ, vxorq; Pipini Laudensis, Ducis Hasbaniæ, & Brabantiæ, & mater S. Gertrudis, sub cuius regimine in Monasterio Nivellenſi à se fundato cœnobiticam vitam duxit, circa annum Domini 650. Eius quoque meminit idem Molanus in Indiculo SS. Belgij, in Amardo Episcopo.

SEPTIMO IDVS MAII.

LAtiniaci Monasterio, depositio Sancti Momboli Abbatis, sanctitate clari. Toleti in Hispania, Sancti Iusti Episcopi, & confessoris, doctrinæ summæ uiri. Eodem die in Germania, Sancti Adelgarij Archiepiscopi Bremensis tertij, qui Sancto Remberto in Episcopatu successit.

MAII 9.

Momboli Abbatis] Relatione Domni Claudij Peronensis, Monachi Eluonensis, huius natalem hac die celebrari didici: quem tamen reponit Molanus in Additio. ad Vsuardum, die 18. Nouembris, ad quam Lectorem remittimus.

Iusti Episcopi] Hac die ex coniectura à nobis repositus est: dicit enim Morales qui eius uitam describit in Hist. Hisp. lib. 12. cap. 21. Migrasset eum non longè post mensem Aprilem, ex Monacho Agaliensi factus est Episcopus Toletanus statim post S. Helladium magistrum suum an. 635. Obijtq; si Vaseo credimus, anno 646. Agunt de eodem S. Ildephonso de uir. ill. cap. 8. & idem Vaseus, qui sinistrè satis de eo loquitur, sed S. Ildephonso, & Morali, hac in parte, plus tribuimus. Scripsit Epistolam vnã ad Richilanem Abbatem Agabiensem, in qua aſtruit susceptam gregem non deterendum.

Adelgarij Episcopi] Hac die reponitur ab Alberto Abbate Stadensij in.

in Chronico, & Alberto Crantzio Metrop. libr. 2. cap. 24. Agemussou
de eodem idibus Maij, qua die annotatur à Trittemio.

SEXTO IDVS MAII.

Gemmulae Monasterio, depositio B. Beatrixe Athestinæ, filiae
Aethij Marchionis, humilitate, & paupertate celebris. Cum.n.
aliquando nummus argenteus super Altare repertus fuisset, & nul-
lus alius in toto Monasterio foret reliquus, præcepit eum egenis da-
ri, ne quæso, dicens, nummus iste splendidum nomen perfectissi-
mæ paupertatis obnubilet, quâ Deo promissimus, & is auaritiæ prin-
cipium, & malum propagandæ cupiditatis semen apporet nobis.
Post eius mortem per longum temporis spatium obseruatum est, qd
quoties aliquid noui Estensi familiæ, ex qua orta fuerat, immineret,
toties multis ante diebus in Sacello eius exaudiebatur strepitus præ-
grandis, & corpus eius, quod de more supinum in sepulchro iace-
bat, in alterum reuolutum latus reperiebatur.

MAII IO.

Beatrixe] De ea Molanus in Addit. ad Vsuardum, hac die. Eius ui-
uam referere Scardeonio. Hist. Patav. lib. 2. classe 6. composuit Albertus
Prior Vineaum; quam compendiosè habet idem Scardeonius ibidem.
Fuit primo Monialis Salariola, deinde Gemmulæ; non longè ab Athesto,
ubi obiit anno ætatis suæ 20. Professionis 5. sepulta in æde S. Ioannis Ba-
pista, cum hoc Epitaphio.

Hoc iacet in tumulo pia nomine virgo Beatrix.

Quæ fuit ex animo diuinæ legis amatrix.

Marchio quam genuit Estensis, & Azo vocatur.

Coniuge patre fata Sabaudia cui comitatur.

Ista quidem gemma, quæ nunc super astra relucet.

Cænobium fecit, per quod mons Gemmula lucet.

Cum foret alta, potens, proba, nobilis, & generosa,

Clara, disertâ, placens, præ cunctis & speciosa,

Castâ, modesta tamen, sapiens, & mente pudica,

Se faciens humilem, cæli fit regis amica.

Quæ quanto fuerit in mundo celsior isto,

Tanto mente magis fuit hæc obnoxia Christo.

Gemmula mons gaude, qui tanta fungere laude.

Istius & mores, studeant æquare sorores:

Vt post matronam mereantur habere coronam.

Hoc quod fundamen posuit, faciat Deus. Amen.

Anno Domini 1226. Sexto Idus Maij.

L1

Pa-

Pater eius Azo, vel Aelius, huius nominis octauus, mater Leonora Sabauda.

QVINTO IDVS MAII.

A Pud Siluiniacum, depositio Sancti Maioli Abbatis Cluniacensis, cuius uita sanctis meritis fuit præclara. Qui fastibus Archidiaconi sublimatus, tractu diuino repente mutatus, Monachorum pater, & multorum cœnobiorum fundator, in pace quieuit. In Bladino, dedicatio Paradyfi in honorem B. Andreae Apostoli. Martianis, vigilia sanctæ Rictrudis Abbatissæ. In Anglia, passio Sancti Fremundi Regis, Monachi, & Eremitæ, qui à proprio Fratre Egfredo, regnandi libidine percito, innocens sublatuſ est, ac capite truncatus.

M A I I I I.

M Aioli] *De eo Mart. Rom. cum Baronio, Molanus in Additio. ad Vsuardum, Galeſinius, Mauuolycus, Felici, & alij. hac die. Regius eius gestas composuit Odilo Presbyter, quam adfert Surius, Tomo 3. An verò Odilo iste sit Sanctus Odilo Abbas, qui Maiolo successit adhuc ignoro. De eo item agunt Trittemius de vir. ill. Ord. S. Bened. libr. 3. cap. 220. Petrus in Catalogo, lib. 4. cap. 153. Vincentius in Speculo, libr. 24. cap. 68. Fuit quartus illius cœnobij Abbas, incæpitq; præſſe anno Domini 934. præfuit autem ann. 40. & obiit anno 994. vt rectissime annotant tū Comnicon Cluniacense MS. quod apud me est: tum etiam Nicolaus Vignierius in Chronico rerum Burgundicarum. Alios citat Baronius, qui de hoc Sæcto ex professo agunt, eos apud eundem reperies in notis huius diei. Eius Epitaphium sic habet, Sedibus in claris, Aymarde, Maiole locatis.*

Dedicatio, & Vigilia] De his agit Molanus in Addit. ad Vsuardum, hac die. Vigilia autem hæc, etsi occurrat, vt plurimum inter Pascha, & Pentecosten, cum summa tamen religione à Monachis obseruatur, sicut ipse oculis vidi.

Fremundi] De eodem Molanus ibidem, hac die. Fuit is Offic. Martiorum regis filius, Martyrio coronatus circa annum Domini 740. De eo agunt Chorographia Britannie, & Trophæum Ecclesiæ Anglicanæ, & lapis æneis Romæ excusum.

QVARTO IDVS MAII.

M Artianis, Depositio Sanctæ Rictrudis, uiduæ, & Abbatissæ. Hoc cum post mortem Sancti Adalbaldi viri sui, ad secundas ueretur nuptias, consilio usa Sancti Amandi, regi Dagoberto, & opomatibus dignum apparauit conuiuium. In eo prandio sciscitatur regem, an liceat ei in suis ædibus agere quod velit: Rex annuit, patet quod conuiuas, ut fieri solet, sumpto poculo ad potandū inuicatus.

Ille verò uirili animo velum profert, ab Amando Pontifice consecratum, & capiti suo imponit. Quo factò, sibi ac filiabus, Monasteriũ Martianas delegit, beato Amando non solum consentiente, sed et iter Regem, & ipsam, pacem conciliante; ubi usque ad annum atatis quartum, & septuagesimum, omnium bonorum operum se exemplum præbuit. In Hispaniis, Sancti Dominici Calciatensis confessoris, miræ sanctitatis. In Monasterio Montis Virginis, depositio B. Iohannis Abbatis, miraculis clari.

M A T T H.

Martianis] *Sive ut nunc ferè loquimur Marcenis. Monasterium est Episcopatus Attrebatensis in Flandria, inter Duacum, & Valenciam; nostris his temporibus famosissimum, propter insigne illud collegium, & superbum, quod R. D. Arnoldus Ganthois, Abbas eiusdem cenobii in ciuitate Duacensi ad Studioforum in ea vniuersitate commorantium utilitatem, erexit. Obijt autem prædictus & aeternæ memoriæ Abbas in cœnobio suo, pridie calendæ Maij, anno Domini 1582. & in sui collegij Ecclesia in medio chori sepultus est. Cuius in exequijs insignem orationem habuit Dominus Thomas Stapletonius Theol. Doctor, quæ extat typis impressa Duaci apud Io. Bogardum. Libenter immorarer in laudibus tanti viri, ac Mecænatris mei præcipui, qui mihi multus semper in ore fuit, eritq; dũ uiuero; nam quantum sua humanitate me deuinxerit, facilius possum animo cogitare, quam dicere: dum enim ob nomen & Christi fidem cœnobio meo Oudemburgensi exularem, ille unicum refugium, & receptaculũ mihi fuit, per annum ferè integrum, tantisper ab Abbate meo de uitæ necessarijs mihi prouideretur, pro Christi amore abundè me sustētans: quod charitatis genus, & alijs diuersi Ordinis Religiosis, sedibus suis exturbatis, quoad uixit, clementissimè impendit: sed hæc breuitatis causa missa facientes, ad propositum redeamus.*

Rictrudis] *De qua Molanus in Addit. ad Vsuardum, & in Indiculo Sanctorum Belgij, & Felici, hac die. Res eius præclare gestas conscripsit Hugbaldus Monachus Elnonësis S. Amandi, quas refert Surius, Tom. 3. Fuit mater Sanctorum Mauronti Abbatis, Eusebie, & Clotendis Abbatissarum, & Adalsendis sanctimonialis, virginum. Obijt anno 687. ut refert Meyerus in Annal. Fland. lib. 1. ad eum annum.*

Dominici] *De eodem Mart. Rom. cum Baronio, & Molanus in addit. ad Vsuardum, hac die. Vitam eius describunt Alphonsus in flore Sanctorum Hispaniæ, & Thesaurus concion. Obijt anno Domini 1060. Et si non ignorem eundem uitam Monasticam solenniter professum non fuisse, quod ipsi in cœnobijs, in quibus uiuere peroptabat susceptus minimè fuerit,*

placuit tamen hic inferere, quod ex historijs cognouerim eundem, ad finem usque uitæ habitum Sancti Benedicti gestasse, & quod opere nequirit, uoluntate perfecisse.

Iohannis Abbatis] Cuius natalem, hac die annotat Thomas Coste Neapolitanus, qui eius acta recenset in descriptione Abbatum & Generalium Montis Virginis. Obijt anno 1189.

TERTIO IDVS MAII:

Romæ, Dedicatio Ecclesiæ Sanctæ Mariæ ad Martyres, quam Sanctus Bonifacius Papa quartus, expurgato Deorum omnium ueteri Fano, quod Pantheon uocabatur, in honorem beatæ semper virginis Mariæ, & omnium martyrum dedicauit, tempore Phocæ Imperatoris. ubi postea Beatus Gregorius Papa quartus, festum Omnium Sanctorum Calendis Nouembris celebrari mandauit. Clunici, Translatio Sancti Hugonis Abbatis. Rauennæ, Sanctorum Hilarij Abbatis, & Olibrij Monachi, qui die noctuque in Dei laudibus & in contemplatione rerum diuinarum uitam agentes, multis clari miraculis abierunt in cælum.

MAII 13.

Dedicatio] De qua Mar. Rom. cum Baronio, vsuardus, Bedæ, Ado, Galefinius, Maurolycus, & alij hac die. Felici uerò die præcedenti. Quando autem hæc dedicatio facta fuerit, & quomodo, inferius agimus in explicatione primi rami in Bonifacio Papa quarto. Vide & Baronium in notis huius diei.

Translatio Hugonis] Hanc, hac die celebrari notat Chronicon Cluniacense MS. quod apud me est.

Hilarij, & Olibrij] De Hilario solum, Galefinius, & Felici, hac die. Anborum autem uitam adfert Iacobus Mosander in Tom. 7. Suriy, hac die ex libr. 3. Historiæ Rauennatis Hieronymi Rybei. Eandem ante composuerat Paulus Monachus Hilarij discipulus, quam habet Siluanus Razzi Italianus factam in libro de uitis SS. Ethruriæ. Floruerunt temporibus S. P. N. Benedicti sub Theoderico Rege. obijtque Hilarius anno ætatis sue 82. De nobilitate Olibrij Patrij Rauennatis nobilissimi, eiusque conuersione cum uxore Eustasia, & filijs duobus Iunio et Eunomio Monachis, uide Rubenium libro tertio citato.

PRIDIE IDVS MAII.

Romæ, Sancti Paschalis Papæ, huius nominis primi, qui post Stephanum quartum sedit, & plurima Sanctorum martyrum corpora e cryptis leuauit, ac in diuersis Ecclesijs honorifice collocauit, quorum ipse in cælo meruit sociari consortio.

M A I I 14.

Pascal[is] De eodem Mart. Rom. cum Baronio, hac die. Res eius gestas prosequuti sumus in explicatione primi rami, & alijs in locis. Vide & Platinam, ac Onufrium Panuinum, aliosq[ue] scriptores, qui ex professo de Romanis scribunt Pontificibus.

IDIBVS MAII.

Bremis, depositio Sancti Adalgarij Archiepiscopi, & confessoris, qui consecratus à Lindroldo Archiepiscopo Moguntino, munus pastoralis non oblitus, gregem sibi commissum uerbo, & exemplo paut.

M A I I 15.

Adelgarij] Sive Adalgarij, cuius mortem hac die ponit Trittemius de vir. ill. Ord. S. Bened. lib. 3. c. 214. agit & de eodem libr. 4. c. 92. Albertus verò Abbas Stadenfis in Chronico, fol. 97. & Albertus Crantzius in Saxonia Metropoli, lib. 2. cap. 24. eundem defunctum asserunt die septimo idus Maij: nos Trittemium sequimur. Fuit autem ex Monacho Corbeia Saxonica tertius Hamburgensis, & Bremensis Archiepiscopus; Obijtq[ue] anno Domini 909. succedente sibi S. Hogero itidem Monacho.

DECIMOSEPTIMO CAL. IVNII.

In Scotia, Sancti Brandani Abbatis, cuius miri actus leguntur. In Trevis, depositio Sancti Fidoli Presbyteri, & confratris Brandani Abbatis. In Monte Iouis, Sancti Bernardi Eremita. In Valle Umbrosa, Sancti Alberti Monachi, cuius uita sanctitatis plena fuit.

M A I I 16.

Brandani] Sive Brendani, De quo Martyrol. Roman. cum Baronio, Molanus in Addit. ad Vsuardum, & Galefinius, hac die: Eius acta eodem reperiuntur, sed valde dubiosa. Agunt de eodē Trittemius de vir. ill. Ord. S. Bened. lib. 3. cap. 31. quem reponit 14. cal. Januarij. Petrus itē in Catalogo, lib. 5. cap. 117. eundem 18. cal. Iulij recenset; ambos tamen castratione indigere arbitror. Vincentius in Speculo, libr. 21. cap. 81. Miror eodem quod R. Baronius, Molanus, & Galefinius huius acta reperiri aient apud Vincentium, lib. 2. c. 81. cum Vincētius, quem penes me habeo impressum Venet. anno 1591. apud Dominic. Nicolinum, lib. 21. illa recitet. Ne tamen tantorum uirorum auctoritatem temere iudicare praesumerer, totum Vincentium, titulosq[ue] librorum percurri, itaque esse, ut scripsi inueniri, restituendi igitur suae integritati veniunt. Plura de eodem uide in notis huius diei apud Baronium.

Fidoli] De eodem Mart. Rom. cum Baronio, Beda, Ado, & alijs, hac die, de quo & Molanus in Addit. ad Vsuardum & Galefinius, qui Episcopum

L 1 3 Tre-

Trecensem faciunt, malè attamen, ut notat R. Baronius. Chronicon Cluniacense MS. quod apud me est, in fine huius gesta recensens dicit eundem fuisse Abbatem Ordinis S. Benedicti, corpusque eius quiescere in partibus Burgundia in Ecclesia suo nomini dedicata, in Episcopatu Lingonensi sita, iuxta Monasterium Gallice vocatum, Porieres, non longè ab oppido Gallice dicto Mucy; hæc ille de loco, de sanctitate vero eius sic ait, Fuit & alius Sanctus Abbas, Ordinis Sancti Benedicti, Fidolus nomine, qui conuersationis suæ uitæ mores, & uitam disciplinæ, tam uirtutibus sanctis & misericordiæ operibus, quam ieiuniorum afflictione meruit thronum duodecimum possidere.

In monte Iouis] Qui hodie ab eius nomine uocatur mons Sancti Bernardi, in cuius cacumine extat cenobium Reuerend. Patrum Ordinis Cisterciensis.

Bernardi] De eodem Molanus in Additio. ad Usuardum hac die. Eius uitam eodem referente descripsit quidam Heluetius. Quiescit in monte Iouis.

Alberti Monachi] Tabula Vallis Umbrosæ, de eodem agunt, hac die. & anno 1094. mortuum referunt.

DECIMOSEXTO CAL. IUNII.

Lauduno clauato, translatio corporis Sancti Montani Monachi Magnopoli, in Monasterio Falderæ, Sancti Thetmari, discipuli Sancti Vicelini Episcopi; hic Decanatu Bremensi relicto, Monasterium Falderæ ingressus est, & miraculis clarus quieuit.

MAII 17.

Montani] *De eadem translatione agit Molanus in Addit. ad Usuardum, hac die. Hincmarus item in initio uitæ S. Remigij apud Saurium, Tomo 1.*

Thetmari] Alias Thietmari, siue Dethmari, cuius res gestas descripsit Helmoldus in Hist. Slauorum, libro 1. cap. 59. 71. 74. & 75. & hæc ipsa die obuisse affirmat. De eodem agit Crantzius in Metropoli, lib. 6. c. 13. & aliquot sequentibus. Migravit, ut uidetur anno 1152.

DECIMOQUARTO CAL. IUNII.

Querceti in Hannonia, depositio Sancti Quiniberti, Prioris Monasterij Salesij, & confessoris, miraculis clari.

MAII 18.

Quiniberti] *De eo Molanus in Additionibus ad Usuardum, & in Indiculo Sanctorum Belgij, ubi uitam eius summam describit, hac die.*

DECIMOQUARTO CAL. IUNI.

Civitate Doroberna, quæ nunc Cantuaria in Anglia, Sancti Dunstani Episcopi, qui famosum Monasterium Glasconie fabri cauit, multorum aliorum existens fundator & Pater, cœnobiorum; ad cuius sarcophagum crebro manifestatur, iqualis nunc meriti maneat in cœlis. Eodem die, depositio Sancti Petri de Morono, qui ex Anachoreta Maiellæ, summus Pontifex creatus, dictus est Cælestinus V. sed amore quietis Pontificatu se abdicans, laboribus, & ærûnis pressus occubuit, multisque virtutibus & miraculis clarus, migravit ad Dominum: Qui quoniam renunciauit summo Pontificatu, Canonizatus extitit ab Ecclesia tantum pro simplici Confessore, sub Petri, quod ante Pontificatum habebat, nomine. Item Turonis, hac die, migravit ad Dominum Sanctus Alcuinus, Abbas Sancti Martini Turonensis, & Leuita, fundator Academiæ Parisinæ, & Caroli Magni Imperatoris Magister, & Doctor Ecclesiæ egregius, sanctitate plenus.

M A I I 19.

Dunstani] De eodem Mart. Rom. cum Baronio; Molanus in Addit. ad Usuardum, Galefinius, & Felici, hac die. Reponitur à Petro in Catalogo, libro 8. cap. 49. die 7. idus Septembris, cuius rei fides sit apud auctorem. A nonnullis alijs præcedenti die recolitur. Osbertus, siue Osbernus Monachus Cantuariensis eius præclare gesta sermone eleganti prosequutus est, quæ referuntur à Surio in Tomo 3. De eo item agunt Trittemius de uir. ill. Ord. S. Bened. lib. 3. cap. 221. & lib. 4. cap. 100. Vincenius in Speculo fusissimè, libro 24. à capite 72. inclusiue, ad caput 84. exclusiue, item & cap. 94. 95. & 96. eiusdem, & lib. 25. cap. 43. Polydorus Virg. Hist. Angl. lib. 6. circa finem, & lib. 7. statim in principio. Fuit primum Monachus & Abbas Glasconiensis, deinde Episcopus Vaugorniensis, postremo Cantuariensis Archiepiscopus 24. Migravit anno Do. 1001. ætatis sue 79. vel 70. Regiminis 28. Trittemius, libr. 4. cap. 100. quem sequitur & Baronius loco citato, obiisse eum refert anno Domini 988. quod tamen quadrare non potest, si rectè annorum ratio inita est: nam ab obitu S. Dunstani, ut Polydorus refert, usque ad mortem Ethelredi Regis, anni tantum quatuordecim interfuerunt; Ethelredus enim rex obiit anno 1015. ex quo numero, si anni demantur 14. annus 1001. quo S. Dunstanus migravit, remanebit. Probat id & alia ratione. Sanctus Elphegus martyro coronatus legitur anno 1025. Episcopatus sui sexto: eum autem præcesserant, Aluricius, Siricius, & Ethelgarus, qui S. Dunstano anno 1001. immediatè successit: his autem tribus à Polydoro libr. 7. anni tribuuntur

L I 4 regi-

virginis octodecim, quibus si adiungantur, & Elphegi sex, proculdubio annus martyrii S. Elphegi 1025. reperietur. Errorem hunc peperisse arbitror, quod Trittemius, qui annos 33. & Baronijs, qui 28. sedisse Dunstanum scribunt, numerare cœperint, non ab anno sedis Cantuariensis, qui fuit 973. sed ab annis Episcopatum, Londoniensi, & Wigorniensis, qui 957. & 960. numerantur, qui in 988. rectè desinent, si 33. Trittemij, & Baronijs 28. iisdem coniungantur. At annos Baronijs 28. ab anno 960. computari non debere, sed ab anno 973. quo sedi Cantuariensi presidere cepit. annus mortis eius 1001. prenotatus indicat. Migravit ergo S. Dunstanus anno, non ut volunt 988. sed 1001. Archiepiscopus Cantuariensis anno 28. & ex quo primū Londini, & Wigornia sedere incœperat. illius 46. istius verò 41. Præsuit autem Wigornia solum, annis 3. & Londini 13. Cauendi etiam ueniunt, duo & alij errores, qui apud eundem Trittemium citato capitulo 100. reperiantur. Horum prior est, quod Episcopus Wigorniensis, pro Wigorniensis: alter verò, quod eidem sedi Wigorniensis S. Elphego martyri successisse legatur: quem tamen errorem librorum negligentia irrepsisse puto: capite enim eiusdem libri 113. rectè eundem Sanctum Elphegum, à Sancto Dunstano Wigorniensis Episcopum, consecratum asserit.

Petri de Morono] De eodem omnes supracitati, quibus adiunguntur & Maurolycus, hac die. Vitam eius descripserunt Clemens Papa V. & Petrus de Aliaco, S. R. E. Card. & Archiepiscopus Cameracensis, quosquam retulit Surius, Tomo 3. Admiratus sum errorem Petri Galefij, viri doctissimi, qui in notis huius diei, citat quendam sermonem Petri Damiani de hoc Sancto, quem & reperiri ait apud Surium, Tomo 3. quætor quam absurdus sit manifestatur ex hoc, quod huiusmodi sermo apud Surium non reperitur, & cum Petrus Damianus ferè ducentis annis Cælestinum præcesserit, non potuerit de eo sermonem fecisse, caueatur igitur hic Galefij scrupulus. Felici in Ephemeride alio in loco dicit huc obiisse die 6. Aprilis, sed fortasse alia festiuitas de eodem illo die agitur, quam ignorat. Agunt de eodem plures alij, ut Platina, Panvinus, Volaterranus, Sabellius, quos omnes, simul cum reliquis, qui de Romanis Pontificibus scribere breuitatis causa prætereo. Egimus & nos superius in tractatu de fundatione Ordinis Cælestinorum. Obijt in arce castri Fumonis anno Domini 1296. ætatis suæ 65. sepultus Ferentini in Monasterio Sancti Antonij Ordinis sui.

Alcuinus Abbas] De quo Molanus in Addit. ad Usuardum, hac die. Agunt de eodem Trittemius de Script. Eccles. & de uir. ill. Ord. S. Ben. lib. 2. cap. 26. & lib. 3. cap. 197. Vincentius in Speculo, lib. 23. cap. 173. 174

174 & alibi. Sigebertus de script. Eccles. cap. 83. Sixtus Senensis Bibliot. Sanctæ, libr. 4. & alij infiniti. De eodem inferius egimus in explicatione ramorum Arboris. Fuit Venerabilis Bedæ discipulus, natione Anglus Eboracensis, deinde S. Martini Turonis Abbas, floruit anno 780. Sanctitatis eius testimonium ferunt, tum Trittemius, lib. 3. ubi de sanctis Ordin. S. Bened. ex professo agit, tum etiam Vincentius, & alii.

DECIMOTERTIO CAL. IUNII.

A pud Bituricas in Gallia, Sancti Austregisili Episcopi, & confessoris, cuius & vita omni sanctitate refulsit, & mors in conspectu Domini fuit præciosa. In Monasterio quod vulgo horreum dicitur apud Treuiros, depositio sanctæ Basilissæ virginis & Abbatissæ. In Blandinio, translatio corporum Sancti Guduuali Episcopi, Bertulphi confessoris, & Amalbergæ virginis. Eodem die Sancti Orlandi, Conuersi Vallis Umbrosæ, magnæ circa Energumenos virtutis. Bononiæ, in Monasterio Sancti Alberti, depositio Sancti Alberti Abbatis, Ordinis Vallis Umbrosæ, qui nomen Monasterio ex suo nomine reliquit.

M A I I 20.

A ustregisili] De eodem Mart. Rom. cum Baronio, Molanus in Ad. dit. & Ann. ad Usuard. Galestinus, & Felici, hac die. item & Maurolycus, in hoc tamen corrigendus, quod martyrem eum faciat. Vitam eius ab eius equali descriptam refert Surius, Tomo 3. Agunt de eodem Petrus in Catalogo, lib. 5. cap. 25. & Vincentius in Speculo, lib. 23. cap. 26. Numeratur à Demochare de Sacrific. Miscæ, Tomo 2. cap. 24. tricesimus eius sedis Episcopus. Annonius item Monachus de gestis Franc. libr. 4. cap. 2. de eo pulchrum miraculum recitat. Fuit primo Monachus, ac Abbas S. Nicetii, Lugduni, ut in eius vita legitur, & creatus est Bituricensis Ecclesie Archiepiscopus anno Domini 622. quam potestatem exercuit annis 12. migravitq. anno 634.

Basilissæ] De qua Molanus in Ad. dit. ad Usuardum, hac die. Petrus item Cratopolus libro de Episcopis Germaniæ. fuit autem Abbatissa S. Marie in horreo Dagoberti Regis, quod cœnobium ipse Rex cõstruxerat pro filiabus suis Sanctis Irmina & Adela circa annum Domini 640. Agit de eadem Trittemius de uir. ill. Ord. S. Ben. lib. 3. cap. 205. qui dicit eam floruisse anno Domini 780. successisseq. S. Anastasiæ.

Translatio Guduuali &c.] De hac translatione agit Molanus in Ad. dit. ad Usuardum hac die. Res eorum gestas require in natalitijs eorundem, octavo scilicet idus Iunii. nonis Februarij. & sexto idus Julij. De eadem agit in uita S. Bertulphi c. 30. & sequentibus, apud Surin, To. 1. nonis Febr. Oran-

Orlandi Conuersi] *Tabulæ Vallis Umbrosæ*, de eo dem agunt hac die, que migrasse eum referunt anno Domini 1242. Vocatur a nonnullis Orlandus.

Alberti Abbatis] *De quo eadem Tabulæ hac die. Fuit contemporaneus Fratris Orlandi, eique tribus tantum annis superuixit, obiit enim anno Christi 1245.*

DVODECIMO CALENDIS IVNII.

Nicia, in Gallia, Sancti Hospitij Monachi & confessoris, uirtute abstinentiæ, & prophetiæ spiritu insignis. Apud Aream in Artesia, natalis Sanctæ Idbergæ virginis, filiæ Pipini Regis, miraculis claræ. In Anglia, beati Godrici Eremitæ & confessoris, cuius actus clari extant.

M A I I 21.

Nicia] Sic Baronius. Molanus uerò & Galefinius Nicaea, legunt. Maurolycus, Felici, & Petrus in Catalogo, Nuceria, qui correctione indigent. Nuceria enim, ciuitas est Campaniæ, non longè à Salerno, & môte Vesuuii cuius populi dicti sunt Nucerni, et ager ipse Nucernus; et eius ciuitatis quondam fuit Episcopus R. Paulus Iouius, eloquentiæ nostri temporis parens. Nicia uerò nostra, siue potius Nicaea, scribitur enim à Suida, *νικαία* per diphthongum græcam, urbs est Galliæ, quæ vulgari idiomate, Nissa uocatur, condita à Massiliensibus non procul à Varo flumine, hodie Serenissimo Sabaudie Duci paret.

Hospitij] Huius meminere omnes prefati, hac die. Petrus in Catalogo lib. 5. c. 27. Paulus Diac. de gestis Longob. lib. 3. c. 1. Gregorius Turon. Hist. Fran. lib. 6. c. 6. Citat & R. Baronius caput item septimum eiusdem libri, sed in eo nil de S. Hospitio agitur. Vixit circa annum Domini 570.

Idbergæ] Siue Itisbergæ utrunque enim lego, de qua Molanus in Addit. ad Usuardum; & in Indiculo SS. Belgii, & Galefinius, hac die. Hac circa annum Domini 770. Aream uitam religiosam duxit, ab omnibusque Genealogistis ferè in dinumeratione filiorum Pipini Regis omittitur, Molanus tamen eam nobis reddidit.

Godrici] De eodem Molanus in Addit. ad Usuardum, hac die; cuius etiam actus in legenda Anglorum, latè dicit extare. Eius uitam compendiosè recitat Gulielmus Neubrigensis de reb. Anglic. lib. 2. c. 20. Vixit sub curâ Monachorum Dunelmensium, & Regula S. Benedicti, in loco qui dicitur Finchala.

VNDECIMO CAL. IVNII.

In pago Antisiodorensi, Sancti Romani Abbatis, qui Sancto Patri nostro Benedicto ministravit in specu, inde in Gallias proficiscens, ædifi-

edificato Monasterio, relictisque multis sanctitatis alumnis, quie-
uit in Domino. Parmæ, in cœnobio Sancti Ioannis Euangelistæ, de-
positio Sancti Ioannis primi illius loci Abbatis, miraculis & sancti-
tate celebris. Eodem die, Eleuatio Sanctarum Harlindis, & Relin-
di virginum. Pistorij, Sancti Acti, eiusdem ciuitatis Episcopi, &
confessoris, Ordinis Vallis Vmbrosæ, sanctitate conspicui. Floren-
tiar, natalis sanctæ Humilitatis Abbatissæ, primæ institutricis sancti-
monialium, Ordinis Vallis Vmbrosæ.

M A I I 22.

Romani] De eodem mart. Rom. cum Baronio, & Molanus in Ad-
uit. ad Pysardum, hac die. Agitur & de eo in uita S. Mauri Ab-
batis. Vitam eius adfert F. Claudius de Rota Dominicanus in legenda Sa-
ctorum, cap. 217. quod est illius libri ultimū. Extat apud me sermo MS.
Sancti Berthari Abbatis de eodem Patre, qui sic incipit, Adest nobis
dies venerandæ commemorationis beatissimi Romani egregij con-
fessoris Christi, &c. Obijt in Gallijs in cœnobio à se exstructo, aliquot an-
nis post obitum S. P. N. Benedicli.

Ioannis Abb.] Ex monumentis cœnobij Parmensis, tum natalem, tum
etiam & uitam istius Sancti habuimus, que composita est à quodam suo
discipulo illius loci Monacho, sic que incipit, Tempore quo &c. Eam sub
compendio recitant Petrus Bagianus in Historia Monastica, & Fran-
cisus Sansuinus in libro de Origine Familiarū Italiae, in descriptione fa-
milie Corrigie, de qua hunc Sanctum originem trahere refert: quam eius
opinionem, nos equidem non improbamus, aliqua tamen castigatio in-
digere pro certo tenemus: dicit enim fuisse filium Corradi, nepotemq; Gi-
berti primi Corrigie Domini, qui tempore Caroli Magni floruit, id est, cir-
ca annum Domini 780. & quod excurrit. Sed cum hic noster Ioannes re-
feratur mortuus anno 972. dicendum est, aut Sansuinum errare, vel cer-
te Ioannem non nepotem Giberti, sed abnepotem potius fuisse; tempus naq;
à Sansuino assignatum, ducentorum uidelicet serè annorum, descriptioni
sue non quadrat, cum successio duorum, vel trium, uideatur nimis breuis
tam longo interuallo.

Eleuatio Harlindis &c.] De hac Molanus in Indiculo Sanctorum
Belgij, hac die. Facta uerò est per Franconem Episcopum Leodiensem, cir-
ca annum 860.

Acti Episcopi] Tabule Vallis Vmbrosæ de eodem agunt, hac die. Eius
etiam meminit Volaterranus, Antropologia, lib. 20. Patria ei fuit Hispania,
& seculo relicto Monastica uite genus amplexus est in cœnobio Val-
lis Vmbrosæ, deinde ob insignes animi dotes in Abbatem electus, non lon-
gè

gè post Generalatus totius Ordinis apicem ascendit; à quo ad Ecclesiæ Pi-
storienfis regimen assumptus, eandem capite Sancti Iacobi Apostoli Com-
postellani ditavit, & miraculis gloriosus migravit in caelum ann. 1153. & in
Ecclesia Sancti Ioannis Rotundi sepultus est.

Humilitatis Abbatissæ] De eadem agitur hac die in *Tabulis suprac-
tatis*. Fuit natione Faentina, habitumq; Religionis sumpsit de manibus
Abbatis Sanctæ Mariæ de Crespino; & moriens anno Domini 1310,
ætatis suæ nonagesimonono, sepulturam accepit in cænobio Sancti Salvi
iuxta Florentiam.

DECIMO CAL. IVNII.

IN Monasterio Gemblacensi, natale Sancti Guiberti, fundatoris
eiusdem cænobij, & confessoris, præclari in miraculis. In Mona-
sterio Vallis Umbrosæ, depositio Sancti Angeli, de quo hoc præci-
pue refertur, quod in elevatione Sacrosanctæ Eucharistiæ, meritis
Beatæ Mariæ Virginis, cuius erat deuotissimus, meruerit gloriam
Dei aspicere.

M A I I 23.

Guiberti] Sive ut alijs placet, *Vvicberti*, seu *Vuiberti*, de quo *Mo-
lanus* in *Addit. ad Vsuarium*, & in *Indiculo SS. Belgij*, *Galesinius*,
& *Felici*, hac die. Vitam eius descripsit *Sigebertus Monachus Gembla-
censis*, quam adfert *Surius*, Tomo 3. hac item die. De eodem agunt *Pe-
trus* in catalogo, lib. 3. cap. 83. *Trittemius* de *uir. ill. Ordin. S. Bened.* lib. 3.
c. 217. Annonnullis reponitur pridie nonas Februarij, sed utrum rectè ibi-
dem diximus. Fuit Monachus *Gorziæ* iuxta ciuitatem *Metensem*, quod
cænobium fundarat *Landrada Pipini Regis* soror, circa ann. 730. in quo
defunctus anno 962. relatus postea Gemblacum.

Angeli] *Tabula Vallis Umbrosæ* de eodem agunt, hac die. Hic ex *voli-
li Lignorinorum* familia *Florentiæ* ortus, uita sanctissimè acta, migravit à
saeculo anno 1509. ætatis suæ 80. & in cænobio de *Ripolis* sepultus est.

NONO CAL. IVNII.

LEodij, translatio S. Lamberti Episcopi, & martyris. Casini, depo-
sitis Sancti Benedicti Monachi, miraculis clari.

M A I I 24.

TRanslatio Lamberti] De ea *Molanus* in *Additionibus ad Vsuar-
ium*, hac die.

Benedicti Monachi] Huius natalem hac die annotat *Domnus Pe-
trus Diaconus, Monachus Casinas*, qui & eius gesta recenset libro de
Sanctis Casinensibus, capite sexagesimo octavo. Obijt, ut ipse refert *Ce-
pus* tempore *Desiderij Abbatis*, qui postea *Papa Victor III.* dictus est.

OCTAVO CAL. IVNII.

Romæ, Sancti Bonifacii Papæ IIII. qui Pantheon in honorem B. Mariæ ad martyres dedicavit; & vitæ exēplo in Ecclesia claruit. Salerni, depositio Diui Gregorij Papæ, septimi, Ecclesiastica libertatis propugnatoris acerrimi. In Britannia, Monasterio Maldubiensi, Sancti Adelmi Episcopi Schireburnensis, doctrina, & sanctitate celebris. In Hispania, S. Gennadij Astrogenis Episcopi, & conf.

M A I I 25.

Bonifacii] *De quo Martyrol. Rom. cum Baronio; Molanus in Aditio. ad Vwardum; Galesinius, Maurolycus, & Felici, hac die. Res eius gestas profequitur Platina, & Tritremius de vir. ill. Ordin. S. Bened. lib. 3. cap. 148. eum reponit, octavo calend. Aprilis, sed malè, item libr. 4. cap. 3. de eodem agit. Petrus in Catalogo, libr. 4. cap. 161. & alii infiniti. De eodem fusius egimus duobus in locis.*

Gregorij septimi] *De eodem Martyr. Rom. cum Baronio, & Bertholdus in Append. ad Contractum, hac die, qui eius acta fusius recenset. Platina item de vitis Pontificum. Vitam eius quinque libris se descripsisse fatetur F. Onufrius Panvinus in Annotationibus suis ad Platinam, sed eos nondum videre merui. Constantiam eius & zelum, multum extollit Robertus Belarminus controuersarij, lib. 1. in qua etiam perquam egregiè confutat, que ab Hereticis huic sanctissimo Pontifici imponuntur. Que sancte, & pie in Ecclesia sanciuir, inferius ostendimus, in explicatione primi rami: & in tractatu de summis Pontificibus Monachis, de eius Monachatu, & creatione egimus. Tritremius de vir. ill. Ord. S. Bened. libro 4. capit. 11. & 25. de eodem agit. Sepultus est Salerni, in Ecclesia Sancti Matthei, retro Chorum, in arca marmorea candida, in qua insculptum visitur sequens Epitaphium.*

Gregorio Septimo Soan. Pont. Opt. Max. Ecclef. Libert. Vindici acerrimo, assertori constantis. qui dum Rom. Pont. auctoritatem aduersus Henrici perfidiam strenuè tuetur, Salerni sanctè decubuit.

A. D. CIO. XXCV. VIII. CAL. IVNII.
M. Ant. Columna Marsil. Bononien. Archiepiscopus Salerni. cum illius corpus post quingent. cit. ann. factis amictum, & serè integrum reperisset, ne tanti Pont. sepulchrum memoria diutius careret,

Gregorio XIII. Bononiensi sedente

M. P.

Pridie cal. quinct. A. D. M. D. LXXVIII.

Adel-

Adelmi] Sic Tritemius, de uir. ill. Ord. S. Bened. lib. 2. c. 33. & libro 3. cap. 141. & lib. 4. c. 175. Baronius uerò hac die. Aluclmum legit; Molanus in Addition. ad Vsuarium Alahelmum; Felici Anthelmum; Surius uerò in epitome uitæ eius To. 3. hac item die Alhelmum. Res eius gestas referent Beda, lib. 5. c. 19. Hist. Ang. & S. Eginus Vriciorum Episcopus. & S. Osmundus Episcopus Saresburiensis; Faritius item Thuscus, & Guilielmus malmesburie Monachus Benedictinus. Fuit primum Monachus Meldunensis, quod nunc Malmesburiense cænobium uocatur; deinde Abbas an. 34. postremo Episcopus Schireburnensis, quæ sedes Salisburia hoc tēpore appellatur, cui præfuit an. 4. Successit autem S. Heddæ, & obiit anno Domini 709. Baronius habet 719. quod puto potius librariorum negligentia, quam auctoris, alioquin diligentissimi, accidisse uoluntate, factum enim est lapsus de 709. in 719. Cur autem hic numerus 709. uerior mihi videatur, hac moueorratione quod referente Molano S. Eginus qui S. Adelmi uitam descripsit, cuiusq; Epitome apud Surium extat, defunctus dicitur an. 716. Et uerisimile est eum interfuisse morti S. Adelmi, id enim constat ex anno mortis 709. diligentissime ab eo notato, quem tamen notare mirum me potuisset si tribus ante Adelmum annis ex hac uita migrasset; quod necessario sequeretur si Adelmus anno 719. obiisse crederetur. Hanc meam coniecturam confirmatam postmodum inueni in Mattheo Vresimonia ad annos 704. & 709.

Gennadij Astorgensis] Eius uitam describit Morales in Hist. Hispan. lib. 15. c. 45. & hac die obiisse testatur. Fuit Monachus S. Petri de montibus, sed prius sub Abbate Arandiselo militauit in cænobio Argeo, ut ipse de se testatur in testamento suo, quod adfertur à Morale; postmodum factus Astorgensis Episc. sanctitate clarus, obiit an. 916. etatis suæ 70.

SEPTIMO CALENDAS IUNII.

Cantuariæ in Anglia, Sancti Augustini Episcopi, qui illuc, una cum alijs sex Monachis, à Beato Gregorio Papa missus, genti Anglorum Christi Euangelium prædicauit, ibique uirtutibus & miraculis gloriosus obdormiuit in Domino. Eodem die, depositio Sancti Hildeuerii Episcopi Meldensis & confessoris admirandæ Sanctitatis. Casini, natalis Sancti Guinizonis Abbatis, miraculis clari. Venetiæ in Gallia, Sancti Lamberti Episcopi, admirandæ sanctitatis uiri.

M A I I 26.

Augustini] De eodem Mart. Rom. cum Baronio, Vsuarius, Beda, Ado, Molanus in Annot. ad Vsuarium. Galefinius qui & 25. Apollonius Maurolicus, & Felici, hac die. qui Felici die præcedenti eundem etiam reponit, Vitam eius composuit Beda lib. 1. Hist. Angl. multis capitibus; hanc adfert

adfert Surius Tomo 3. Meminit eius & Petrus in Catalogo, libr. 5. c. 48. & Vincentius in Speculo, lib. 2. c. 11. & 12. Trittemius item de vir. illust. Ord. S. Bened. lib. 3. cap. 53. & lib. 4. cap. 48. Polydorus Virg. Hist. Angl. libr. 4. & alij recentiores. Vide Baronium in notis huius diei. Refert item Molanus, Nothelmum Londinensem, & Gotzelinum Morinensem, Monachum Sancti Bertini, res eius gestas scriptis comprehendisse; de uita cilleet eius libros 2. de miraculis lib. 1. de translatione eiusdem, ac sociorum lib. 1. Missus est in Angliam, anno 596. obiit anno 609. primus Archiepiscopus Dorouernensis, quæ nunc Cantuaria dicitur. Reliqua eius gesta require in explicatione quarti Rami.

Hildeuerti] De eodem Petrus in Catalogo, lib. 5. cap. 49. & Vincentius in Speculo, lib. 2. c. 25. hac die: à quibus uocatur Hildeuertus: de quo & Trittemius de Vir. illust. Ord. S. Bened. libr. 3. cap. 80. ubi appellatur Hildeuertus. Hildemicus uerò, lib. 4. cap. 141. Demochares de Sacrificio Missæ, Tomo 2. cap. 19. Hildeuertum, & Hildenutum nominat, constituitq. vigesimum primum Ciuitatis Meldensis Episcopum. Fuit autem Hildeuertus primo Monachus Luxoniensis in Burgundia successitque in Episcopatu S. Pharoni, anno 686.

Lamberti Episcopi] Tabulæ Lerinenses à R. P. D. Germano à Gludamo Abbate Lerinensi ad me transmissæ de eodem agunt, hac die. Fuit ut referunt Monachus primus Lerinensis, deinde Venciensis Episcopus in Prouincia, quo tamen tempore floruerit, cum illud Tabulæ non prodant, explicare nequeo.

SEXTO CAL. IUNI.

IN Anglia, depositio Venerabilis Bedæ Presbyteri, sanctitate, & eruditione celeberrimi.

M A I I 27.

Venerabilis Bedæ] De quo Mart. Rom. cum Baronio, Maurolycus, & Felici, hac die; qui & die præcedenti, cum Molano in Addition. ad Vuardum eum item reponit. Depositionem eiusdem recolit, ait idem Molanus die 10. Maii. Trittemius & ipse de vir. illust. Ord. S. Ben. lib. 3. c. 155. eundem præcedenti die collocat. qui lib. etiam. 1. c. 6. & lib. 2. c. 21. de eodè agit. Petrus in Catalogo lib. 5. c. 55. hac die obiisse testatur. Vincentius in Speculo lib. 2. c. 133. & 150. Reliqua de eodem Fabulamq. refutatam de eius obsecratione, & alia nonnulla scitu digna, uide in notis huius diei apud Baronium, & in explicatione ramorum huius Arboris. Vitam eius & res gestas describit Monachus Historia eius continuator, libro primo, capite sexto, septimo, & octauo.

LVetia Parisiorum, Sancti Germani Episcopi & confessoris, qui quantæ sanctitatis, quanti que meriti fuerit, quibus etiam miraculis clauerit, Fortunatus Episcopus litterarum monumentis consignavit. Eodem die, Sancti Vvilhelmi Comitis, & Monachi Gellonenfis, qui tantæ sanctitatis & meriti apud Deum fuit, ut ardentem clibanum scapulari purgans, nec ipse, nec vestimentum, in aliquo læderetur.

M A I I 28.

Germani] De eo Mart. Rom. cum Baronio; Beda, Ufuardus, Ado, Galestinus, Maurolycus, Felici, alijsq, omnes, hac die. Eius vitam cõposuit Fortunatus Episcopus Pictaviensis, quam refert Surius, Tomo 3. De eodem agunt Petrus in Catalogo, lib. 5. c. 59. Vincentius, libr. 21. c. 63. 64. & 65. Fuit autem Germanus primum Abbas S. Simphoriani, & Episcopus Parisiensis 19. ut notat Demochares de Sacrif. Misse, To. 2. c. 18. Dedicavit cœnobium S. Vincentii, quod nunc S. Germani de pratis vocatur. Obiit anno Domini 578. Plura de eodem vide in notis huius diei apud Baronium.

Vvilhelmi Comitis] De eo hac die, Maurolycus, Felici, & Trittemius de iur. il. Ord. S. Ben. lib. 3. c. 278. quem floruisse ait an. Domini 900. Petrus uerò in Catalogo, lib. 5. c. 61. hac quidem die migrasse cõmemorat, sed annis ferè centum priorem facit, obiisseq, testatur sub Carolo magno Imp. circa annum Domini 810. ex Duce Aquitaniæ Monachum factum asserens, sed errare ex hoc conuincitur, quod Aquitania à primæua nominis Gallici memoria, & ex quo Romanorum iugum à se excutere cepit, auctor est Bochetus rerum Aquitanicarum scriptor fidelissimus, regni honoris diademate decorata fuerit, usque ad Carolum Caluum, qui anno 832. nepotum Pipini & Caroli postremorum Aquitaniæ Regum domita subiectaq, ferocia, bello captos detonsa capillatura in arctum Monasterium detrusit, uersoque in Ducatum Regno, Ranulphus sub titulo Ducis Aquitaniæ præfuit, pro ea potissimum parte, qua Garumna in mare delabitur, quæ Guienna, seu Aqienna, ab aquarum lacuniis, appellata est, alias Vasconia, sed grauius errat noster Petrus Bugianus, qui nulla temporum & personarum habita ratione, eundem unum quem Petrus in Catalogo, & Trittemius loco citato, nominant, in duos diuidit, & alterum quidem, cuius & sorores sancti moniales facit, Monachum Corbeiensis in Gallia, & Archiepiscopum Moguntinum, anno 840. mortuum constituit; alterum uerò, cognomento, ut ait Pium, fundatorem Cluniacensis cœnobii,

hij, deinde eiusdem Monasterii Monachum asserit, eumq; esse qui in ardentem clybanum intrans, scapulari purgarit illiusque inde exierit, obiitq; anno Domini 912. sed quam à veritate hæc sint aliena, ex multis arguitur. Primò, quod ut dixi eo tempore anno scilicet 840. Aquitania Duces non habuerit, sed Reges. Secundò, quod in toto Catalogo Præsulum Moguntinorum, apud Democharem, Tomo 2. cap. 34. Gulielmus hic non reperitur, sed bene Carolus, de quo supra egimus, qui ex Rege Aquitanis, Corbeia Monachus effectus, beneficio postea Ludouici, patris sui, Germanie Regis, ad Episcopatum Moguntina Ecclesie ascendit anno 856. obiitq; 863. Tertio, quod sorores illæ, de quibus Bugianus, non huius, sed alterius à Petro in Catal. esse dicantur. Deinde, quod Gulielmus Pius nunquã Monachus fuerit, sed alter huius nominis tertius, cognomento Caput Stuppe, qui seculi pompis abiectis, vitæ Monasticæ propositum arripuit in cœnobio S. Cypriani Pictanis, ut auctores sunt Claudius Paradinus, Belforestius, & Rosieres, in genealogia Ducum Aquitanie, qui sanctitate, ac miraculorum gloria clarus obiit anno 1025. Postremò, quod ille Gulielmus, qui clybanum ardentem suo scapulari purgavit, non Dux (ut uolunt Petrus in Catalogo, Maurolycus, & Felici in Martyrologijs, & Bugianus in Histor. Monastica) sed Comes nominetur à Tritemio, Monasticarum rerum scriptore diligentissimo, Monachusq; uocatur non Corbeiensis, nec Cluniacensis, sed Gellonenensis, cui suffragatur & Petrus loco catalogi citato. Corrigendus igitur uenit Bugianus.

QUARTO CAL. IUNII.

Erini, depositio Sancti Cononis Abbatis admirandæ sanctitatis, & humilitatis uiri.

M A I I 29.

Erini] Est Insula Prouinciæ, Narbonensi adiacens, è regione Antipolis Ciuitatis, quã describit Plinius, lib. 3. c. 5. Est in illa percelebrè Monasterium Ordinis nunc Diui P. N. Benedicti, Congregationis Casinensis, alias Sanctæ Iustine de Padua, fundatum olim ann. Domini circiter 470. à Sancto Honorato Nicomedia Regis filio, primo illius loci Abbate, & deinde Arelatensi Archiepiscopo; cuius instituta, constitutionesq; retinuit usque ad annum Domini 541. quo, illis relictis Regulam Diui P. Benedicti à Sancto Mauro Abbate in Gallias tendenti, sibi traditam obseruare incepit, quam usque in hodiernum sanctissime semper obseruauit, primò sub Congregatione Mauriana, siue Glanofoliensi: deinde sub Cluniacensi; nunc, sub Casinensi. De huius Monasterij, & Insulæ laudibus plura reperies in Epistolis Familiaribus Ren. & Ill. S. R. E. Cardin. D. Gregorij Cortesii, Monachi, & Abbatis S. Benedicti de Mantua,

M m

&

Et præcipuè in ea quæ est ad Hieronymû Montferrates, Abbatem, fol. 83. Tres itidem Hymnos Sapphico conscriptos Carmine, apud eundem habet foliis, 153. 157. & 162. Duos itidem Sonettos (ut uocant) pro sua in me humanitate lingua Gallica, per quendam Senatorem Massiliensem, uirum doctum, piûm, & Catholicum, cuius nomen iam è memoria excidit, compositos, communicauit mihi Reuerendus D. Angelus a Forouillio Lerinensis olim Abbas, qui anno præterito uitam cum morte commutauit, quos ob sui elegantiam uisum est hic apponere, ne & tanti uiri labor intereat, & tam sacra Insula Sanctorum Monachorum sanguine Christi beata, sua laude priuetur.

Sur les Sainctes Reliques, & deuotieuse solitude de l'Isle Sainct Honorè de lerins.

SONET I.

Le parterre au milieu des ondes Marinieres
Chaud des rayons du Ciel, moytè de sang humain;
Veit bien heureux iadis, eclorrè de San Sein
Des odorantes fleurs des pierres massonieres.

De ces fleurons sacrez, les odeurs Printanieres
Embaument ces forestz, & le Ciel en est plain;
Et ces pierres que Christ repollit de sa main
Brillent dans le palais du Père des lumieres.

O saincte solitude, ou nostre humanité.
Sublimée au fourneau de uostre austerité
Peult d'un agillè sault se guinder sur le Polle.

Vous qui uoulez aprendre à uiure entre les Dieux
Suiuez ces bons Docteurs, frequentez ceste Escholle,
Ce desert est la Voie, & la porte des Cieux.

SONET II.

Vous qui brauant l'effort de ces florz agitez
Allez courre fortune entre Scylle & Carybde,
Pour uous faire Seigneurs du sablon Pactolyde,
Venez surgir au port de ces lieux desertez.

Vous qui dans la prison des fumenses Citez,
Infames, adorez le mignon de Cipride,
Quittez, pauvres chetifz, ceste Idole homicide
Venez puis habiter ces desertz escartez.

Vous qui d'un masle cueur, bouffi de uaine gloire,
Cherches en uostre mort l'honneur d'une uictoire,
Venez parmy ces bois exercer uoz combatz.

Vous trouuerez icy, la richesse eternelle,
 Vous trouuerez icy, l'amour franc du trespas,
 Vous trouuerez icy, uostre mort immortelle.

Qualis autem fuerit hæc Insula, quale cœnobium, qualesque eius habitatores, ex numero Monachorum, in Album Sanctorum relatorum, manifestum euadit. quorum Catalogum, ut à Domino Germano à Gluduno Abbate Lerinensi mihi transmissum fuit, ante oculos Lectoris, hic etiam inserere non piguit, ut omnibus fiat satisfactum, & à quibus profecerim agnoscat.

Germanus Lerinensis, Arnaldo Belgæ, Monacho pio, & erudito,
 S. D.

Stis nostris, volui me exoluere promissis factis tibi, circa nomina, & dies festos Sanctorum, de quibus inter nos facti fuere multi sermones, dum vnâ essemus, tempore comitiorum in hoc isto amplissimo cœnobio Benedictino: quare si tibi placet interea beneuolo animo accipies scedulam hanc, conscriptam manu venerandi senis nostri Ambrosij Decurionis titularis, uiri saneque pientissimi & selectissimi, qui etiam nunc sua solita pietate nihil prætermittit, attingens ad perquirendos Sanctos nostros Lerinenses, & illorum celebritates, quæ habitæ mittentur ad te celerrimè, prima idonea & opportuna occasione, & Martyrologiū perlegetur ex integro, & quicquid fuerit inuentum, tibi curabitur, nihilque non fiet ad morem tibi gerendum, nam laboranti tam strenuè in uia Domini ab ueris cœseo tibi quascunque suppetias fore esse præstandas, ut opus tam egregium abs te ceptum, maturè perfici ex integro possit; quod utinam nobis cōtingat cito uidere, & exofculari, & ex integro perlegere. Sed putas uidebo? putas durabo? putas me habiturum gratiam tam grandem? in manu Dei omnia sunt posita. Vale, & si tibi placet, die cernuè multam salutem amplissimo tuo Præsuli, simul & etiam pariter & Ven. Præposito, & reliquis studiosis uiris ad unum, sed in primis R. P. Lectori amico meo ueteri cognito Senis. Saluetur D. Franciscus, & D. Marcus Antonius, & D. Hortensius, quibus suis dotibus obstrictus sum caritatis vinculis. Lerine nonis Iunij 1589.

Idem Germanus.

Sancti Patres Monasterij Lerini.

Flouerunt olim in Monasterio Lerinensi Sancti infra scripti.

16 Sanctus Honoratus Archiepiscopus Arelatensis; cuius festū celebratur die 16. Ianuarij.

M m 2 S. Hi-

- S. Hilarius, Archiepiscopus Arelatensis; cuius est dies festus,
die 5. Maij. *Floruit anno 440.*
- S. Cæsarius, Archiepiscopus Arelatensis: 27. *Augusti floruit
anno 500.*
- S. Nazarius, Archiepiscopus Arelatensis.
- S. Virgilius, Archiepiscopus Arelatensis: quinto Martij. *Floruit
anno 600.*
- S. Concordius, Archiepiscopus Arelatensis.
- S. Maximus, Regiensis Episcopus: 27. *Novemb. Floruit an. 470.*
- S. Faustus, Regiensis Episcopus. *Floruit anno 490.*
- 20 S. Eucherius, Lugdunensis Archiepiscopus, & Princeps: 16. *No
uembri. Vixit anno 435.*
- 13 S. Iustus, Lugdunensis Archiepiscopus, & Princeps: 2. *Septem-
bris. Floruit anno 370.*
- S. Maguntius, Viennensis Episcopus. ξ *Hi nõ reperuntur apud*
S. Sedastus, Viennensis Episcopus. ξ *Democharè, T. o. 2. c. 29.*
- 19 S. Germanus, Parisiensis Episcopus: 28. *Maij, Translatio, 25. Iu-
lij. Obijt 578.*
- 8 S. Lupus, Trecentis Episcopus; 29. *Iulij. Floruit anno 450.*
- S. Apollinaris, Valentienfis Episcopus: 5. *Octobris. Floruit an-
no 490.*
- S. Siffredus, Carpentoratensis Episcopus: 28. *Novembri.*
- S. Agricola, Auenionensis Episcopus.
- S. Valerius, Niciensis Episcopus: 24. *Iulij.*
- S. Lambertus, Vencienfis in Prouincia Episcopus 26. *Maij.*
- S. Veranus, Vencienfis in prouincia Episcopus. 1. *Novemb.*
- S. Thomas, Tarantasiensis Episcopus.
- S. Amandus, Tungrenfis Episcopus. 6. *Februarij. Floruit an-
no 640.*
- S. Saluianus, Monachus, Episcopus Malsiliensis. *Floruit an-
no 480.*
- S. Vincentius Presbyter, Archiepisc. Sanctonensis. *Flor. an. 430.*
- S. Venantius, Frater S. Honorati: 30. *Maij. Floruit anno 400.*
- S. Caprasius Eremita: 1. *Iunij. Floruit anno 390.*
- S. Cononus, Cononius, siue Conon: Abbas: 29. *Maij. Floruit
anno 600.*
- S. Porcharius Abbas & martyr, cum 500. *Monachis sociis: 11.
Augusti. Floruit anno 500.*
- S. Agilulphus Abbas & martyr, cum sociis monachis, 3. *Se-
ptembri.*

prembis. *Passi anno 660.*

S. Ebidobius Abbas.

S. Euodius Abbas.

S. Ioannes Abbas.

S. Columbanus Abbas.

S. Ardemijs Abbas.

S. Florentius Abbas: 22. Septembris: Translatio 27. Iunii.

S. Amandus, Abbas trium millium Monachorū. *Floruit an. 420.*

S. Apollinaris Monachus.

S. Theodorus Monachus, & Martyr.

Hucusque catalogus ille Lerinensis, qui ex eo maxima cum diligentia factus mihi uidetur, quod aliorum Sanctorum memoria nulla apud Lerinenses reperitur, uti ex secundis prædictis R. P. Abbatis ad me datis uidere est; quæ tales sunt.

Germanus Lerinensis, Arnaldo Monacho, pio, & erudito.

Calendis Aprilis accepi tuas, & à Comitibus præteritis reuersus, misi ad te statim quæcunque apud nos de sanctis nostris, & Monachis, & Martyribus fuerunt inuenta: quare nihil profusū restat mittendum. Sed neque illo veteri Martyrologio quicquam aliud continetur, atinens ad tuam Arborem nouam, aut augendam, aut ornandam; Id quod uolui maturè, ut ex me scires, ne fortè animo anxio, aut certè dubio, diu incertus frustra perderes, aut ipsum vetus martyrologium expectares. Vale, & si tibi placet, dic cernue ex me multam salutem R. Vestro administratori, simul etiam pariter, & Præposito Venerando, & nostro Euangelistæ, Franciscoque, & exora Deum pro me peccatore. Lerine, Calendis Aprilis 1590.

In Catalogo Episcoporum Sanctonensium apud Democharem, Tom. 2.

c. 26. Sanctus Vincentius nullus reperitur, fuisse tamen Episcopum Sanctonensem, catalogumq; Democharis ex parte corruptum ex hoc arbitramur, quod à Sancto Troiano Episcopo VIII. quem incepisse dicit an. 380.

usque ad Alonem Episcopum XVI. quem creatum refert anno 1007. spatium quoddam annorum nimis longum reperitur, & successio breuis nimis: sunt enim à Sancto Troiano ad Alonem anni 600. & amplius, cum Episcopi intermedij, plures quam septem non inueniantur. Hac igitur consideratione præhabita, S. Vincetium Archiepiscopum, ut erat reliquimus.

Numeri præfixi, & illa quæ diuerso caractere excusa sunt, non erant in Catalogo, sed ea nos addidimus ad maiorem Lectoris satisfactionem, ut quototiesque tempore vixerit agnoscat. De quibusdam alijs Sanctis Lerinensibus

M m 3 sibus

sibus, qui huic presenti Catalogo non sunt inserti, egimus in eorum diebus Nataliis, quos ibidem licebit reperire.

Cononis] De quo prædictæ tabulæ, hac die : quæ quamvis tempus quo floruerit reticeant ; putamus tamen eum esse ad quem S. Gregorius Papa scribit, lib. 9. registri, Indiçl. 4. Epist. 8. Laudans eum de cantu Monasterij provisione, & diligenti eius gubernatione. In diuersis exemplaribus, diuersimodè scribitur, alijs Cononum legentibus, nonnullis Cononium, quibusdam Bononem, & Cononem, quæ vltima pronuntiatio magis in usum est, ideoq; eam retinimus.

TERTIO CAL. IUNII.

Centula Monasterio, depositio Sancti Madelgisili, Monachi & confessoris. In Monasterio Sancti Gisleni iuxta montes Hannoniæ, festiuitas Sanctorum Lamberti & Berlerii, Monachorum, & Sancti Gisleni discipulorum, quæ celebratur quotannis in Dominica, Cantate, post Pascha.

MAII 30.

Madelgisili] De quo Molanus in *Addit. ad Usuardum, & Galefianus* hac die. Res eius gestas adhuc minimè cognoui.

Lamberti & Berlerii] De quibus Molanus in *Indiculo Sanctorum Belgij*. Dies eis Nataliis proprius non est, ideoque memoria eorum recolitur Dominica Cantate. Vixerunt tempore Dagoberti Regis, anno 640.

PRIDIE CAL. MAII.

Romæ, apud Ecclesiam Sanctæ Mariæ de Anima, Canonizatio Sancti Bennonis Milnenis Episcopi, & confessoris.

MAII 31.

Canonizatio S. Bennonis] Hac die factam refert Baronius in *fastis* notis ad Bennonè Episcopum die 16. Iunij. quod & confirmat Panninus in *vita Hadriani Papæ VI.* Extat & huius Canonizationis hac die factæ memoria, in Epitaphio eiusdem Pontificis quod est ad S. Mariam de Anima, cuius Canonizationis Bulla, in hodiernum diem in præfata Ecclesia asseruatur facta est autem à prædicto Pontifice anno Domini 1523. die Dominica in die festo Sanctissimæ Trinitatis, qui erat 31. Maij Natalis eius celebratur die 16. Iunij.

I V N I V S.

CALENDAS IUNII.



REVIRIS, Sancti Simeonis Monachi, cuius sanctitas ita religiosi virtutibus eluxit, ut Popponis Archiepiscopi rogatu, à Benèdicto IX. Pontifice maximo adscriptus

tus sit in numerum Sanctorum. Cella Monasterio, translatio corporum Sanctorum Gisleni & Sulpitij Episcoporum. Pictanis, Sancti Iouini Abbatis Monasterio Fontanella, translatio SS. Vulfriani, & Erberti Episcoporum. Eodem die Sancti Theobaldi Eremitæ, Ordinis Camaldulensis, admirabilis sanctitate uiri. In Hispania, depositi Sancti Eneci Abbatis, miraculis clari.

I V N I I I.

Simeonis] *De eo Mart. Rom. cum Baronio; Molanus in Additio. ad Vsuardum; Beda, Galefinius, Felici, & alij, hac die. Vitam eius scripsit Euerbinus Abbas Doleiensis, quam adfert Surius Tomo 3. hac die. Canonizationis eius Historiam habet Trittemius in Chronico Hirsangia; qui & de uir. ill. Ordin. S. Ben. lib. 3. c. 238. de eodem agit. Fuit natione Siracusanus, deinde Monachus S. Mariæ in Bethleem, postremo Treuirenensis, ubi obiit anno 1035. statim post mortem canonizatus.*

Translatio SS. Gisleni &c.] *De eadem Molanus in Addit. ad Vsuardum hac die.*

Iouini Abb.] *De quo Molanus, & Galefinius, hac die. Quis autem is fuerit, aut quo tempore floruerit, nondum scire potui.*

Translatio SS. Vulfriani &c.] *De eadem Molanus ibidem hac die.*

Theobaldi] *De eo Tabula Camaldulenses, hac die; Dominus Augustinus Florentinus parte 2. Hist. Camald. lib. 4. cap. 6. vitam eius egregie describit. cumq; hac item die obiisse testatur. Petrus Abbas Vangadicæ res eius gestas sermone contexit. Agunt de eodem Petrus in Catalogo lib. 6. c. 36. & Vincentius in Speculo lib. 25. c. 28. dissentiunt tamen ambo de die mortis; hic enim pridie cal. Julij. ille uero ipsis Calendis cum Galefinito migrasse testantur. nos sequimur exemplaria correctiora, simulque R. Patr. Camaldulensium traditione, qui hac die festiuitatē eius celebrant. Obiit anno 1050. sepultus in Abbatia sui Ordinis S. Mariæ de Vangadicæ iuxta Vincentiam.*

Eneci] *De eodem agit Alphonsus Villegas in flore Sanctorū Hispaniæ, hac die. Eius & meminit Ioannes Mariana de rebus Hisp. lib. 8. c. 14. Fuit Abbas Ouienſis secundus, uixitque circa annum Domini 1040.*

Q V A R T O N O N A S I V N I I I.

IN Boiemia, Canonizatio Sancti Procopii Abbatis. Eodem die, S. Nicolai, cognomento Peregrini. Monasterio Latiniaco, Translatio Sanctorum Deodati Episcopi, Maldegarii, Fulberti, Amfilonis, ac Lamberti. In territorio Laudunensi, depositio Sancti Algisi Presbyteri & confessoris.

CAnonizatio S. Procopii] *Ex eius vita scripta per Nicolam Salinum Pragensem, quæ extat apud Surium Tom. 7. die 4. Julij, præsentem. Canonizationem hac die. anno Domini 1204. factam fuisse, didicimus. De eodem fusius agemus eo die.*

Nicolai Peregrini] *Reponitur hic a nonnullis hac die, Patres tamen Camaldulenses de eodem sub Peregrini nomine agunt die sequenti.*

Translatio SS. Deodati &c.] *De eadem Molanus in Addit. ad V. Jun. dum, hac die. fuerunt autem quod sciam, tres eorum Monachi, Maldegarius, scilicet, Amilo, & Lambertus.*

Algisi] *De eodem Molanus ibidem; qui dicit uitam eius MS. reperiri Rhodij, duobus libris.*

TERTIO NONAS I V N I I.

Cordubæ in Hispania, Sæcti Isaaci Monachi, & martyris, qui pro fide Christi gladio necatus est, cum esset annorū uiginti septem. In sinibus Aurelianensium, Sæcti Liphardi Abbatis & confessoris. Hic à forensi iudicio ad clericalem uitam primum se transtulit, deinde Monachus factus in solitudinē se abdidit, ubi in tuguriolo ex uirginibus contexto, uitam egit sanctissimam. Cluniacensi Monasterio, Sæcti Morandi Monachi, discipuli Sæcti Hugonis Abbatis. Turonis, in cœnobio Sæcti Martini, depositio Sæctæ Clotildis Reginae, quæ uiro suo Clodoueo orbata, in eodem Monasterio uelata, religiosissimam uitam duxit, & miraculis clara migravit ad Dominum, cuius corpus Parisios relatum, iuxta uirum Clodoueam sepultum est. Camalduli, Sæcti Peregrini Eremitæ, Ordinis Camaldulensis, in cuius transitu Angeli laudes Deo canere, dum beatam animam reciperent, auditi.

I V N I I 3.

ISaaci] *De eodem Mar. Rom. cum Baronio, V. Suardus, Galefmius, Marcolycus, Felici, & alij. hac die. Huius martyrium explicat S. Eulogius in mem. Sæcti, in præfatione, lib. 1. & lib. 2. c. 2. Illud & narrat Alphonsus in flore Sæctorū Hispaniæ, hac die. & Ambrosius de Morales in Hist. Hisp. lib. 14. c. 7. fuit autem Monachus cœnobij Tabanensis, quod Hieronymus eius Auunculus construxerat, & martyrio coronatus est anno Domini 851. feria 4.*

Liphardi] *De eo omnes supracitati, hac die. Beda autem die sequenti eum reponit. Agunt de eodem hac die, Petrus in Catalogo, lib. 5. c. 8. & Trittemius de uir. ill. Ord. S. Ben. lib. 3. c. 164. Redarguitur hic Baronius nisi mendosus sit codex, qui eius acta reperiri ait apud Petrum, lib. 5. c. 8. Huius*

Huius vitam adfert Surius Tom. 3. hac item die. Fit Monachus in Magduno apud Aurelios anno etatis sue 40. deinde Abbas. floruit circa annum Domini 550.

Morandi] De eodem hac die Molanus in Addit. ad Vsuarium; & Calendarium, ac Chronicon Cluniacense. Eius vita habetur Cluniaci MS. Vixit anno Domini 1100.

Clotildis] Eiusdem meminere Marty. Rom. cum Baronio; Molanus in Addit. ad Vsuarium & Galefinius, hac die. Res eius gestas, & auctores qui de eadē loquuntur vide apud Baronium, in notis huius diei. Quod autem vitam religiosam duxerit post uiri mortem in cœnobio S. Martini Turonis, sub Regula D. Bened. auctor est Franciscus Belforestius in Annalibus Franciæ, lib. 1. c. 12. qui item cap. 16. dicit eam ibidem obiisse anno Domini 554. quamuis secundum Baronij notas videatur migrasse aliquot annis ante.

Peregrini] De eodem Tabula Camaldulenses, hac die. Vitam eius compendiosè describit August. Florent. Hist. Camald. par. 1. lib. 2. c. 50. Obiit anno Domini 1288. sepultus in summo Altari, ad cuius arcam leguntur huiusmodi uersus à Gabriele Monacho conscripti.

Qui superas Eremitas perduras o homo cautes

Huius, & ascendis deuotus vota daturus,

Hic tu siste gradum, precibus de more peractis,

Erectisque oculis pendenteis cerne locellos,

Queis Eremita pius Peregrinus iure beatus

Conditur, & vitæ merito sibi quippe dicato.

Ecce loco hoc templi clauduntur membra sacrata.

Si tamen, & uitam cupis, & cognoscere mores,

Ipsius que obitus cælesti Carmine ductos;

Hoc tibi suppositæ, referent piâ uerba Tabellæ.

PRIDIE NON. IUNI.

IN Monast. Cluniacensi, depositio S. Petri de Bono, qui primū mercator Burgenfis, & vxoratus; deinde seculo, & uxore relictis, Monachus Cluniacensis, & sacerdos adeo religiosus & deuotus, ut totū ex integro Psalterium quotidie, ultra seruitutis suæ pensum, deuotè persoluerit; insuper & horas de Spiritu Sancto addiderit. Vnde in Sancto die Pentecostes, ea hora qua Conuentus cantabat in Choro, Veni creator spiritus, ad paradysi amœna deductus est.

IUNI 4.

Petri de bono] Cuius natalem, hac die annotat Chronicon Cluniacense MS. quod apud me est. Mortem autem eius accidisse refert tempore

porè D. Odonis, illius nominis secundâ, anno Domini 1419. Sepultus est
in Monasterio suo Cluniacensi.

NONIS IUNI.

IN Frisia, Sancti Bonifacij Episcopi & martyris, qui de Anglia
Romam ueniens, & à Sancto Gregorio secundo in Germaniam
missus, ut fidem Christi illis gentibus euangelizaret, cum maximam
multitudinem, præsertim Frisonum, Christianæ religioni subiun-
gasset, Germanorum Apostolus meruit appellari; nouissimè in Fri-
sia furentibus gentilibus gladio peremptus, martyrium consumma-
uit, cū Eobano Coepiscopo, Adelario Episcopo, Vvitrungio, Vval-
tero, Adhalero presbyteris, Stricaldo, Hamuntio, Bosone, Diaconibus,
Vvaccaro, Gundechero, Vvillihero, Hildebrando, Adolpho,
& alijs trigintanouem Monachis. Eadem die, Sancti Felicis, Mon-
achi, & martyris, sanctitate, & uerbi Dei prædicatione celebris. Ca-
uæ, depositio beati Falconis, Abbatis Cauensis sexti, sanctitate clari.

IUNI 5.

Bonifacij] De eodem Mart. Rom. cum Baronio, Beda, Vvsuardus, Ado,
Molanus in Annotat. ad Vvsuard. Galefinius, Maurolycus, Felici-
& alij hac die. Res eius gestas scripsit Sanctus Vuilibaldus Aichstaden-
Episcopus eius discipulus. Item anonymus quidam post eum, qui iussu Ful-
densium, vitæ eius Historiam libris duobus descripsit. Hanc adfert Ste-
rius, Tom. 3. hac die. Rythardus item Monachus Hirsaugiæ, eandem le-
roico metro decantauit libris duobus. Agunt de eodem, Petrus in Catalo-
go, lib. 5. cap. 87. Vincentius in Speculo, libr. 23. cap. 157. Trittemius in
Chronico Hirsaugiæ, & de uir. ill. Ord. S. Bened. libr. 1. cap. 6. lib. 2. c. 14.
lib. 3. cap. 171. & lib. 4. cap. 76. Platina item in uita S. Gregorij II. Papa
& infiniti recentiores. Fuit natione Anglus Regij stemmatis, Monachus
primm cœnobij Adefcancaster sub Abbate Vvolfhardo; exinde Man-
scellæ, sub Vvintberto Abbate, postea missus in Germaniam ad prædi-
candum, factus est primus Moguntinus Archiepiscopus, & antiquatè
priori nomine (Vvnisfridus enim appellabatur) Bonifacius à perpetuo bene-
agendi studio, vocatus est. Coronatus est martyrio, anno Domini 754.
uolunt Beda, & Sigebertus, & Meyerus, libr. 1. Annal. Flandr. quos se-
quitur Baronius. Trittemius uerò locis citatis, Molanus in Indiculo Sacer-
dotum Belgij; Petrus Cratepolius de Episcopis Germaniæ, & alij nonnulli
anno 755. passum scribunt. Nouissimè Cornelius Kempius Doconiensis
de origine Frisiorum, lib. 3. cap. 21. passionem eius retulit in annum 754.
Passus est autem in Docxum, oppido Frisiæ, nunc Leonardiensis Diocesis,
ubi & primum sepultus est, quo loci plurima relicta sanctitatis eius me-
ni-

nimenta, ut refert idem Cornelius, cap. 22. & 23. lib. 3. De eadem autem Ecclesia, siue Doccomensi Pago sic olim cecinit S. Alcuinus Anglus Doctor, & Monachus, magisterq; Caroli Magni Imperatoris.

Hic pater egregius meritis Bonifacius almis,
Cum socijs pariter fundebat sanguinis vndam.
Indita martyrij sumentes stemmata sacri,
Terra beata nimis, sanctorum sanguine diues,
Transuolat hic victor miles ad præmia cœli,
Vltima cespribus istis uestigia linquens.
Suadeo quapropter, curuato poplite supplex,
Tu quicumque legis, terris his oscula fige.
Spesque tibi fiat, lachrymis ascendere cœlum
Hic potuisset.

Hic manet ille cruor, cuncto preciosior auro,
Membraque cœlesti rore hæc perfusa quiescunt.
Adiuuat hinc Paulus, Doctor Bonifacius inde,
Hæc illis quoniam constat simul aula dicata.

Ad eundem extant plures Epistolæ Gregorij II. & Zachariæ Pontificũ, quarum nonnullæ reperiuntur in Concilio Tomis. De eodem uide explicationem nostram ad tertium huius Arboris ramum. Vocatur item & ab Hadriano Barlando, & Gerardo Nouiomago in Catalogis Episcoporum Traiectinorum, secundus illius sedis Episcopus: à Demochare uero, qui de eodem fusè agit de Sacrific. Missæ, Tom. 2. cap. 34. notatur 17. Episcopus, Archiepiscopus autem primus Moguntinus.

Eobano] Siue Cobano, E in C mutato, ut uocat Trittemius de uir. ill. Ord. S. Benedic. lib. 3. cap. 176. De eodem agit, & Molanus in Indiculo Sanctorum Belgij; Becanus item in Historia Hollandiæ, à quo uocatur Chorepiscopus, siue Coadiutor Bonifacij. Quiescit Traiecti apud S. Saluatorem, ubi inscribitur Chorepiscopus. Petrus item Cratepolius de Episcopis Germaniæ eiusdem meminit. Vocatur autem à Petro in Catalogo, lib. 5. cap. 87. uocabulo corrupto Eobaricus.

Adelario] De eodem Trittemius, lib. 3. cap. 175. & lib. 4. cap. 183. & Petrus Cratepolius de Episcopis Germaniæ, à quo nunc Adalaris, nunc uero Adelbaris uocatur.

Vuitringio] Dicitur hic à Trittemio, lib. 3. cap. 185. Vuitringus: à Molano in Indic. SS. Belgij Vuitringus.

Vualtero] Siue ut Trittemio, lib. 3. c. 174. placet Uualthero: de eo agit & Molanus loco citato.

Adhalero] De eodem agit Trittemius, libro tertio, cap. 181. sub nomine

ne Adelheri, & Adelleri.

Stricaldo] Trittemius, libro tertio, capit. 182. Stierbaldum; Molanus autem in Indiculo Stierbaldum, nominant.

Hamuntio] Sic & Molanus in Indiculo; Trittemio verò, libro tertio, cap. 178. Hamundus est.

Bofone] De quo Molanus ibidem, & Trittemius, lib. 3. cap. 174.

Vvaccaro] Trittemius, libro tertio, capit. 183. litteras cc. in tt. mutat; Vvattarum scribens: de quo & Molanus ibidem.

Gundechero] Eiusdem meminit, & Molanus ibidem, à quo Gundeherus uocatur: à Trittemio verò, lib. 3. c. 177. Guntherus.

Vvillihero] Sic legit, & Molanus ibidē. Trittemius autē hunc omittit.

Hildebrando] Hunc adiungit Trittemius, libro 3. c. 179. Frater fuit Hamuntii, siue ut uocat Hamundi.

Adolpho] Concordat, & Molanus in Indiculo: sed discrepat Trittemius, lib. 3. cap. 180. appellatur enim ab eo Haruolfus, & Hartuolfus.

Et aliis 39. Monachis] Quorum nomina sunt in libro vitæ scripta; & ideo parum refert si ab hominibus ij ignorentur, qui Dei notitia gloriatur.

Fœlicis] Huius natalem, hac die, annotat Trittemius de uir. ill. Ord. S. Bened. lib. 3. cap. 187. Fuit Monachus cœnobii Frislarientis in Germania; martyrio coronatus ab eis gentibus, quibus Euangelium nunciabat.

Falconis Abbatis] Tabulæ Cauenses de eodem agunt hac die. Successit in regimine B. Simeoni, obiitq̄, anno 1147. Abbatia septimo.

OCTAVO IDVS IVNII.

A Pud Senones, Sancti Aldrici Episcopi & confessoris: hic Monachus, deinde Abbas, post Episcopus, uitæ & institutionis Euangelicæ rationem mirificè excoluit. Gandau in Belgio, Sancti Guduuali Episcopi & confessoris, pijs vitæ institutis præstantissimi, spectatæque sanctitate, & miraculorum magnitudine clarissimi. Veneratione in Galliis, depositio Sancti Claudii Episcopi, miraculorum gloria clari. Malbodii, ostensio corporis Sanctæ Aldegundis uirginis, & Abbatissæ. In Anglia, passio cuiusdam Sancti Monachi, cognomento Mairi, qui ob negatam Henrico VIII. Regi Pontificiam potestatem, laqueo enectus, & Londini in partes dissectus est. Eodē die, Sancti Norberti Episcopi Magdeburgensis, fundatoris Ordinis Præmonstratensis, qui obtenta à Gelasio II. Romano Pontifice prædicandi facultate, multos ad uiam ueritatis reduxit.

I V N I I 6.

Aldrici] De eodem Galefinius, hac die, & Demochares de Sacra Missæ, Tomo 2. c. 17. à quo notatur. 48. illius ciuitatis Archiepiscopi.

scopus. Fuit *Monachus & Abbas Ferrariensis canobij*; obiitque anno Domini 842.

Guduali] De eo Molanus in *Add. ad Usuardum, & in Indic. SS. Belgii, Galefimus, & Felici*, hac die. Eius vitam habet Surius, Tomo 3. hac die. Relicto Episcopatu, factus est Pater 188. *Monachorum*, deinde *Abbas Mevoti*. De eodem agitur in *uita S. Bertulphi*, cap. 27. Tom. 1. Suriij, Nonis Februarii. Vixit circa annum Domini 390.

Claudij] De eodem *Mart. Rom. cum Baronio*; Molanus in *Addit. & Annot. ad Usuardum, Felici, & Maurolycus*, hac die. Vitam eius extare refert Molanus, quæ sic incipit, In nomine Sæcte, & indiuiduæ Trinitatis, laudabili fratrum Iurenfiū, instantia commoniti. Aliam adfert Surius To. 3. hac die. De eodem agunt *F. Jacobus de uoragine & F. Claudius de Rota in Legendario cap. 187. Interfuit Concilio Epaumensi*, cui & subscripsit; Creatus est ex *Monacho, & Abbate S. Eugendi Episcopus Bistuntinus* anno 626. ut annotat *Demochares de Sacrif. Missæ*, Tomo 2. cap. 31. Requiescit in quodam uico, qui à suo nomine S. Claudius uocatur, non longe à *Gebenma*, in Comitatu *Burgundie*, ob frequentes populorum peregrinationes, & miracula crebra, quæ Deus ibidem operatur, totummodo celeberrimo, in quo ita adhuc integer cernitur, ac si nudius tertius ex hac uita migrasset. Beda, & Galefimus eum die sequenti reponunt.

Ostensio S. Aldegundis] Eandem recenset Molanus in *Additio. ad Usuardum*, hac die.

Passio Monachi Mairi] *Nicolaus Sanderus de schismate Anglicano*, lib. 1. huius martyrium, hac die annotat; à quo hæc eadem desumpsimus.

Norberti Episcopi] De quo *Martyr. Rom. cum Baronio*; Molanus in *Addit. ad Usuardum, Galefimus, & Felici*, hac die. Vitam eius adfert Surius, To. 3. Erat *Norbertus natione Agrippinas, Christi quæ, primum nomen dedit in Monasterio Sigeburgensi, sub Regula S. P. N. Benedicti*; inde factus est *Episcopus Magdeburgensis XV. ut annotat Crantzius Metrop. lib. 6. cap. 12. & Demochares de Sacrif. Missæ, Tomo 2. cap. 41. sed ante Episcopatum facultate à Gelasio Papa II. obtenta predicandi Euangelium, Ordinem nouum Premonstratensium inceperat in Episcopatu Laudunensi, sub Regula D. P. Benedicti primum, ut auctores sunt Philippus Bergomensis, lib. 12. Supplement. Chronicorum, Frater etiam Joannes de Pineda, Ordinis S. Francisci in Monarchia Ecclesiastica, lib. 22. cap. 22. §. 6. & Marcus Guazzo in Historia sua, & alij. Succedente uero tempore præfati Ordinis Patres Regulam S. Augustini sibi assumpserunt, sub qua in hodiernum usque militant. Vixit autem Norbertus in Episcopatu annos octo, & à seculo migravit anno à partu Virgineo 1134.*

SEPTIMO IDVS IVNII.

IN Anglia, depositio Sancti Roberti Abbatis, Ordinis Cisterciensis. Cordubæ in Hispania, Sanctorum martyrum, Petri presbyteri Astigitani, Vualabosi Diaconi Ilipulensis, Sabiniani, Vvifremundi Astigitani, Habentii Cordubensis, & Hieremie item Cordubensis, Monachorum. Hi sex fortissimi Dei milites in Arabica persecutione biduo post Beati Sancij martyrium, accensi ardore pietatis, ad expugnandum fidei hostem, descendunt; Christumque Deum liberè confessi, explosa Mahometici dogmatis impietate, deploratæque eorum cœcitate, qui ex Mahometis legibus uiuerent, forti animo pro fidei Christianæ studio ceruices dederunt. Eorum corpora sexto post die concremata sunt. Monasterio Sithiu, translatio Sancti Folquini Morinorum Episcopi. Diuione in Burgundia, depositio sancti Gulielmi Abbatis, qui multis clarus uirtutibus quiescit in pace. In Monasterio Heydenhemeni apud Aichstadium in Thuringia, Sancti Deocari Abbatis, religione Monasticæ conuersationis insignis. Vuigornie in Anglia, translatio sancti Vuolstani Episcopi, & confessoris.

I V N I I 7.

Roberti] De eodem Marty. Rom. cum Baronio; Molanus in Addition. ad Vsuardum; Galestinus, & Felici, hac die. Vñ eius adfert Surius, hac item die, To. 3. Fuit primum Monachus Monasterii Vualabeiensis, deinde Abbas. Obiit anno Domini 1159.

Petri, Vualanbosi] Siue Vualonbosi, Horum omnium martyrium fuit describit S. Eulogius hac die, in memor. Sanctorum, lib. 2. cap. 4. De iisdem meminere hac die Mart. Rom. cum Baronio, Vsuardus, Maurolycus, & Felici. Galestinus uerò sequenti, sed malè: decipitur enim, cum dicit S. Eulogium eisdem sexto idus reponere; nisi fortè mendum sit in Eulogii exemplari: illud enim, quo usus sum, benignitate R. Baronij, Romæ, mihi commodatum; septimo idus eisdem passos affirmat. De iisdem agit hac die Aphonsus in flore Sanctorum Hispania. Ambrosius autem de Moraliâ Hist. Hisp. lib. 14. c. 8. eorum passionem recoli ait die sequenti. Passi sunt anno 851. feria 2. Petrus autem & Vualambosus fuerunt Monachi Monasterii S. Marie de Cateclara, sub Frugello Abbate, non longe à Corduba. Sabinianus, & Vvifremundus, Monachi S. Zoili Armilatensis. Habentius uerò, & Hieremias, qui erat Auunculus S. Isaac, de quo 3. mon. huius diximus, uitam Monasticam duxerunt in cœnobio Sancti Christophori Cordubæ.

Translatio S. Folquini] De eadem Molanus in Addit. ad Vsuardum hac

hac die. de quo plura 19. cal. Januarij.

Gulielmi Abb.] *Ex calēdario MS. istius natalem hic annotant. De eodem Tritemius agit de vir. ill. Ord. S. Ben. lib. 3. c. 240. Vixit anno 1020. Deocari Abbatis] Istius depositionem hac die notat Tritemius de vir. ill. Ord. S. Ben. lib. 3. c. 234. Eius reliquie Nuremberge aservantur.*

Transl. S. V. vollstani] *Facta refertur hac die, anno 1218. die Iouis post festum Pentecostes, à Matthæo Westmon. in Floribus Historiarum ad annum 1218.*

SEXTO IDYS IVNII.

Meritis ciuitate, depositio S. Clodulphi Episcopi & confessoris, qui multa pietate feruens cum familiam piè moderasset, spreto mundi illecebris concessit in eremum, à qua reuocatus, primùm Metensem Pontificatum, dehinc Treuirensē Archiprælulatum, ordine quinquagesimus accuratè iniit, & sanctitate plenus migravit in cœlum. Valentia in Hispania, Sancti Eutropii Episcopi & confessoris; hic ex Abbate Sirbitano, Episcopus Valentia factus, doctrina & exemplo populos sibi commissos in fide continuavit. In monte Sancti Disibodi, depositio eiusdem Disibodi Episcopi, qui Episcopatu relicto, Pater multorū factus est Monachorum in Monasterio Diocesis Moguntinae, comitatus Spanheimensis, qui locus postea à suo nomine, mons Sancti Disibodi dictus est, & miraculis clarus in pace quieuit. Monasterio Sirhii, Relatio, siue Translatio Sancti Audomari Episcopi, quando Sanctus Folquinus corpus eius fugato Hugone Abbate à Lisbourh, retulit, anno octingentesimo quadragesimo tertio, & in Sithiu iuxta corpus B. Bertini sub terra recondidit. Vbi per multos annos homines quidem latuit, at reuelatus est, ubi Dominus uoluit.

IVNII 8.

Clodulphi] *De quo Mart. Rom. cum Baronio; & Molanus in Addit. ad Vuarium sic, hac die. Galefinio, & Petr. Cratepolio est Clodulphus, Maurolyco Codulfus; Felici in Ephemeridibus, hac item die, Conduffus; nonnullis Flundulphus: Quibusdam, Feudulphus, siue Ferdulphus; nec desunt, qui affinitate litterarum decepti, Ludolphum appellant. Legitima tamen, & vera lectio, Clodulphus, esse debet, ut ex tribus diplomatibus eiusdem, Abbatibus, Metelocensi, & Toleiensi, concessis, quorum copia apud me est, edoctus sum, in quibus, tam in principio, quam in fine diplomatum, ipsis priuilegijs subscribens, Clodulphum semper scribit. De eo agit fustius Franciscus de Rosieres, Tomo 3. stemmatum Lotharingie, historia capitali 49. folio 136. Fuit filius Sanctorū Arnulphi Episcopi Metensis*

tensis Ducis Austrasiæ, & Monachi, & Dode religiofissime fœminæ, Dux
& ipse Austrasiæ, quæ nunc Lotharingia uocatur, ordine sextus. Hic exem-
plo Parentum prouocatus, in eodem quo Pater Monasterio vitam Mo-
nasticam, & Eremiticam duxit, à qua ad Episcopatum Metensem affino-
ptus, illius sedis 32. Antistes extiit: ex eaq; ad Treuirensē translatus,
cum in omni sanctitate populum sibi creditū aliquot annis rexisset, migra-
uit à seculo, circa annum Domini 673. Sepultus in cœnobio Metensi iux-
ta cineres Patris.

Eutropii] Huius natalem hac die annotat Fræciscus Tarapha de Ro-
gibus Hispaniæ, in Sisebuto Rege. Erroris tamen redarguitur, cum dicat,
uitam eius compositam à Vero Hispanensi Episcopo. Verus enim, ut testan-
tur Vsuardus, & Ado ad sextum Cal. Iunii; & Sigebertus de script. Eccles.
cap. 73. non istius Eutropii, sed alterius qui Arausica ciuitatis Episcopatus
rexit tempore Valentiniiani II. Imper. gesta noscitur descripsisse. Cauendum
ergo est Tarapha. Agunt de nostro Eutropio, Tritt. de uir. ill. Ord. S. Ben.
lib. 2. c. 14. & Ambros. de Moral. Hist. Hisp. li. 11. c. 70. Vixit an. D. 600.

Disibodi Episcopi] Migravit hic à seculo hac item die, ut refert Tri-
temius de uir. ill. Ord. S. Ben. lib. 3. c. 288. Fuit primo Episcopus in Hiber-
nia, deinde Monachus & Abbas, circa annum 700. Eius vitam, ut hic
testatur idem Trittemius, & libris de Script. Eccles. & de luminaribus Ger-
mania, composuit S. Hildegardis Abbatiſſa Bingenſis, quæ extat cū alijs
operibus eiusdem Sanctæ, impressa Louani.

Relatio, siue Translatio .Audomari] De qua Molanus in Adul-
ad Vsuardum hac die. & Meyerus in Annal. Fland. lib. 2. ad annum 843.

QVINTO IDVS IVNII.

IN Scotia, Sancti Columbi, Presbyteri & confessoris, magnæ
& admirandæ virtutis uiri. Siraculis in Sicilia, depositio Sancti
Maximiani eiusdem ciuitatis Episcopi & confessoris, cuius Sanctus
Gregorius Papa sapius meminit. Florentiæ, Sancti Siluestri Eremitæ,
Conuersi Monasterii Sanctorum Angelorum, Ordinis Carthu-
dulensis, sanctitate clari.

I V N I I 9.

Columbi] Alias Columba, ut est in Vsuardi codice hac die; de qua
& Beda, Mart. Rom. cum Baronio, Galeſinius, Maurolycus, & Fa-
lici, hac item die. De eodem plura, Beda in Hist. Angl. lib. 3. c. 4. & 2. 5. 6.
Columba. item lib. 5. c. 10. Hermanus item Cōtractus in chronico antio-
Columbam appellat ad annum 596. sic inquit; Sanctus Colūba Ab-
bas in insula Hu, objt, an. etatis septuagesimo septimo: in recetiori
tem

tem impresso Francofurti anno 1585. Columbanum, sic enim ait: S. Columbanus presbyter, & Abbas, post multa mirabilia infula hii iuxta Hiberniam, migravit ad Dominum, anno etatis septuagesimo secundo. Hac ille. Vitam eius, Molano referente descripsit Adamannus Abbas, quae M.S. reperitur in cenobio S. Gisleini iuxta montes Hannoniae.

Maximiani] De eodem omnes supracitati hac die. Fuit Abbas S. Andreae Romae, ut notat Io. Diaconus lib. 1. c. 6. & 33. vita S. Gregorij, & Petrus in catalogo lib. 5. c. 100. Trittemius quoque de vir. ill. ord. S. Bened. lib. 3. c. 18. & lib. 4. c. 228. Gregorius Papa dialog. lib. 3. c. 36. homil. 34. in euang. & in registro. lib. 2. epist. 4. lib. 4. epist. 19. & lib. 12. epist. 13. Migravit ex hac vita anno Domini 596.

Siluestri] Tabula Camaldulenses de eodem agunt hac die. Vitam eius compendiose recenset D. Augustinus Florent. par. 2. hist. Camald. lib. 3. cap. 14. Obijt anno 1348. quiescitque in Ecclesia Angelorum in altari S. Ioannis Baptiste.

QUARTO IDVS IVNII.

IN Colonia Agrippina, Passio Sanctiss. Maurini, Abbatis & martyris. Huius fortissimi Crucis signiferi, Christus, chara sibi merita, per crebra virtutum opera mundo declaravit, quando eius Sacrum corpus reuelare dignatus est. Moguntiae, Sancti Bardonis episcopi & confessoris, deuotione praecipui. Vuerdae, Eleuatio Sancti Suniberti Episcopi & confessoris.

I V N I I. IO.

Passio S. Maurini] de eodem Mart. Rom. cum Baronio: Molanus in addit. ad Vsuardum, Galestinus, Maurolycus, & Felici, hac die. Inuentionis eius historiam quae facta est die 13. Octobris, retulit Surius, hac uero die tomo. 3. Passum autem hac die testatur inscriptio ipsius Sarcoptagi, quae sic habebat.

Hic requiescunt ossa bonae memoriae Maurini, qui in atrio Ecclesiae martyrium pertulit, Sub die quarto Idus Iunii. Fuit ut refert Petrus Cratepolius Abbas Sancti Pantaleonis Coloniae, ibidem notatur hic Baronius, qui in notis huius diei, putat eundem esse, cum Maurino siue Amarino, de quo agit Trittemius de vir. ill. ord. S. Ben. lib. 3. c. 134. qui martyrio coronatus est, cum S. Praeecto Episcopo, die octavae calendae Februarij. Ille enim Abbas erat Claroangi in Aruernia, passus est, ut diximus die 25. Ianuarij. Hic uero fuit Abbas S. Pantaleonis in Colonia, & hac die occisus refertur. Errorem peperit, quod uterque in atrio Ecclesiae passus referatur. Quiescit hic S. Maurinus in eodem S. Pantaleonis Monasterio.

N n Bardo

Bardonis] *Huius natalem hac die, notat Tritemius de vir. ill. ordin. S. Ben. lib. 3. c. 243. & lib. 4. c. 117. Fuit autem Abbas Virdunensis, Fuldensis, & Hirsfeldensis, & Archiepiscopus Moguntinus. 22. ut notat Demochares de sacrif. missæ, tomo. 2. cap. 34. creatus anno Domini 1031. mortuus 1051. regiminis sui anno 20. Hermannus Contractus in chronico, tam antiquo, quam recentiori, ad annum 1051. eundem obiisse in die tertio Idus Iunij, idest sequenti, & multis miraculis claruisse affirmat.*

Elevatio Suiiberti] *Hanc hac die factam testatur Marcellinus naachus in vita S. Suiiberti, die 1. Martij apud Surium tomo. 2.*

TERTIO IDVS IVNII.

Remæ, sancti Remberti episcopi, & confessoris, de quo pridie nonas Februarij. In Monasterio Dononio, relatio sanctæ Ragenfredis virginis, & Abbatissæ. Taruisij, depositio sancti Parisij Monachi, ordinis Camaldulensis, miraculorû gloria clarissima.

I V N I I 11.

Remberti] *de eo hac die agunt Molanus in addit. ad Vsuarium, & Galestinus: Meyerus vero in anal. Fland. lib. 2. ad annum 887. & in Idibus Junij eundem reponit: qui licet migravit pridie nonas Februarij, uti eo die notavimus, principalior tamen festivitas hac die recolitur.*

Relatio s. Ragenfredis] *de eadem agit Molanus ibidem, & in tabulo SS. Belgij, hac die. Agemus de ea octavo idus octobris.*

Parisi] *De eodem hac die Felici in Ephemeridibus, & Tabula Camaldulenses. Vitam eius scribit D. Augustinus Florent. parte 1. lib. Camald. lib. 2. cap. 20. fusè satis. fuit natione Bononiensis, obiit anno Domini 1267. ætatis sue. 116. postquam presuisset Monasterio Sanctimonialium S. Christinæ Taruisij, ann. 77. Quiescit Taruisij.*

PRIDIE IDVS IVNII.

Traiecti, depositio sancti Odulphi presbyteri & confessoris prophætico spiritu illustris, cuius reliquiæ habentur apud sanctum Salvatorem ibidem.

I V N I I 12.

Odulphi] *De eodem Molanus in addit. ad Vsuarium, & in tabulo SS. Belgij: Galestinus, & Felici, hac die. Eius vitam habet Vsuarium tomo. 3. hac die. Agit & de eo Petrus Cratopolius de episcopis Germaniæ; fuit Monachus Traiectensis, Sancti Salvatoris primum, deinde Præpositus Staverensis, floruit anno 862.*

IDIVS IVNII.

Cordubæ in Hispania, passio Sancti Fandilæ presbyteri, & Martyris, qui in persecutione Arabica, pro Christo, quem dilexit

dilexit, & ardentè coluit, præciso capite, piè & fortiter martyriũ
 subiit. In Claraualle, obitus beati Gerardi monachi, de quo San-
 ctus Bernardus sermone super cantica vigesimo sexto.

I V N I I 13.

[Andilæ] De eodẽ hac die, mart. Ro. cum Baronio, Ado, Vsuardus, Ga-
 lesinius, Maurolycus, & Felici. Petrus in catalogo lib. 5. c. 114. Pas-
 sionem eius scribit S. Eulogius martyr. in memor. Sancti lib. 3. c. 7. Habent
 eandem Alphonsus Villegas in flore Sancti. Hispania, & Ambrosius de
 moral. hist. Hisp. lib. 14. c. 19. fuit natione Accitanus, & monachus cœ-
 nobij Tabanensis non longe a Corduba, sub Martino Abbate. Mar-
 tyria coronatus est anno Domini 853.

Gerardi] De quo Molanus in addit. ad Vsuardum, hac die: fuit mo-
 nachus ordinis Cisterciensis.

DECIMOCTAVO CALEND. IVLII.

Ordubæ in Hispania, Sanctorum martyrum, Anastasii presby-
 teri, Felicis Monachi, & Dignæ virginis: quorum egregia pie-
 tas, ac fides, tormentis, & sanguine profuso, in Arabicæ persecutio-
 nis impetu declarata, litteris ad posteritatem, a sancto Eulogio mar-
 tyre prodita est. Aurelianus, translatio sancti Euspitii Abbatis Mi-
 cicacensis primi. In Brittania sancti Brandani Abbatis, qui cū qua-
 tuordecim monachis perlustrans Oceanum, & insulas Fortunatas,
 miracula vidisse refertur.

I V N I I 14.

[Anastasi] & Sociorum] De his mart. Rom. cum Baronio, & Galle-
 sinus, hac die. Eorum martyrium conscripsit S. Eulogius martyr.
 in memor. Sancti lib. 3. c. 8. Alphonsus in flore Sancti. & Ambrosius de
 moralib. in hist. Hisp. lib. 14. c. 20. Passi sunt anno Domini 853. Anasta-
 sius Monachum egit in cœnobio S. Aciseli, a quo postea ad Eremum
 transiit: Felix natus Compluti, professionem emisit in quodam Mona-
 chio ord. S. Benedicti in Asturijs sito: Digna vero velata est in Taba-
 nensi virorum & mulierum cœnobio, sub sancta Isabella Abbatissa, uxo-
 re quondam S. Hieremie Monachi & martyris, de quo supra egimus.
 Hæc exemplo Ruth Moabitidis, non permittebat se Dignam vocari, sed
 indignam.

Translatio Euspitii] De hac Molanus in addit. ad Vsuardum hac
 die: cuius natalem hæcenus ignoramus.

Brandani] De eodem Maurolycus, & Petrus in catalogo lib. 5. cap.
 117. hac die. Egimus & nos de eo die 17. cal. Iulij.

DECIMOSEPTIMO CALEND. IULII.

IN Monasterio Crispiniensi, transitus, & translatio Sancti Landelini Abbatis. Hic à beato Auberto eruditus, sed post maliciâ suasionem deceptus, viam veritatis deseruit, sed precibus eiusdem, & Angelicâ uisitatione territus, postea renocatus, & a sancto Martino Papa officium prædicationis suscipiens, & efficaciter complens, plurimorumque fundator cœnobiorum existens, quicuit in pace. In Angliâ, depositio Sanctæ Eadburgæ uirginis, Edouardi primi Anglorum Regis filiæ, quæ in cœnobio Sarisberienfi uitam Angelicam duxit, & miraculis clara, ad sponsum, quem in terris dilexit, migravit.

I V N I I 15.

Monasterio Crispiniensi] *Est in territorio Valencenensi in Hispania, super Hon fluium, sic vocatum, quod S. Landelinus eius fundator suis precibus a Deo impetrauerit Fontem Crispinianum vocatum.*

Landelini] *De eodem mart. rom. cum Baronio: Molanus in addit. ad Usuardum, & in indic. SS. Belgij. Galestinus, & Felici, hac die. Eius vitam adfert Surius tom. 3. hac die. Extat & alia MS. Crispini, descripta a Philippo, Abbate Bonæ spei. De eodem agunt, Trithemius de script. ill. ord. S. Ben. lib. 3. c. 100. Vincentius in speculo lib. 23. c. 104. & Petrus in catalogo lib. 11. c. 63. qui i. & n. litteris in m. conuersis, Landelinum appellat. Vocatus est alio nomine Morosus, floruitque anno 672. Quiescit Crispini.*

Eadburgæ] *alias Edburgæ. De qua Molanus in addit. ad Usuardum, Galestinus, Maurolycus, & Felici, hac die. Vitam eius compendiosè describit Continuator Bedæ, lib. 2. cap. 33. Agit de eius monachatu & Ilydorus hist. Angl. lib. 6. Fuit autem sanctimonialis Sarisberie non longè a Wintoniensi ciuitate, circa annum Domini 930. Meminit & eandem res eius gestas descripsit, quæ sic incipiunt, Fidelibus in Christo lotoribus.*

DECIMOSEXTO CALEND. IULII.

Missa in Germania, depositio sancti Bennonis Episcopi, qui Sclauos ad Paganismum relapsos, sua prædicatione ad fidem conuertit, & miraculis clarus migravit ad Dominum. Nannetes in Britannia minori, sancti Similiani Episcopi, & confessoris. In Dacia, sancti Vuilhelmi Abbatis. In Eischel Constantiensis diocesis, eleuatio Sanctarum uirginum Cûnegundis, Mechundis, & Vbrandis. Monasterio Sithiu, inuentio pretiosissimi corporis sancti

Bertini

Bertini Abbatis, quod repertum est sub capitaneo Altaris sancti Martini, ubi olim a beato Folquino translatum, & reconditum fuerat, anno octingentesimo quadragesimo sexto. Iacuit autem ducentis & sex ferme annis, cum primitus in sepulchro suo quievisset, centum & quadraginta nouem annis. In Aquitania Monasterio Brabantiae, sanctae Lutgardis uirginis & Priorissae, magnae deuotionis.

I V N I I 16.

BEnnonis] De eodem Mart. Rom. cum Baronio, hac die. Res eius gestas eleganti stylo digessit Dominus Hieronymus Emser Sacrae Theologiae Doctor, quae reperiuntur apud Mosandrum tom. 7. Surii, hac die. Ibidem auctoris de eodem Carmen, & Sacrae hymnus Bartholomaei Steni. Agit de eodem Petrus Cratepolius de episcopis Germaniae, a quo Berno uocatur. Fuit primum Monachus Hildeshemensis, sub cura S. Vnigeri Abbatis, postea Abbas, deinde Episcopus: migravit anno 1106. aetatis. 96. regiminis. 40.

Similiani] De quo Mart. Rom. cum Baronio: Vsuarius, Ado, Galefius, Maurolycus, & Felici, hac die. Agit de eodem & Trittemius de uir. ill. ord. S. Ben. lib. 3. c. 42. a quo Abbas Cauracensis & S. Ethbini praecceptor, uocatur, diciturque floruisse anno Domini 600. De episcopatu tamen eius nihil dicit.

Vuilhelmi] siue ut recentiori uocamus uocabulo, Gulielmi: cuius nomen hac die reponit Trittemius de uir. ill. ord. S. Ben. lib. 3. c. 290. Nos uero de eodem plenius egimus die 4. Aprilis.

Cunegundis &c.] De ipsa agit hac die Molanus in addit. ad Vsuarium, translata uero & eleuata sunt anno Domini 1504. cuius elevationis processus extat excusus circa eundem annum.

Inuentio S. Bertini] Hanc Inuentionem hac die reponit Molanus in addit. ad Vsuarium.

Lutgardis] Huius meminere hac uem die, Mart. Rom. cum Baronio; Molanus in addit. ad Vsuarium, & in indic. SS. Belgii, Galefius, & Felici. Eius uitam scripsit F. Thomas Cantipratenfis Dominicanus, quae extat apud Surium tom. 3. hac die. De eadem agit Petrus Cratepolius de episcopis Germaniae. Fuit primo Sanctimonialis in canobio S. Catharinae ordinis S. Benedicti, non longe ab Vrbe S. Trudonis, deinde se transfudit ad Monasterium Aquiranum, ordinis Cisterciensis, ubi obiit anno 1249. aetatis suae 64. in die Sabbathi.

DECIMOQVINTO CALEND. IULII.

IN Monasterio, quod Harea nuncupatur, sancti Iuliani confessoris. Ipso die, Translatio sancti Vulmari Abbatis, admirabili re-

Nn 3 ligio-

ligione, & sanctitate uiri. Eodem die, sancti Botulphi Abbatis. In Constantiensi dicecesi, Eleuatio sanctæ Christianæ uirginis. In Hispania, sancti Ferdinandi filij Ioannis Regis Portugallie, qui cum esset Equitum de Auis generalis Magister, bello captus a Saracenis, apud eos in magna humilitate, & patientia uixit, & miraculis clarus quieuit in domino.

I V N I I 17.

I Vliani] De eo Molanus in addit. ad Vsuardum, & Maurolycus hac die. Quando vixerit ignoro.

Translatio, Vulmari] alias Vuolmari. De quo Vsuardus, Ado, Galefianus, Maurolycus, & Felici, hac die. Vitam quidem eius adfert Surinus tom. 3. hac die: Sed tamen Translationis eiusdem, & non mortis, festum diem hac diei celebrari asserit auctor uite eius in fine.

Botulphi Abbatis.] Sic Molanus, hac die. Maurolycus uero; Petrus in catalogo lib. 11. c. ultimo; & Felici, Badulphum legunt, hac eadem die: at Botulphum debere legi, docent Mattheus Vuestmonasteriensis in flore historiæ, & Thomas Vualsinghamius in Ypodigmate Nestrie, qui eius memoriam faciunt. Fuit natione Anglus, & primus Abbas Monasterij Hiccanhoe, quod ipse anno Domini 654. proprijs sumptibus construxit. Agit, & de eodem chorographia Britanniæ fol. 422.

Eleuatio s. Christianæ.] De ea Molanus hac die: quiescit cum alijs tribus, de quibus præcedenti egimus.

Ferdinandi] In calendario meo Germanico, huius natalis notatur, hac die. Agunt de eodem Genealogiæ Regum Portugallie scriptores; Stephanus Lusignanus corona 4. cap. 7. Casar Campana in Arbore regum Lusitanie, & alij. Obijt anno Domini 1443. & in Monasterio Batalla sepultus est.

DECIMOQVARTO CALEND. I V L I I.

S Chonaugiæ, sanctæ Elizabeth uirginis & Abbatissæ, Monasticæ Suitæ obseruantia celebris, cui multa secreta a Deo sunt reuelata.

I V N I I 18.

E Elizabeth.] De eadem Mart. Ro. cum Baronio; & Molanus in addit. ad Vsuardum, hac die: præcedenti uero Maurolycus, & Felici vitam eius referente Molano composuit Ecbertus cœnobita Schonangæ, quam edidit Faber in libro trium uirorum, & trium spiritualium mulierum. Tradit item Tritemius in libro de Luminaribus Germaniæ, Einicheum Abbatem Schonangæ, multa scripsisse prosa & metro de eadem uirgine, qui pluribus de ea ipsa agit de uir. ill. ord. S. Ben. lib. 2. c. 120. & lib. 3. cap. 335. Agit & de ea Petrus Cratepolius de episcopis Germaniæ. Miscell. & uita.

in uita anno Domini. 1165. etatis sue 36. conuersionis 24. uisitationis di-
uinae. 13. sepulta in Monasterio S. Florini. Res eius gestas fusius expli-
catus in ramo Prophetarum arboris.

DECIMOTERTIO CALEND. IULII.

RAuennæ, depositio sancti Romualdi Abbatis & confessoris,
monachorum Camaldulensium Patris, qui collapsam in Italia
Eremiticam disciplinam restituit, ac mirifice propagauit. Ipso die,
sancti Bonifacii Episcopi & martyris, discipuli Beati Romualdi, qui
a Romano Pontifice ad prædicandum Euangelium in Russiam mis-
sus, cum per ignem transisset illæsus, Regemque ac populum bap-
tizasset, furante Regis fratre necatus, optatam martyrii coronam
accepit. In Gallia, sancti Adeodati episcopi Niuernensis & con-
fessoris, religione & sanctitate celebris, qui in episcopatu etiam po-
situs, monachi tamen propositum in nullo uiolauit.

I V N I I 19.

Romualdi] De eodem mart. Rom. cum Baronio; Molanus in addit.
ad Usuardum: Galefinius, Maurolycus, Felici, Tabula Camal-
dulenses, & alij, hac die. Res eius gestas sermone comprehendit Sanctus
Petrus Damianus S.R.E. Cardinalis, quas adfert Surius tom. 3. hac die.
Agunt de eo præterea Petrus in catalogo lib. 5. c. 128. S. Antoninus parte
2. hist. tit. 15. §. 15. Dominus Augustinus Florent. in historia Camald. par-
tis 1. lib. 1. a cap. 22. ad 44. & part. 2. lib. 1. c. 7. & pluribus alijs in locis.
Obijt in Monasterio Vallis de Castro anno 1027. etatis sue 120. quorum
uiginti in seculo, tres in cœnobio, reliquos 97. in solitudine exegit. De funda-
tione ordinis qualiter facta sit, egimus in tractatu nostro de ordinum con-
ditoribus.

Bonifacii] De eo omnes supracitati, hac die. Eius præclara facta reci-
tat S. Petrus Damianus in uita S. Romualdi cap. 27. & Augustinus Flo-
rentinus in commentis suis ad illud caput: qui item de eodem fusius agit
in hist. Camaldul. par. 2. lib. 1. c. 13. Arbitror tamen correctione aliqua in-
digere, dicit enim quinto die huius mensis passum, deceptus æquiuoca-
tione alterius Bonifacii Episcopi Moguntini, cuius passio eo die, ut ip-
se annotat, ab Ecclesia recolitur. Meminit eius & Petrus in catalogo
lib. 5. c. 88. Fuit Bosnensis Archiepiscopus & consanguineus Othonis Im-
perat. circa annum Domini 1000.

Adeodati] Cuius natalis notatur hac die a Trittemio, de uir. ill. ord.
S. Ben. lib. 3. c. 304. Ex Abbate Vallis Galilææ factus est Niuernensis Epi-
scopus, sed quo tempore non explicatur.

DYODECIMO CALEND. IULII.

Fontanellensi cœnobio, natale sancti Baini episcopi, & confesso-
ris. Truncinij depositio sanctæ Aldegundis virginis, filiæ beati
Baini Regis & martyris. In Hispanja, sanctæ Florentiæ uirginis, &
Abbatissæ, sororis Sanctorum Leandri, & Ilidori episcoporum, Eo-
dem die, sanctæ Idubergæ uirginis. Treuiris, in Monasterio Hor-
rei, depositio sanctæ Heliæ Abbatissæ, sanctitate claræ.

I V N I I 20.

Baini] De eo Molanus in addit. ad *Vsuardum* hac die. Fuit ex Abba-
te Fontanella, quintus Morinensis Episcopus, ut annotat Demochares
de *suerif. Missæ* tom. 2. c. 17. Vixit circa annum Domini 730. De eodem
agitur in uita *S. Vuandregisili* Abbatissæ apud *Suriu* tom. 4. die 22. Iulij.

Aldegundis] Eiusdem meminit Molanus ibidem, hac die; Fusius ac
eo in indiculo Sanctorum Belgij. Fuit monialis in Truncinio.

Florentiæ] alias Florentinæ; de qua mart. Rom. cum Baronio, Beata
Molanus, Galestinus, & Felici, hac die. Vitam eius adserit Alphonus in
lore Sanctorum Hispanie: & Ambrosius de *Moral. in Hist. Hisp. lib.*
12. c. 5. Fuit Abbatissa Monasterij de *Ecy*, circa annum Domini 590.
quiescit Berzocoue iuxta Guadalupam.

Idubergæ] Molanus hac die in addit. ad *Vsuardum* memoriam eius
agit: puto eandem esse cum Idaberga, uel *Itis berga* filia Pipini. Regis de
qua egimus die 21. Maij.

Heliæ Abbatissæ] De qua *Calendarium meum Germanicum* hac die,
de eadem agunt *Liber de mon. germ.* & *Yuanex de uir. ill. ordin. S. Bened.*
Fuit Abbatissa quarta, uixitque anno 750.

V N D E C I M O C A L E N D. I V L I I.

IN pago Madriacensi, Sancti Leutfredi confessoris, qui in memo-
rium eximia sanctitatis, orationibus suis fontem produxisse
fertur de terra.

I V N N I I 21.

Madriacensi] Sic *Vsuardus*, hac die; *Maurolycus* nero, *Petrus*
in catalogo lib. 5. cap. 136. & Felici, Eboracensi legunt: *Baronius*
cum *Tritemio*, & *Vincencio*, Ebroicensi: Ceterum ne quis san-
ctum elementorū affinitate illusus aberret, sciat uelim non eosdem esse Ebroi-
cos & Eboracos. Est enim in Anglia Eboracum sedes Archiepiscopatus
at uero Ebroici seu Eburonices, Celsæ sunt ad Gallia Lugdunensem secun-
dam pertinentes, Ptolemæi sententia *Auleri* appellati. In hoc ipsam
Ebroicensis agri pago Madriacensi, habitauit hic noster *Leutfredus* in
quodam Monasterio, quod nunc à suo nomine, *De Cruce Sancti Leu-*
fredi

fredi appellatur, quod a Tritemio sepe confunditur, cum Monasterio S. Crucis de Anellana.

Leutfredi] alias Leutfredi, Leufredi, vel Leuphredi. De quo mart. Rom. cum Baronio: Vsuarius, Maurolycus, & Felici hac die. De eod. agunt Vincentius in speculo lib. 23. cap. 128. Tritemius de vir. ill. ord. S. Ben. lib. 3. c. 136. & Petrus loco supracitato. Floruit anno 680. tempore Iustiniani secundi Imperatoris.

DECIMO CALEND. IULII.

IN Monasterio Cluniacensi, Sanctæ Consortiæ uirginis. In pago Hainnocensi, super fluium Hagnam, depositio Sancti Domitiani censefforis, qui beato Landelino in peregrinatione sua comes indiuiduus existens, & ab eodem in loco eodem Eremita cõstitutus, multis claris uirtutibus migravit ad Christum, & modo cum suo magistro felix requiescit Crispinio. In Monasterio Sithiu, natalis Sanctæ Orrudis uirginis. In Alemannia, Sanctæ Hildegardis uirginis sanctissimæ, & uaticinio claræ.

I V N I I 12.

Consortia.] De eadem mart. Rom. cum Baronio: Beda, Molanus, Galefnius, Maurolycus, & Felici, hac die. Quo claruerit tempore, cuiusque cœnobij monialis fuerit, hætenus me later.

Domitiani.] De eo Molanus in addit. ad Vsuarium hac die, & in indiculo sanctorum Belgij fufius. Fuit monachus Crispinij, sub Landelino Abbate.

Orrudis.] alias Rotrudis: De qua Molanus locis citatis, & Galefnius, hac die. Fuit natione Angla; sanctimonialis Andriæ, quod est in Anglia, quiescit tamen nunc in Monasterio S. Bertini in ciuitate Audomantensi.

Hildegardis.] De eadem Maurolycus, & Felici, hac die: Petrus in catalogo lib. 5. cap. 139. principalior eius festiuitas recolitur die 17. Septembris, ibi de ea agemus.

NONO CALEND. IULII.

IN Britannia, natalis sanctæ Ediltrudis perpetuæ uirginis Christi, & Reginæ Northumbriæ, quæ è patre Rege uiro admodum religioso nata, Tumberto primùm Australium Giruorum Principi, deinde Egfrido Northumbriæ Regi nupta, postquam duodecim annis choram uirilem incorrupta seruasset, sumpto uelamine sacro, sanctimonialis ex Regina efficitur in Monasterio Coldingensi, sub sancta Ebba Abbatisa uiri sui Amita; nec mora etiam uirginū mater, & nutrix piarum extitit in cœnobio Elyngensi ad quod se transfert.

ferri

ferri iusserat: quibus cum præfesset, celestis vitæ, quam imitabatur exemplis, & diuinis monitis plurimum profuit, sicque sanctitate, & miraculis clara, migravit ad dominum. Cuius merita testatur etiam caro mortua, quæ post undecim annos sepultura, cum veste qua inuoluta est, incorrupta reperta est. Laubijs, depositio. Sancti Hidulphi Ducis & confessoris, & illius Cænobij Abbatis & Episcopi. In Hasbania, cænobio Sancti Trudonis, Sanctæ Christiane virginis, quæ semel ac secundo mortua, talia stupenda perpetravit, quæ hominis sensum planè exuperant. Papiæ, Sancti Lanfranci, quondam Episcopi, & post monachi Vallis Umbrosæ, humilitatis maximæ uiri.

I V N I I 23.

E Diltrudis.] alias *Ealdrūde*, *Edeldrudis*, seu *Etheldredæ*: de qua *mart. Rom.* cum *Baronio*: *Vsuardus*, *Beda*, *Ado*, *Galesimus*, *Marcolycus*, qui *Geltrudem* legit, *Felici*, & alij, hac die. *Agunt* & de *ta Petrus* in catalogo lib. 5. c. 142. & lib. 11. cap. 67. *Beda* in *hist. Angl.* lib. 4. cap. 19. & 20. ibique scribitur eius *Epitaphium*. *Polydorus* lib. 4. *Trittemius* de *uir. ill. ord.* S. Ben. lib. 3. cap. 122. quam reponit die 14. cal. Iulij. *Vixit* circa annum Domini 683. *Huius vitam* ex *Beda* adfert *Surius* tomo 3. hac item die.

Hidulphi.] De quo *Molanus* in *addit. ad Vsuardum* hac die: & in *indic. SS. Belgij.* *Fuit*, ut refert *Trittemius* de *uir. ill. ord.* S. Ben. lib. 3. c. 303. & lib. 4. cap. 231. primum *monachus*, deinde *Abbas*, postremo *Episcopus Laubiensis*: uocaturq; tam ab eo, quam a *Francisco de Rosiers* tomo 4. *Stemmat. Lotharingæ, Dux Laubiensis*: *valedixit* autem *anno* do circa annum Domini 618. reponiturque a *Trittemio* loco citato *terti* libri, die nono *Calendas Octobris*.

In Hasbania.] *Provincia Belgij*, non longe a *Leodio*, quam corruptè vocabulo *Felici Albaniam* nuncupat.

Christinæ.] De eadem *Felici*, hac die; *Cuius vitam* cōpendiosè narrat *Petrus Cratepolius* de *Germaniæ Episcopis*; fuit *sanctimonialis Monasterij S. Catarinæ ordinis S. Benedicti* iuxta *S. Trudonem*, ubi obiit anno Domini 1224. *quadragesimo secundo*, postquam resuscitata fuerat a mortuis.

Lanfranci.] *Tabule Vallis Umbrosæ* de eodem agunt, hac die. *Vitam* eius composuisse fertur *Bernardus Balbus Papiensis Episcopus*. *Fuit* autem *ferunt Vallumbrosani* primum *Papiensis Episcopus*, deinde *abdicato* episcopatu, habitum sumpsit *Monasticū* in cænobio *S. Sepulchri Papiæ*, ubi *annis Vallis Umbrosæ*, quod a suo nomine nunc *Monasterium S. Lanfranci* nuncupat.

incipitur: migravitque a seculo anno Domini 1176. Eundem obiisse testatur die 21. Junii, Franciscus Sansouinus, in libro Illustrum familiarum Italiae, sed multa castigatione indiget, confundit enim eum cum S. Lanfranco Cantuariensi episcopo, quem ait vixisse anno Domini 800. fuisseque episcopum Cantuariensem in ordine sextum, & alia multa nugatur, quae omnino sunt contra fidem historiae. Lanfrancus enim Cantuariensis Episcopus, floruit, & obiit anno Domini 1090. & trigesimotertio loco sedit in illa ecclesia, nunquamque regressus in Italiam legitur, ut optime annotarunt, Polydorus in hist. Angl. lib. 9. & 10. & alij fidedigni histori. Argunt de eo Iacobus Gualla in Sanctuario Papie, lib. 3. cap. 5. & Stephanus Breuentanus de antiquitate Papie lib. 2. cap. 15. sed eadem censura emendandi qua Sansouinus: dicunt enim obiisse anno Domini 845. quod stare non potest, ut ex eorundem scriptis, licet colligere.

OCTAVO CALEND. IULII.

L Aubijs, depositio Sancti Theodulphi Episcopi & confessoris, eruditione, & sanctitate celebris. Romae, Sanctae Romulae fan-
dimonialis, quae a Sancto Gregorio multum commedata est, & miraculis clara migravit ad dominum. Apud stylum in Calabria, Sancti Ioannis cognomento Theresti, monasticae vitae laude & sanctitate clarissimi.

I V N I I 24.

Theodulphi.] De quo mart. Rom. cum Baronio, hac die. Molanus vero in addit. ad Psuardum, & in indic. SS. Belgii, sequenti, ob festum scilicet S. Ioannis Baptista, reponit. Agit & de eodem Tritemius, hac item die, de vir. ill. ord. S. Ben. lib. 3. c. 296. & lib. 4. c. 104. quod autem dicit eum fuisse Archiepiscopum Remensem, illud potius intelligendum titulosenus, quam re; in catalogo enim Praesulum illius civitatis apud Democharem, & Belforestium non reperitur. Eius acta referente Molano conscripta sunt a Folquino Abbate. Floruit anno Domini. 730.

Romulae.] De eadem Felici, hac die: cuius vitam ex homilia 40. S. Gregorii in euangelia, adfert Surius tomo 3. hac ipsa die: qui Gregorius, & de ipsa agit lib. 4. dialog. c. 16. & Petrus in catalogo lib. 11. cap. 109. Vixit anno Domini 580. vel circa.

Ioannis Theresti.] De eodem mart. Rom. cum Baronio, hac die, cuius acta apud eundem reperies.

SEPTIMO CALEND. IULII.

In Egmunda Monasterio, partium Hollandiae, Sancti Adelberti confessoris & Leuitae, regalis stirpis Anglicanae, & discipuli Sancti Vuillibrordi Episcopi. Eodem die, Nouiomi, translatio Sancti

Sancti Eligij episcopi & confessoris. Bituricis, natalis Sancti Radulphi episcopi & confessoris, miraculis clari. In territorio Treuirensi, cœnobio Medelocenti, Sancti Alberti monachi, sanctitatis celebris. In Dauentria, translatio Sanctorum confessorum Lebuini, & Radbodi. In Stabuleto Monasterio, translatio Sancti Remacli episcopi & confessoris. Eodem die, Sancti Tuduali, Trecorensis episcopi, & confessoris. In territorio Guleti prope Nuscum, Sancti Guilielmi confessoris, patris Eremitarum Montis Virginis.

I V N I I 25.

A Delberti conf.) De eodem mart. Rom. cum Baronio: Molanus in addit. ad *Vsuardum*, & in indiculo Sanctorum Belgii, hac die. Felici item qui pro uno duos facit, unum Edibaldum, alterum Adalbertum nominans, sed hos duos unum eundemque esse, ex actis Adalberti apud Molanum constat. Res eius gestas a Monachis Medelocensibus iussu Egberti Treuirensis episcopi conscriptas anno 990. adfert *Surius tom. 3.* quas item composuit monachus quidam Egmunde, ut refert Molanus. De eodem agunt *Trittemius de iur. ill. ord. S. Ben. lib. 3. cap. 294.* & *Petrus Cratepolius de Episcopis Germanie.* Fuit filius Edilsualdi, seu Edibaldi Deirorum Regis, neposque S. Osualdi Regis Northumbrie, cuius filius erat Edibaldus Rex; monachumque egit in cœnobio Epternacensi, quod a S. Vuillibrordo magistro suo constructum fuerat, & multis populis sua prædicatione in Hollandia Deo aggregatis, migravit in caelum circa annum Domini 740. Eius corpus de terra leuatum est sub Theodorico primo Hollandie comite, cuius filius Theodoricus iunior paternæ deuotionis feruentissimus amulator, Monasterium construxit ordinis S. Benedicti, in honorem Sancti confessoris Adalberti, quod Egmunda uocatur, & est totius Hollandie longe celeberrimum in diœcesi Harlemerensi, superioribus annis, peccatis nostris sic exigentibus, a Geusius miserimè deestatum, & demolitum.

Translatio S. Eligij.] De qua Molanus in addit. ad *Vsuardum*, & in indic. *SS. Belgii.* & *Maurolycus*, hac die. Natalis eius Calendis Decembris.

Radulphi episcopi.] Eius natalem, hac die, annotat *Trittemius de iur. ill. ord. S. Ben. lib. 3. cap. 211.* quem tamen *lib. 4. cap. 85.* Arnulphum appellat, litteris nonnullis transpositis ac transmutatis, errore, ut patet. *Fratariorum*, facilis enim est error *Rad.* & *Arn.* si enim *R.* littera ipsi præponatur fiet *Ra.* & *N.* in *D.* conuersa, syllabam *Rad.* inueniemus. Agunt de eodem *Belforestius* & *Demochares* in catalogo *Bituricensium Archiepiscoporum*, de *sacris missis*, tom. 2. cap. 24. a quibus memora-

tur 47. illius sedis Archiepiscopus, ad quam ascendit dum esset Abbas S. Medardi Sueffionensis, obiitque anno Domini 860. episcopatus 25. & in ecclesia S. Vrsini sepultus est. Ad hunc Nicolaus Papa scripsit, ut uidere est, de consecratione distinctione prima, Porro.

Alberti monachi.] Reponitur & hic, hac item die, a Trittemio de uir. ill. ord. S. Ben. lib. 3. cap. 3. 18. cuius acta extare refert: Ea autem puto esse que in uita S. Adalberti, de quo nunc egimus, apud Surium tomo 3. commemorantur conscripta anno Domini 1390. a monachis Medelocensibus, cuius cenobii postea hic Albertus monachus fuit.

Translatio SS. Lebuini, & Radbodi.] De eo dem Molanus in addit. ad Usuardum, & in indiculo Sactorum Belgij, hac die. Res eorum gestas require in eorum diebus natalitjs.

Translatio S. Remacli.] Hanc annotat, idem Molanus: locis prefatis, hac die. De eodem agemus tertio nonas Septembris.

Tuduali episcopi.] Huius depositionem, hac die factam refert Robertus Genalis de re Gallica lib. 2. perioche 6. bis uerbis. Trecoensis, alias Laudensiana, seu Lypercorentina ciuitas, & quantum augurari possunt exitu, Interaquesis, vulgo Lantreiguet, hoc est, inter vndofas aquas iure appellata, quantum vndecunq; quaesitis suffragijs didicisse potui, Diu Tudualis peculiarere patrem & patronum agnoscit, cuius memoria solenniter celebratur proximè festum Diui Ioannis magno peregrinanti applausu, una cum accessione indulgentiarum amplissima his, qui confessionis sacramento sua crimina diluenda curant. Hac Cœnalis. Fuit aut, ut ait, nepos Rumuloni ex sorore Pompeia, & cognatus Derochi Britannie Regis, cuius permisso cenobium construxit in loco qui dicitur Lambatio, in Magoera parœcia, ubi aliquantisper commoratus, ac Monasticam vitam professus, septuaginta duos monachos ibidem in Dei seruitio aggregauit, & aliquot post annos, Pontificali sede in Trecorensi ciuitate a Derocho Rege constituta, magna cum laude eidem primus presuit, circa annum Domini sexcentimum.

Gulielmi confessoris.] De eo Mart. Rom. cum Baronio, hac die, cuius res geste editæ ab eodem referuntur, a R. P. Felice Renda Priore Monasterij Montis Virginis. Eisdem vulgari idiomate posteris tradidit Thomas Costo Neapolitanus, in libello quem de origine Patrum Montis Virginis composuit. Vitam hanc mortalem reliquit anno Christi 1142. Et licet Regulam S. P. N. Benedicti non obseruauit, nihilominus a nobis hic apponitur, quod fundator illius ordinis extiterit, cuius immediatus successor Robertus, secundus ordinis Montis Virginis Generalis, in approbatione ordinis sui, ab Alexandro Papa tertio, Regulæ S. Benedicti colla sub-

mise-

miserit. Noueris enim plures in Ecclesia Dei (vt ait Tritemius) olim sine certa regula Ordines extitisse, qui successu temporis Regulam certam assumpserunt; cuius ordinis monachi merito illius Regulæ professores censentur, quamuis regulam ipsam præcesserint, aut certe non legerint, nec obseruarint.

SEXTO CALEND. IULII.

IN pago Pictauiensi, Sancti Ioannis Maxentij, Abbatis & confessoris, qui miraculis claruit. Eodem die, Sancti Baboleni, Abbatitis, & confessoris. Moguntia, Sancti Sunderoldi, episcopi, qui a Nortmannis Germaniam deualtantibus, Vuormatia, martyrij coronam accepit. In Vandalia, Sancti Rudolphi presbyteri & monachi, qui pro fide Christi a militibus Nicloti Slauorum Principis, mille uulneribus confossus, martyrium pertulit.

I V N I I 26.

MAxentii Abbatis.) De quo Mart. Rom. cum Baronio. Vsuarius, Galesinius, & Maurolucus, ac Felici, qui duo mendose episcopum eum nominant, hac die. Agunt de eodem Gregorius Turon. in hist. Franc. lib. 2. cap. 37. tempore Clodouei Franciæ Regis. Vincentius in speculo lib. 2. cap. 22. & Petrus in catal. lib. 6. c. 14. & lib. 11. cap. ultimo.

Baboleni Abbatis.) De quo Molanus in addit. ad Vsuarium, & in indiculo SS. Belgii hac die. De eodem agitur in uita S. Remaci episcopi apud Surium tomo 5. die 3. Septembris. Successit in regimine Monasterii Stabuleti non procul a Leodio, Sancto Remaco anno 718. fuitque postmodum & Abbas, Luxouiensis, & fundator Fosatenfis cenobii. De alio Baboleno Abbate Bobiensi habes die ultimo Augusti.

Sunderoldi episcopi.) Martyrium eius hac die notatur a Tritemio de uir. ill. ord. S. Ben. lib. 3. cap. 219. & lib. 4. cap. 93. Demochares autem de sacrif. missæ tomo 2. cap. 34. die 16. Iunii illud accidisse refert, sed arbitror numerum erroneum esse, & 1. pro 2. appositum. ex monacho Fuldensi factus est Archiepiscopus Moguntinus nonus, anno 889. & post sus est biennio post 891. ut annotat Hermannus Contractus in chronico, cui suffragantur Tritemius, & Demochares.

Rudolphi presbyteri monachi.) Helmoldus in chron. Slauorum lib. 1. cap. 64. huius passionem, hac die, reponit, breuiterque uitam eius describit. Fuit monachus Sigebergensis, martyrioque coronatus est anno Domini 1138.

QUINTO CALEND. IULII.

CRispinij, depositio beatissimi Adelini confessoris Christi, & discipuli Sancti Landelini Abbatis, & eius in prædicatione euertitoris

iatoris indefessi. Hoia insula & Monasterio, trāslatio Sancti Floren-
tij Abbatis, & confessoris.

IVNII 27.

A Delini conf.) *De quo Molanus in addit. ad Vsuardum, & in in-
diculo Sanctorum Belgij; & Galefinius, hac die. Fuit monachus
Crispiniensis, ubi nunc quiescit, Floruitque anno Dom. 650.*

Translatio S. Florentij.) *De ea idem Molanus in addit. ad Vsuardū,
hac item die. Natalis eius die 22. Septembris, ibi de eo agemus.*

QUARTO CALEND. IULII.

C Ordubæ, Sancti Argymiri monachi, & martyris. Hic nobili
genere Cordubæ natus, ætate iam ingrauescente, è Censoris
munere motus, cum monachalem uitam in cænobio Egabrensi
ageret, ad iudicem Arabicum delatus, quod Mahometem maledi-
ctis afficeret, in ergastulum inclusus, cum non potuisset vllis verbo-
rum blandicijs per eum a Christi fide, ad Mahometis infanias, auo-
cari, equuleo suspensus, gladio transfuerberatur.

IVNII 28.

A Rgymiri monachi.) *De eodem Mart. Rom. cum Baronio, & Ga-
lesinius, hac die. Acta passionis eius recitāt S. Eulogij in memor.
Sancti. lib. 3. cap. 16. & Ambrosius de Morales in hist. Hisp. lib. 14. cap.
24. passumque referunt anno Domini octingentesimo quinquagesimo sex-
to. Agit de eodem & Villegas in flore Sanctorum Hispaniæ.*

TERTIO CALEND. IULII.

IN Territorio Senonensi, Sanctæ Benedictæ uirginis, miraculis
claræ.

IVNII 29.

Benedictæ uirginis.) *De qua Mart. Rom. cum Baronio, Vsuardus,
& Galefinius, hac die. Errant Maurolycus & Felici, qui eam mar-
tyrem faciunt: obijt enim, ut Petrus in catalogo lib. 11. cap. ultimo, refert,
pacifice sine sanguinis effusione. Dubitat Baronius utrum sit ea Benedi-
cta Abbatissa Suaeſtrensensis, cuius solennitas agitur die 16. cal. Decembris,
& de qua agit Trittemius de uir. ill. ord. S. Ben. lib. 3. c. 264.*

PRIDIE CALEND. IULII.

Romæ, Commemoratio Sancti Pauli Apostoli, a Sancto Gre-
gorio Papa instituta. Orpij, in diœcesi Namurcensi, deposi-
tio Sanctæ Adiliæ uirginis & Abbatissæ, cuius præclara merita nar-
rantur. In territorio Viuariensi, Sancti Ostiani, presbyteri & con-
fessoris. In Monasterio Marcianensi, Sanctæ Clothfendis, uirginis
& Abbatissæ, quæ in regimine matri suæ Sancti Rictrudi successit.

In

In Brabantia, transitus fratris Arnulphi de Bruxella, conuersi Monasterij Villariensis, ubi miranda sanctitatis eius gesta habentur. Saltzburgi, natalis Sanctæ Erentrudis uirginis & Abbatisse, nepitis Sancti Ruperti eiusdem ciuitatis episcopi, miraculorum magnitudine celebris.

I V N I I 30.

Commemoratio S. Pauli.) *De eadē oēs Martyrologiorum scriptores, hac die. Quare a S Gregorio instituta fuerit, & quo tempore, fusè satis explicauimus in primo ramo Arboris in tractatu de S. Gregorio Papa.*

Adiliæ uirginis.) *De qua Molanus in addit. ad Vsuardum, & in indiculo Sanctorum Belgij fusius; & Galefnius, hac die. Fuit Abbatisse S. Martini in monte, temporibus Childerici Regis Franciæ.*

Ostiani presbyteri.) *De eo Mart. Rom. cum Baronio; Vsuardus, & Galefnius, hac die. Petrus item in catalogo lib. 11. cap. ultimo, qui mendosè Episcopum eum uocat.*

Clothfendis uirginis.) *Agit de eadem Molanus in addit. ad Vsuardum, hac die: Eius & meminit in indiculo Sanctorum Belgij, agens de S. Riktrude eius matre, cui successit in gubernatione canobij anno Domini 687.*

Arnulphi de Bruxella.) *Idem Molanus in addit. ad Vsuardum, hac die, eundem reponit: cuius acta testatur conscripta per Gosuinum, cartorem.*

Erentrudis uirginis.) *Calendarium Saltzburgense, huius natalem, hac die recenset. cui adstipulatur & Tritemius de uir. ill. or. S. Ben. lib. 3. cap. 206. Fuit Abbatisse Saltzburgensis, floruit que anno Domini sexcentesimo quinquagesimo.*

I V L I V S.

CALENDIS I V L I I.

IN Territorio Lugdunensi, depositio Sancti Domitiani Abbatis, qui primus illic Eremiticam uitam exercebat, & cum plurimos ibi in Dei seruitio cōgregasset, magnis uirtutibus & gloriosis miraculis ualde clarus collectus est ad Patres in senectute bona. In diocesi Remensi, Sancti Theodorici Abbatis & confessoris, discipuli Sancti Remigii, qui eiusdem magistri sui meritis suffragantibus, à mortuis suscitasse asseritur. Eius Regis Francorum Theodorici, idemque rex sanctum defuncti corpus propriis humeris ad sepulchrum euexit. Aruernis, Sancti Galli

Epi-

Episcopi & confessoris, uiri admiranda charitate, summaque humi-
 litate, & patientia maxima: quibus uirtutibus, ecclesia sibi concre-
 dita uiginti septem annis ad Dei uoluntatem administrata, abiit in
 caelum. In territorio Pruino, Sancti Theobaldi Eremitae & confes-
 soris, ordinis Camaldulensis: Hic nobili loco natus ad rerum hu-
 manarum despicientiam mirifice instructus, Vincentie, quo seces-
 serat, in solitudine, diuinam uiuendi rationem sequutus, qua Deo
 gratus extiterit, miraculorum ostendit magnitudo. Ciuitate En-
 golisma, natalis Sancti Eparchii Abbatis & confessoris, in oratione
 assidui, erga pauperes mirum in modum benigni, in redimendis
 captiuis summe liberalis, uitae sanctissimae, & miraculorum gloria cla-
 ui. Aninsulae Monasterio, Sancti Carilephi presbyteri & monachi,
 cuius res litteris consignatae, indicant expressam imaginem sanctita-
 tis, qua is praelucens, caelestem in patriam migravit.

I V L I I I.

Domitiani Abbatis.) De eodem Mart. Rom. cum Baronio, Beda,
 Usuardus, Ado, Galestinus, Maurolycus, Felici, & alii, hac die.
 Eius acta extare refert Trittemius de uir. ill. ord. S. Ben. lib. 3. cap. 297.
 fuit Abbas Vallis Membranae, circa annum Domini 568. Agit de eo-
 dem & Petrus in catalogo lib. 6. cap. 39.

Theodorici Abbatis.) De quo omnes supracitati, Beda, & Adone
 exclusis, hac die. Res eius gestas adfert Surius tomo 4. hac die. Floruit eo-
 dem tempore cum Domitiano. Hunc Maurolycus Theodorum uocat.

Galli Episcopi.) De eo item Mart. Rom. cum Baronio, Molanus in
 add. & Galestinus hac die. Trittemius de uir. ill. ord. S. Ben. lib. 3. cap. 24.
 Eius vitam ex cap. 6. uitae patrum Gregorii Turon. refert. Surius tomo 4.
 hac die: meminit eiusdem idem Greg. hist. Franc. lib. 4. c. 5. & 6. Vixit tem-
 pore Regis Childeberti, ex Abbatate Chrononense, vigesimus septimus Ar-
 uernensis factus Episcopus, ut annotat Demochares de sacrif. missa tom.
 4. cap. 2. 5. uixit annos 65. Interfuit concilijs quarto, & quinto Viennen-
 sibus, & Aurelianensi quinto anno Domini 552.

In territorio Pruino.) Maurolycus legit Priuiniaco, Vincentius
 Prunifiso, litteris paululum transmutat; est in Gallia, in comitatu Tre-
 castino.

Theobaldi.) De eodem hac die, Molanus, Maurolycus, & Galesti-
 nus: de quo, nos egimus Calendis Iunii.

Eparchii Abbatis.) De eodem supracitati hac die, quibus adiungun-
 tur Mart. Rom. cum Baronio, & Usuardus. Vitam eius ab incerto descri-
 ptam, habet Surius tomo 4. hac uera die. De eo pluribus Gregorius Tu-
 ron.

ron. de gest. Franc. lib. 6. cap. 8. ubi vitam eius compendiosè describit. Petrus itè in catalogo lib. 11. cap. ult. qui quadam litterarū metathesti Eparchium uocat. Decessit anno Domini 583.

Aninsula.) alias Anisole, ut legit Vsuardus; quod est Monasterium Lacus Veneti. Angia maior nominatum: Maurolycus legit Cænonianis, sed hic est sepultura locus, alter uitæ, & habitatio.

Carilephi.) De quo Vsuardus, Galestinus, & Maurolycus, hac die. Res eius gestas grauitè & eruditè conscriptas, attulit Surius in tom. 4. hac die. Eisdem profert, & Petrus in catalogo lib. 6. cap. 37. fuit monachus sub S. Adiuto Abbate, floruit que tempore Regis Childeberti, Caramannis sepultus. Agit de eodem & Petrus Crætopolis de episcopis Germaniæ.

SEXTO NONAS IULII.

A Pud Turonenses, Sanctæ Monegundis Abbatissæ miraculis clarè. Vintoniæ in Anglia, Sancti Suuithuni episcopi, cuius sanctitas gratia miraculorum effulsit. Bambergæ, Sancti Othoboni Episcopi, qui Pomeranis euangelium prædicans, eisdem conuertit ad fidem. Dominica secunda post festum Ioannis Baptistæ Petri chii; translatio Sanctorum, Vismari, Ermini, Theodulphi, Vulfii, Amoluini, Abel, Hidulphi, & Amalbergæ, monachorum, de ecclesia Lobienfi, in oppidum Binchienne, facta anno millesimo quadringentesimonono.

IULII 2.

Monegundis Abb.] De eadem Mart. Rom. cum Baronio; Vsuardus, Galestinus, & Maurolycus, hac die. Scripsit eius vitam Gregorius Turon. lib. de gloria confess. cap. 24. & de uita patrum cap. 19. hac die. fert Surius tomo 4. hac die. Trittemius item de uir. ill. ord. S. Bened. lib. 1. cap. 38. & Petrus in catalogo lib. 11. cap. ultimo. Virginis nomine honoratur ab Vsuardo, & Petro, non quod uirgo extiterit, sed a uirginitate sanctimonialis, in perpetua postmodum castitate permanserit. Fuit hæc Abbatissa ad Basilicam S. Martini Turonis. Hanc Ado die præcedenti ponit.

Suuithuni.] De eo superscripti, tacente tamen Maurolyco, hac die Gotzelinus Morinensis, anno 1110. vitam eius, cuius epitome adfertur hac die tomo 4. composuisse fertur: quem præcessit Lanfridus monachus Vintoniæ, anno 980. Translationem eius per Ethelwoldum facta anno 971. litteris prodidit Vuolstanus Vintoniæ monachus. Obijt anno Domini. 862.

Othonis episcopi.] Eiusdem meminerunt, hac die: Mart. Rom. Baronius

Baronio, Molanus, & Galefinus. Eius vitam quatuor libris scripsit Andreas, Abbas Bambergensis, quam reperies apud Surium tomo 4. hac die. De eodem pluribus agit Crantzius Metropol. lib. 6. cap. 5. & Saxon. lib. 5. cap. 44. & 45. Notatur Baronius in notis huius diei, capitula enim Saxonie, Metropoli, & Metropolis, Saxonie, adscribit: quod suo, an Librarium uirio id factum sit ignoro. Tritemius de uir. ill. ord. S. Ben. lib. 3. cap. 350. & lib. 4. cap. 258. asserit fuisse ante Episcopatum, monachum S. Michaelis in Monte Monachorum, iuxta Bambergam. Migravit anno 1139. De eius apostolatu egimus in ramo 4. Arboris.

Agit de eodem Petrus Cratopolus de episcopis Germanie. Translatio SS. Vrsuarii &c.] De hac Molanus in addit. ad Vrsuardum, hac die. Vitae, videbis in eorum diebus natalitij.

QVINTO NONAS IVLII.

Canuarię in Anglia, Sancti Lantfranci Archiepiscopi, summę doctrinę, & miraculorum gloria clarissimi. Eodem die, Sanctarum Vuirbrandis, & Mechtundis virginum, quę in Eischel quiescunt.

I V L I I . 3.

Lantfranci.] alias, Lanfranci: de quo Maurolycus, & Felici, hac die. & Petrus in catalogo lib. 6. cap. 47. sub compendio vitam describens. Agit de eodem Vincentius in speculo lib. 25. cap. 36. & 57. Tritemius de uir. ill. ordin. S. Bened. lib. 2. cap. 99. fuse: & lib. 3. cap. 325. & libro 4. cap. 119. Fuit natione Italus, monachus primum, deinde Abbas cenobij Sancti Stephani Cadomi in Normandia, postremo Cantuariensis Pręsul, in ordine trigesimustertius, ut annotat Polydorus in Hist. Angl. lib. 9. & 10. Migravit a seculo anno tertio Gulielmi Ruffi Anglia Regis, qui erat à Christo 1089. Episcopatus sui. 19. creatus enim fuerat anno 1070. Eius item meminere Gulielmus Neubrigensis rerum anglicarum lib. 1. cap. 1. Tritemius de script. eccles. Honorius & Siebertus de iisdem, cap. 156. & Sixtus Senensis bibliot. Sanctę lib. 4. Res eius gestas comprehensi sumus in ramis Arboris.

Transitus eius & depositionis dies, notatur a Matthæo Vuesm. in Flor. hist. ad an. 1089. die nono calendas Aprilis.

SS. Vuirbrandis &c.] De iisdem Molanus in addit. ad Vrsuardum, hac die.

QVARTO NONAS IVLII.

Vgustę in Rhætia, Sancti Vdalrici episcopi & confessoris, mirę abstinentię, largitatis, & vigilantię, ac miraculorum gratia illustris. Apud Blanciicum, deposito Sanctę Berthę pijsimę

Abbatissa, quæ ibidem vitam finiuit in pace, multis in eodem loco virtutum signis usque hodie refulgens. In Boiemia, Translatio Sancti Procopii Abbatis, qui quamvis obiit Calendis Aprilis, eius tamen festam hac die solenniter recolitur a Boiemis.

I V L I I 4.

V Dalrici episcopi.] De eo Mart. Rom. cum Baronio, Ado, Beda, qui Matricum legit, Molanus in addit. ad Usuardum: Galestinus, & Maurolycus, hac die. Vitam eius descripsit Berno Abbas Augia, quæ extat apud Surium tomo 4. hac die, Compendium vite adfert Petrus in catalogo lib. 6. cap. 53. Sed quidam litterarum transpositione, Vldarium nominat. Agit & de eo Tritemius in Chronico Hirsaugie, & deinde ordin. S. Bened. lib. 3. cap. 223. & lib. 4. cap. 222. F. Petrus Grapolius item, de episcopis Germaniæ. Fuit ex monacho S. Galli in Heluetia, Episcopus Augustanus iugesinus primus, ut annotat Demochares de sacrif. missæ, tomo 2. cap. 35. creatus anno 923. Migravit anno 83. ætatis, Christi. 973. regimini. 50. sepultus in templo S. Astæ constructo: reponitur attamen ab ipso Demochare die sequenti.

Berthe. abb.] De eadem Molanus in addit. ad Usuardum, & in addit. SS. Belgij, hac die. Vita eius MS. extat, apud monachos Blanciacenses, quam vidi. Fuit prima illius loci Abbatissa, quæ conuersa est, postmodum in Abbatiam monachorum, quæ prius erat sanctimonialium. Est locus amoenissimus in Artesia non longe ab arc. nomi. Hesdun, in magna tamen parte destructus tempore bellorum. Sancti Quintini in F. romandis.

Translatio S. Procopij.] De eodem agit Mosander apud Surium in mo 7. hac die: cuius vitam ex annalibus Boiæ, & Nicolao Salo Pragense, refert. Ex ea vero colligitur sanctum hunc, die calendarum Aprilium anno 1053. ex hac vita migrasse; & anno 1204. quarto nonas Iunii Canonizatum: hac autem die aliquot post annos translatus. De eodem agit Ioannes Dubravius Episcopus Olomuzensis in hist. Bohemica lib. 7. Trit. item de vir. ill. ord. S. Ben. lib. 3. c. 315. qui cum repertus non Iunii: quo die scilicet Canonizatus est. Fuit autem Abbas cenobii Ioannis Baptistæ in Boiemia, natione & ipse Boiemus.

TERTIO NONAS I V L I I.

C Antuarie in Anglia, Sancti Anselmi episcopi & confessoris, & doctrinæ laude celebris. Cluniaci, Sancti Hugonis Abbatis, & confessoris, qui Leone nono Pontifice Remensi Concilio interfectus. In cenobio Hirsaugie, depositio Sancti Gulielmi Abbatis, doctus, & sanctitate conspicui, & reformatoris præcipui ordinis monachorum.

I V L I I

I V L I I 5.

Anselmi.] De eodem Galestinus, Maurolycus, & Petrus in catalogo lib. 6. cap. 56. hac die. *Quae sit haec Anselmi festiuitas, quamuis diligenter exquisierim, adhuc minime cognoscere potui. Petrus in catalogo lococitato hac die eum migrasse affirmat, parum attamen fidei hoc in loco tribuimus, cum aliter edoceamur, tum ex uita ipsius Anselmi quam adfert Surius tomo 2. die 21. Aprilis, tum ex testimonio aliorum fidedignorum auctorum, confirmantium, diem mortis eius die Jouis Sancto accidisse. Arbitramur igitur potius Translationis, siue Commemorationis, solennitatem, hac die recoli, quam mortis.*

Gulielmi Abbatis.] Huius natalem, hac die annotat Bertolphus Constantiensis in appendice ad Contractum Tritemius uero de iur. ill. ordin. s. Ben. lib. 2. cap. 102. & in chronico Hirsaugie. ubi uitam eius compositam refert ab Haymone priore Hirsaugiense pridie huius diei. Extant in Epistolis S. Anselmi nonnulla huius Gulielmi epistolae ad eundem scriptae. Fuit primum monachus S. Emeranni Ratisponae, deinde Abbas duodecimis cenobij S. Aurelij Hirsaugiensis. Obijt anno 1091. etatis 65. regnantis 22. Plura de eodem habet idem Bertholphus ad annum. 1091.

Hugonis Abbatis.] De eo item hac die agunt Galestinus Maurolycus, & Petrus in catal. lib. 6. cap. 58. Verum cum Natalis eius celebretur penultima Aprilis; & Translatio die 13. Maij, ut iis in locis annotamus; festiuitas hodierna Canonizationis ipsius, ut sit oportet, de qua sic loquitur Chronicon Cluniacense MS. quod apud me est: Cuius etiã Pontificis tempore, Papa Calixtus canonizauit Sanctum Hugonem ipso existente in Cluniaco, & ad laudem, & gloriam Domini N. Iesu Christi, Natalem tanti Confessoris, & tot, & tantis uirtutibus approbati festiuitatem decreuit, obseruariq; mandauit. *Haec ibi.*

PRIDIE NONAS I V L I I.

In Anglia, depositio Sanctae Sexburgae Reginae, & Abbatissae Elingensis, sororis Sanctae Edeldridis Reginae, sanctitate & miraculis clare. In pago Treuirensi, Sancti Goaris monachi & confessoris, qui in Prouincia Aquitaniae ortus, temporibus Hildeberti Regis Francorum, patriam, parentesque deseruit, & in Prouincia, quae cipi Rheni fluminis contigua, Triguria nuncupata, Deo libere in leturae delegit, usque in finem uitae suae. Bruxellis, translatio Sanctae Gudilae uirginis.

I V L I I 6.

Sexburgae Reginae.] De eadem Molanus in addit. ad Usuardum, & Galestinus, hac die. Huius uitam scribit Beda in hist. Angl. lib. 4. c. 19.

O o 3 Agit

Agit de eadem Britannia Chorographia fol. 451. & Petrus in catalogo lib. 5. cap. 142. fuit filia Annæ Regis Anglorum Orientalium, & uxor Ercomberti Regis Cantia, quo mortuo fit monialis, deinde Abbatiſſa Eliagenſis poſt ſororem Edeldridam, circa annum Domini 670. Eiuſdem nominere Vincentius in ſpeculo lib. 25. cap. 32. & continuator Bedæ lib. 1. cap. 33.

Goaris.] De eo Mart. Rom. cum Baronio; Molanus, Galeſinius, & Maurolycus, hac die. Vuandelbertus monachus Prumiensis uitam eius ſermone contexit, hanc adfert hac die Surius tomo 4. Agunt, & de Vincentius in ſpeculo lib. 22. cap. 13. 14. 15. & 16. Petrus in catalogo lib. 6. cap. 62. Petrus Cratepolius libro de episcopis Germania, & alij. Vixit monachus Trigorij circa annum 600.

Translatio Gudilæ.] De qua Molanus in indiculo Sanctorum Belgij, hac die: de ea egimus die octauo Ianuarij.

NONIS IULII.

IN Thuringia, Sancti Vuillebaldi, primi Eistetenſis episcopi, qui vna cum Sancto Bonifacio laborans in euangelio, multas gentes conuertit ad Christum. In Anglia, Sancti Hedde episcopi Saxorum occidentalium. Ibidem, natalis Sanctæ Edilburgæ uirginis Annæ Anglorum orientalium Regis filia, & Abbatissæ Brigentis, nata, & moribus sanctissime. In eodem Monasterio, Sanctæ Eracogothæ uirginis, & Abbatissæ, Ercomberti Cantia Regis filia, multis uirtutibus & miraculis clarissime. Andennæ, translatio Sanctæ Beggæ uiduæ sanctimonialis.

I V L I I 7.

Vuillebaldi.] *De eo Mart. Rom. cum Baronio, Ado, Molanus addit. ad Vſuardū, Galeſinius, Maurolycus, & Felici, hac die. Vocatur a nonnullis Vuilibaldus, a plerisque Vilibaldus ab alijs uero Vuilibaldus, quibusdam ſolūmodo litteris, uel deſtis, uel trāsmutatis. Res eius geſta ſcripſit Reginoldus episcopus Eistetenſis, qui uixit an. 980. De eodē egit Trittem. de uir. ill. ord. S. Ben. lib. 3. cap. 187. & lib. 4. cap. 185. repetit attamen eum die ſequenti. Petrus Cratepolius, de episcopis Germania littera V. duobus in locis. Fuit in prima ætate enutritus in cenobio Vuiltheim, ſuccedente uero tempore, monachum profeſſus eſt in Monasterio Caſinenſi, vna cum fratre ſuo Sancto Vuinibaldo, tandem a S. Gregorio Papa III. in auxilium S. Bonifacij directus, anno ætatis ſuae 41. Chriſti 745. ab eodem primus Eistetenſis Episcopus eſt ordinatus: Fuit in teſtate annis 36. & migravit anno 781. ætatis 77. Sepulchus Eistetenſis*

uitate a se fundata, in summo templo. ad cuius sepulchrum uisuntur hi duo uersus.

Vuillibalde, tuos primus regis Aureatenfes,

Forma, decusque pium, gemmaque Pontificum.

Elsterensis episcopi.] Sive ut alij scribunt *Ayctetenfis*, uel *Aychistadensis*, quæ ciuitas prisca temporibus *Aureatum* uocabatur, sitaque erat ad *Almonum* siue *Altimulam* amnem *Noricum*, & destructa fuit atque uastata ab *Hunnis*; in cuius ruinis post annos ferè quadringentos *S. Bonifacius* templum in honorem beate *Virginis Mariae* construxit, & consecrauit, & sedem episcopalem constituens, eidem *S. Vuillibaldum*, ut diximus profecit: qui exciso querceto cœnobium *Benedictinum* instituit, quod cum muris & fossis conclusisset, *Aychistadium* ab excisis quercibus, quasi oppidum succisarum quercuum, appellauit. In quam rem extat huiusmodi distichon,

Vrbs quæ auri quondam titulos & nomen habebas,

Iam sacræ quercus nomina sacra geris.

Eech, enim lingua *Germanica*, *Quercum*; *Stad* uero, ciuitatem significat.

Hedde episcopi.] alias *Heddi*: cuius meminit idem *Mart. Rom.* cum *Baronio*, hac die. *Eius uitam* refert *Beda* in *hist. Angl. lib. 3. ca. 5.* & *lib. 5. cap. 19.* Agit de eodem *Tritemius* de *uir. ill. ord. S. Ben. lib. 4. cap. 164.* Fuit quintus illius sedis episcopus, *Shireburnensis* uidelicet in ciuitate *Penta*: obiit anno 705.

Edilburgæ virginis] De eadem, idem *Baronius* in *Mart. Ro.* hac die. de qua agunt *Tritemius* de *uir. ill. ord. S. Ben. lib. 3. cap. 73.* quam tamen postridie, idest, septimo idus *Iulij* reponit: & *Beda* de gestis *Angl. lib. 3. cap. 8.* Citat *Baronius*, & *libri 4. caput nonum*, errat tamen, ibi enim non de hac *Edilburga* agit *Beda*, sed de alia *Abbatissa Berecingensi*, sorore *S. Erchouualdi* episcopi, de qua agemus quinto idus *Octobris*, quæ floruit anno 680. nostra autem de qua nunc agimus anno 640. floruisse refertur, fuit, ut dixi, filia *Anne Regis*, & *Abbatissa cœnobij Phare*, in loco qui dicitur *Brige* in *Gallijs*.

Emcongothæ.] Sive ut *Beda* legit *Eartonghota*, cuius res præclare gestas describit de gest. *Angl. lib. 3. cap. 8.* *Eius Natalem* annotat hac die *Tritemius* de *uir. ill. ord. S. Ben. lib. 3. cap. 66.* fuit hæc sanctimonialis præfati cœnobij *Phare* sub cura antedictæ *Edilburgæ* materere sue, cui postmodum in regimine successit circa annum Domini 660.

Translatio Beggæ.] De qua *Molanus* in additionibus ad *Vsuardum* hac die: agemus de ea decimo sexto calend. *Ianuarij*.

Herbipoli in Germania Sancti Chyliani episcopi, qui a Conone Romano Pontifice ad prædicandum euangelium missus, cum multos ad Christum perduxisset, vna cum sociis suis Colomanno presbytero, & Totnato Diacono, & Erualdo monacho, qui de Hibernia cum eo uenerant, trucidatus est. In Monasterio Belisia, Sanctæ Landradæ uirginis, & Abbatissæ, quæ Sanctam Amalbergam uirginem, doctrina, pietate, & Christianorum morum præceptis imbuta. Vintonia ciuitate in Anglia, depositio Sancti Grimbalchi abbatissæ, & monachi Sithiensis cœnobii. In pago Treuerico, Sancti Disibodi episcopi & confessoris. In Anglia, Sanctæ Viteburgæ uirginis, Vuilferi Regis Merciorum filix, & Sanctimonialis Elyensis, sanctitate & miraculis clara.

I V L I V S 8.

Chyliani.) Sine Kiliani uel Quilliani, de quo Mart. Rom. cum Teronio; Beda, Ado, Molanus: Galestinus, Maurolycus & Felici, & Calianum legunt, & alii, hac die. Vitam eius hac uem die adfert Sacerdotum tomo 4. De eodem agunt Petrus in catalogo lib. 6. cap. 66. Tritemius de uir. ill. ord. S. Ben. lib. 3. cap. 131. & lib. 4. cap. 172. Orho Frisingensis lib. 5. c. 13. & Demochares fufius de sac. missa. tomo 2. cap. 35. & alii finiti. De eodem agemus in explicatione tertii rami, ubi de eorum Apostolatu plura.

Colomanno.) Demochares secundum diuersorum opiniones, nunc Colonnatum, nunc uero Dolomannum, uocat. De Colonnato consentiunt Petrus in catalogo, Maurolycus, & Felici, hac die, & Tritemius de uir. ill. ord. S. Ben. lib. 3. cap. 132. Colomanni etymon habent Baronius, Galestinus, & Surius, hac die.

Totnato.) Sic Baronius, & Surius, hac die: Galestinus, est Tornatus Petro in catalogo, Maurolyco, & Felici, Romanus: Tritemius de uir. ill. ord. S. Ben. lib. 3. cap. 133. Tornanus: Demochari, Theoduanus, Theodmannus, & Diekmannus. Vera attamen lectio horum duorum, est Colomannus, & Totnannus.

Erualdo.) Hunc adiungit Tritemius de uir. ill. ord. S. Ben. lib. 4. cap. 145. fuerunt autem omnes tres monachi Huenses in Hibernia, ac Sancti Chyliani discipuli, cum quo subire martyrium anno Domini 697.

Monasterio Belisia.) Extra oppidum Leodiensis territorii, a Sancto Leoberto episcopo consecrato, & ab hac S. Landrada fundato. Nunc est monacharum Ecclesia.

Landradæ.) De eadem Molanus in addit. ad Vsuardum hac die.

in indiculo Sanctorum Belgij fusus. Floruit anno 670. Huius vitam scripsit Theodoricus Abbas, quam adfert, hac die Surius tomo 4.

Gimbaldi Abbatis.] De quo Molanus in addit. ad Usuardum, & in indic. SS. Belgij; Maurolycus, & Felici, qui presbyterum legunt, hac die. Fuit natione Tornacensis, & Abbas cenobij noui in Vuintonia, quod rex Eduardus construxerat, a quo donatus Dorouernensi, siue Cantuariensi Archiepiscopatu, recusauit, sua Abbacia contentus. Obijt anno 903. vt etiam annorat Meyerus in annal. Fland. lib. 2. ad illum annum.

Dilbodi.] De eodem Molanus in addit. ad Usuardum hac die. Concor dat & Surius tomo 4. qui eius vitam a S. Hildegarde Abbatisa, insu Helgeri Abbatis, descriptam, adfert, egimus nos die octauo Iunii, quo reponitur a Trittemio.

Viteburge uirginis.] alias Vnereburge, seu Vereburge, de qua Molanus, hac die. Fuit, ut dixi, filia Vuilferi Merciorum Regis, & Ermanilde Regine, a qua oblata fuit Deo in cenobio Ehyensi circa annum Domini 670. De ea agit Polydorus Virg. in hist. angl. lib. 4.

S E P T I M O I D V S I V L I I.

Colonie, Sancti Agilolphi, eiusdem urbis Archiepiscopi & martyris. In Anglia, Sancte Edilburge Regine, que in cenobio Berchyngij Deo dicata, miraculorum gloria, & sanctitate refulsit. Amanij in territorio Leodientis, translatio Sancte Ode uide.

I V L I I 9.

Agilolphi.] De eo Molanus in additionibus ad Usuardum, hac die. Floruit, ut refert Demochares de sacrif. missæ, tomo 2. c. 36. anno Domini 700. Quod fuerit monachus ordinis S. Benedicti, attestatur Frater Petrus Cratopolius libro de episcopis Germania in Hugone Citizensi ecclesie episcopo; cuius tamen cenobij non refert. Quando martyrio coronatus sit, & qua de causa, nihil adhuc cognoscere potui. Refert tamen Gulielmus Eysengrenius S. Brundnem Coloniensem Archiepiscopum res eius gestas, & aliorum quatuor Pontificum conscripsisse: vnde tamen illud habuerit, dicit se ignorare Molanus.

Edilburge.] alias Edilberge, Ethelberge, siue Desburgie. Trit. de uir. ill. ordin. Sancti Bened. lib. 3. cap. 73. de alia Edilburge uirgine, Anne Anglorum Regis filie, hac die agit; Sed cum illa a Baronio, & alijs reponatur die septimo Mensis presentis, ex coniectura quadam hodiernum diem huic altere Edilburge Regine consecrauimus, de qua, eiusque celibatu, agunt Polydorus Virgilius in Histor. Angl. lib. 4. Stephanus Lusignanus corona. 4. capit. 21. & chorog. britan. fol. 155. fuit uxor S. Inæ, occidentalium Saxonum Regis & Monachi, vixitque

vixitque anno Domini 740.

Translatio S. Odæ.] De qua Molanus in indiculo Sanctorum Belgii, hac die : quam factam refert à S. Floriberto Leodiensi Episcopo, Sancti Huberti Episcopi filio, & in Episcopatu successore, circa annum Domini 730.

SEXTO IDVS IVLII.

IN portu Gandauo, in Monte Blandinium dicto, sanctissimæ virginis Christi Amelbergæ : cuius brachium cõfregit Carolus Martellus Princeps, dum eam sibi sponsam rapere uolebat ; quam planè cœpisset, nisi pudicitia uirginalis, de eo triumphans, obstitisset. Eodem die Laubaco cœnobio, depositio Sanctæ Amelbergæ, uiduæ, & Abbatissæ Malbodiensis, quæ signis clara, mira ueneratione fidelium colitur. Lætiis, ex Fisciaco, natale sancti Ertonis, Episcopi, & Confessoris. Perusii in monte Caluario, sancti Petri, primi Abbatis eius loci, miraculorum gloria, & uitæ sanctitate clarissimi. In cœnobio Cluniacensi, sancti Vuldarici monachi, discipuli sancti Hugonis Abbatis, qui in confessionibus audiendis, & morbis animæ curandis, mirabiliter enituit.

I V L I I IO.

AMelbergæ uirginis.] seu Amalbergæ. De ea Mart. Rom. cum Baronio ; Molanus in addit. ad Vsuardum ; Galestinus, Maurolycus, & Felici, hac die. Eius uitam Molano referente, scripsit Theodoricus, Abbas S. Trudonis. Hic impingit Baronius, qui à S. Trudone compositam dicit, sed fortasse mendosus est liber. Habuit de eadem sermonem S. Radbodus Traiectensis episcopus. Molanus item in indiculo SS. Belgii latius : Petrus Cratepolius, de episcopis Germaniæ : & Tritemius de uir. ill. ord. S. Bened. lib. 3. cap. 190. eius gesta recensent. Fuit discipula S. Landradæ, de qua octauo idus egimus in Monasterio Belisæ, in qua tandem ad sponsum migravit anno 772. ut etiam refert Meyerus. lib. 1. annual. Fland. ad eundem annum : Cratepolius alterum ei adiungit, mortuam ait anno 773. Pater eius Christianus S. Gertrudis frater ; mater Eua.

Amelbergæ uiduæ.] seu Amalbergæ vel Almabertæ. De qua Molanus in addit. ad Vsuardum, & in Calend. SS. Belgii, hac die. In indiculo Sanctorum Belgii, hanc defunctam ait die decimo Iunii ; Sed mendum esse in impressione ex eo apparet, quod eo die in suo Martyrologio, & calendario, nihil de ea agat, sed utrobique hac die eam reponit. Hæc ideo diximus, quod Baronius deceptus uerbis indiculi, etsi fateatur eius uitam à Surio tomo 4. hac die adferri, eius tamen festum diem, nõ hac die, sed die decimo Iunii celebrari testatur. De eadem agit Petrus Cratepolius

lius de episcopis Germanie. Fuit autē hęc filia Sororis Pipini Ducis Brabantie, & in primo connubio uxor Clodulphi, quę Molanus corruptę Theodorici appellat, Austrasia Ducis, ex quo genuit Sanctā Pharauldę uirg. in secundis uero nuptiis cōiuncta est S. Fuirgero Comiti, ex quo cōiugio prodierunt Sancti Emebertus Cameracensis episcopus, & Reineldis, Ermelendis, & Gudila Sorores uirgines. Tandem consentiente uiro, qui monasticum nitē institutum amplecti uolebat, a S. Auberto episcopo uelata, reliquit nitē in omni sanctitate, & humilitate, in cænobio Albodiensi in Hannonia, peregit, ubi obiit circa annum Domini 690. Quiescit Binchy, ibidem ex Monasterio Laubiensi translata.

Ettonis.] De quo Molanus in addit. hac die. Cuius loci Episcopus fuerit, non traditur. Monachum induit in eodem quo S. Fursus Monasterio, cum quo ad prædicandum euangelium in Galliam uenit circa annum Domini 650.

Petri Abbatis.] Ex tabulis illius Monasterij, & eius uita, quam ibidem MS. uidimus, huius natalem hic reposui. Agit de eodem paucis Petrus à Bugiano in historia Monastica, colloquio siue diario quinto, & ultimo. Floruit tempore Othonis I. Imp. anno Domini 960.

Vuldarici Monachi.] Tabule Cluniac. Chroniconq; MS. quod apud me est, hac die huius mentionem faciunt. Eius uita in eodem chronico breuiter & dilucide descripta est, quam hic inserere non piguit, ut qualis & quantus Sanctus hic fuerit cognoscatur. Sic ergo ait.

Igitur magna fuerunt huius magnę ecclesię opera, magni, magnęq; uirtutis etiam fuerunt discipuli, qui eiusdem uiri sanctissimi (Hugonis Abbatis scilicet) lateribus continuę assistebant. De ipso nãq; legitur quod habebat secum uiros cōsummatę sanctitatis, quibus uiuere Christus erat, & mori lucrum. Inter quos fuit sanctus Vuldaricus, qui cum Geraldo Cluniacum uenit: & ab ipso patre Hugone habitum susceperunt monachalem. Fuit autem Vuldaricus illustri profapia Bauariorum Ratisponę ciuitatis procreatus, uelut lucifer inter cętera poli sydera, sic inter totius cognationis suę, reuerebat, nobile stemma. Hunc ergo diuinis magnificum exercitiis, sanctus Hugo Abbas ad sacerdotale promoueri fecit officium, sibi que constituit Capellanum, & consiliarium. Et quia sciebat eum uirtute & sapientia totum esse compositum; suo etiam gregi apud confessionis preparauit aditum. Vnde accedebāt ad eum tam senes, quam iuuenes, diuersis passionibus laborantes, tanto sincerius, quàm securius, conscientias suas illi aperientes. Ipse uerò cum summa charitate omnes suscipiebat, & more sapientissimi Medici, congruis quoq; pœni-

pœnitentiæ remediis curabat. Cætera uerò eius uirtutum merita & miracula in libro gestorum suorum habentur. Celebratur autè eius solennitas apud nos decima mensis Iulii. *Hactenus auctor Chronici Floruit anno Domini 1100.*

QVINTO IDVS IVLII.

Treuiris, sancti Hildulphi, episcopi & confessoris, qui cum gregem sibi commissum sanctitate uitæ, & sapientiæ doctrina rexisset, tædio huius uitæ, episcopatum abdicans in saltu Vosagi multorum Pater effectus Monachorum, clarus miraculis quicuit in pace. Eodem die translatio sancti Benedicti Abbatis, Patris nostri, postquam enim (sicut ipse uiuens prædixerat) monasterium eius à gentibus est uastatum, Domino reuelante corpus eius repertum est, & pars eiusdem in Gallias translata, atque in territorio Aurelianensi, Monasterio quod uocatur Floriacum condignè sepulta. Translata est pariter pars corporis Beatæ Scholasticæ uirginis fororis eius, atq; in partibus Cœnomanensium, religiosorum deuotione cõditæ.

I V L I I I I I.

Hidulphi] alias Hildulphi. de quo *Ado, & Molan. in add. hac die. Agūt de eo Petrus Cratepolius de episcopis Germaniæ: & Trist. de uir. ill. ord. S. Ben. lib. 3. cap. 203. & lib. 4. cap. 74. Fuerat etiam ante episcopatum monachus; Floruit anno 740.*

Translatio S. Benedicti.] Huius translationis memoriam faciunt *Uuardus, Galestinus, & Maurolycus, hac die. Eandem celebrant ecclesiæ, Mediolanensis, Cordubensis, Constantiensis, Curiensis, omnes Gallicanæ, & alię permultæ, ut ex earum tabulis, & calendarijs uideri est. Reuerendi uero Patres Congregationis Bursfeldensis, sub qua primitus educatus sum, ne incidant in Bullam Urbani secundi, qui hanc translationem celebrari cauit, Commemorationis S. P. N. Benedicti festum illi hac die solemiter, sub titulo Summi minoris, celebrant. Trauntur autem huius Sanctissimi Patris nostri translationes duæ, præfens de qua *Agimus, quando scilicet deportatus est à S. Agulpho in Gallias; & altera, quando reportatus est de Gallis ad montem Casinum, de qua die 4. Decembris agemus. Ambæ autem litterarum monumentis prodite à Theodorico Teutonico, monacho ord. S. Benedicti, & Anastasio Bibliothecario, monacho Casinensi, cuius exemplar MS. apud me est, tali exordio, Beatissimus P. Benedictus multis coruscus uirtutib. &c. sic ait finit, Ego Anastasius Apost. Sedis Bibliothecarius, iussis Sanctiss. Stephani Papæ Secundi parens, hæc omnia prout ipse oculis propriis uidi, ac manibus cõtractaui, apicibus tradidi, ad posterorum memoriam**

& Dei

& Dei omnipotentis laudē: atq; Ecclesiis Christi longē lateq; cōstru-
 ctis direxi, per omnia Benedictus Deus. *Hæc Anastasius, qui q̄to hæc*
Trāslatio facta fuerit, quantunq; Reliquiarū asportatū, hæc aperit periodo:
 Regnante Constantino, qui & Constans dictus est, Constantini filio
 Orbis monocratore, quidam Aygulphus, cum suis complicibus, Ca-
 sinum adueniens, dum cum fratribus quos ibi reperit se manere si-
 mularet, effracto à latere Patris Benedicti, eiusq; sororis sepulchro,
 abstulit ferē dimidiam partem Sanctorum ossium occultē, & fugam
 petijt: *Sec. que sequuntur, que enarrare longū foret. Prioris huius trans-*
lationis meminerunt, Petrus in catal. lib. 6. c. 86. Vincent. in Spec. lib. 23.
c. 12. Sigebertus in chron. ad annum 646. Matth. Palmerius in chron.
ad ann. 704. Matth. Vuestm. in Florib. hist. ad ann. 681. Regino Abbas
Prumie chronicorum lib. 1. ad an. 612. Fasciculus temporum ad an. 664.
Martinus Polonus in chron. lib. 4. in Adeodato Pontifice: & alii infinitis,
quos silentio præterimus, ne rem longius faciamus quam oportet. De ea-
dem egregium Sermouem habuit Dominus Odilo Morimundi Abbas, qui
est in monasterio nostro S. Benedicti Mantuani, & Casini, MS. Extat
& officium proprium de eadem translatione, in Breviarijs RR. PP. Clu-
niacensium, cum sacro Hymno, à S. Petro Maurijio Abbate composito,
Metro Choriambico, & Gliconico, qui talis est.

Clāris coniubila Gallia cantibus:
 Læteris Benedicti Patris ossibus,
 Fœlix quæ gremio condita proprio,
 Seruas membra celebra.
 Miris Italiae fulserat actibus
 Gallos irradiat corpore mortuus
 Signis ad tumulum crebrius emicat,
 Illustrans Patriam nouam.
 Hic vatū veterum facta resuscitat,
 Morti quod libuit mortuus imperat,
 Extinctum propriis ossibus excitat,
 O quàm mira potentia.
 Nauis per fluuium nat sine remige
 Mirando glaciem defecat impetu,
 Sancti membra ferens obuia flumini,
 Vndas reuerberat.
 Eductum fluuiū sensit ut arida
 Non curans gelidi frigora temporis
 Vestit cuncta sese illico floribus

Mutata

Murata facie soli.
 Iam cælo residens ò pater optime
 Diuinis famulos imbue regulis,
 Angustam per iter scandere largiens
 Dona regna perennia.
 Cunctorum dominans omnipotentia
 Que de sede Poli conspicias omnia
 Psallentum placide suscipe cantica
 Votis voces precantia. Amen.

Verum enimvero, Leo Card. Episcopus Ostiensis, & monachus Casinensis, scriptorq; Annalium eiusdem Monasterii, non desitit locupletissimo testimoniis, & ob signatis Summorum Pontificum, ac Imperatorum tabulis, alijsq; argumentis contra disserere, planeq; affirmare, illius Sanctissimi Patris corpus in Monasterio Casinensi reconditum, indeq; translatum non esse; idq; præcipue lib. 2. cap. 45. & 48. vbi etiam opinionem Pauli Diaconi monachi, de hac translatione, refutat. Res est à multis controuersa, queq; maiorem tractatum requirat; & ideo facta nè sit ueraciter huiusmodi translatio, an non, alio loco disputandam reseruamus.

QUARTO IDVS IULII.

IN Monasterio Passiniano propè Florentiam, depositio Sancti Iannis Gualberti, Abbatis, institutoris Ordinis Vallis Umbrosæ, sanctitate & miraculorum gloria clarissimi. In agro Treuirensi canobio Prumiæ, Sancti Ansbaldi Abbatis magnæ doctrinæ viri. Pistorii, Inuentio corporis sancti Acti Episcopi, Ord. Vallis Umbrosæ. Cauæ, depositio Sancti Leonis Abbatis, qui Monasterium illud in magna sanctitate secundus rexit.

IULII 12.

IOannis Gualberti.] De eodem Mart. Rom. cum Bayonio: Tabule Vallumbrosane ad me transmissio; Molanus in addit. Galestinus, Maurolycus, & Felici, hac die. Vitam eius per Blasium Melanesium ordinis Generalem descriptam, adfert hac item die, Suius tomo 4. Petrus Damianus in epistolis suis, pluribus, disserit de eius causa cum Episcopo Florentino. Canonizatus est, & in album Sanctorum relatus à Calisto Papa Tertio, cuius Canonizationis bullæ in Monasterio Vallis Umbrosæ reseruantur. De eodem fusius egimus in fundatoribus ordinum sub regula S.P.N. Benedicti militantium, ad quem locum Lectorem remittimus.

Ansbaldi Abbatis.) Cuius natalem hac die, annotat Trittemius in chronico Hirsburgia, in tractatu Reginbodi, tertij Abbatis; ubi ait cum obiisse

obijisse anno Domini 887. Agit de eodem Regino Abbas Prumiensis in chronico, hac item die, sed anno 886. decessisse refert.

Inuentio corporis S. Acti.) Tabula Vallis Umbrosæ, hac die factam referunt; anno 1337. ab eius obitu 184. Meminit & huius Inventionis Bugianus colloquio. 4. historie monasticæ, sed die præcedenti factâ asserit.

Leonis Abbatis.) Tabula Cauenses de eodem agunt, hac die. Vitam eius hac item die adfert Surius tomo 7. Extat & Cauæ litteris Longobardicis exarata, quam composuisse fertur quidam Ioannes Monachus. Res eius gestas fusè satis profequitur Alexander Neapolitanus monachus Cauensis in Chronico sui Monasterio MS. à capite 29. ad 38. fuit natione Lucensis, ac discipulus S. Alferij Abbatis, cui successit in regimine anno Christi 1050. plenusq; dierum migravit anno 1079. gubernationis suæ 30. in sacra Cauensi crypta sepultus.

TERTIO IDVS IVLII.

Cantia in Anglia, depositio sanctæ Mildradæ uirginis, Merualdi Regis occidentalium Merciorum filiæ, ac Pendæ Regis neptis, quæ cum annis multis sanctissimam in Monasterio Insulæ Tharatos, sub disciplina regulari, uitam duxisset, miraculis clara, migravit ad sponsum: cuius reliquie ex Monasterio sancti Augustini in Cantia, ubi iacebāt, postea in Dauentriam translatae sunt. Brevis, Ordinatio sancti Vuillehadi, primi eiusdem ciuitatis Episcopi.

I V L I I 13.

Mildradæ uirginis] siue ut alii legunt Miltbridæ; de qua Molanus in Addit. ad Vsuarium, hac die. Eius uitam describit cōtinuator Bedæ, lib. 2. c. 33. De eadem agunt, Petrus in catalogo lib. 11. cap. 68. & Nuldrutam, quibusdam litteris permutatis, uocat: Petrus Cratepolius de episcopis Germaniæ: Polydorus in hist. Angl. lib. 4. Frater Stephanus Lignanus Dominicanus, in libro intitulato de Coronis, corona. 4. cap. 9. Floruit anno Domini 680.

Ordinatio S. Vuillehadi.) Huius ordinationis festum diem, hac die, reponunt Albertus Abbas Stadenensis in chronico fol. 83. & Albertus Crantzius in Metrop. Saxonie lib. 1. cap. 8. De eodem plenius agemus, die sexto idus Nouembris.

PRIDIE IDVS IVLII.

Pud Sonegias, depositio Sancti Vincentij confessoris Christi, qui in Monasterio, quod Altus mons dicitur, tonso capite uixit pluribus annis sub sancta regula, seruata charitate, separatus, à Sancta Vualdetrude coniuge sua. Dauentriæ, Sancti Marcelmi, presbyteri, & confessoris, discipuli Sancti Vuillibrordi Episcopi,

qu

qui partes Transisclanas, locum Oudenzeel, Trentam ac Tuertam, Couordiam, ac Dauentiam rexit, & sexagintaquinque annorum spatio Dei prouidentia totum fermè populum, Christo, predicando lucratus est. In Hasbania, inuentio Sãcti Liberti martyris; uita & meritis gloriosi: quem inclytus martyr beatissimus Rumoldus, iuduo extinctam submergio, diuina suscitauit uirtute, fideque imbuit & doctrina. Illo autem tempore, quo Nortmanni, Dani, & Hunni, Brabantiam & adiacentes prouincias igne uastabant, gladio, ante Sancti Trudonis aram, uitam glorioso consummabant martyrio.

I V L I I 14.

V Incentij conf.] De eodem Molanus in addit. ad *Vsuardum*, & in indiculo *SS. Belgij*, hac die. *Tritemius* item de *vir. ill. ord. S. Benedicti*, lib. 3. cap. 292. Agit de eodem *Franciscus de Rosieres*. tomo 4. *Stemmatum Lotharingo*, historia capitali 73. fol. 255. Fuit eodem referentem *Rex Hirlandia* (sive ut melius cum *Molano* dicam, *Gubernator Hibernie*) ac *Comes Hannonie*, *Madelgarius*, seu *Maldegarius* antea uocatus; postea uxore permittente an. 606. uitam monasticam amplexus in *Almonte*, *Monasterio* à se ad *Sambram* amnem edificato, ad finem uite in eodem permansit. *Quiescit* *Sonegijs* oppido *Hannonie* in ecclesia *Canonorum*, quæ prius fuit *Monasterium* ordinis *S. Benedicti* ab ipso *Santo* constructum.

Marcelmi.] alias *Marchelmi*, & *Marcellini*; de quo *Mart. Romanorum* *Baronio*: *Molanus* in addit. ad *Vsuardum*; & in indiculo *SS. Belgij* *fusus*; & *Galesinius*, hac die. De eodem agitur in uita *S. Suiuerberti*, cap. 14. & eius item acta recenset *Diuus Ludgerus* cap. 1. uita *S. Suiuerberti*. *Cornelius Kempius* etiam de origine *Frisiorum*, lib. 3. ca. 22. & 23. ubi fuerit *S. Marcellinus* monachus aperte satis his uerbis edocet; *Marcellinus* (inquit) egregius presbyter ultra septuaginta annos Christum euangelizando, præfuit paganis & gentibus, magnam *Frisia* partem conuertendo. Sed deinde propter suam imbecillitatem, decrepitamque ætatem è *Frisia* ad conuentum *Traiectensem* à *S. Gregorio* episcopo reuocatus est, &c. & paulo post; Præterea dum curtum ascenderet profecturus *Aldenzeel*, & omnibus fermè *Frisiis* suum discessum piè mœrentibus, ecce obuiam habuit ante portam *Monasterij* duos uiros squalida lepra infectos hique sono eleemosynas petentes: & reliqua quæ sequuntur: Fuit igitur, ut apparet, *Monachus* *Monasterij S. Saluatoris Traiectensis* sub cura *S. Iuliani*.

episcopi primo, deinde Sancti Gregorii Abbatis, qui postea in Episcopo Traiectensem assumptus est. Obijt in Aldenzeel, circa annum Domini 800. vel circa. Quiescit Dauentriae in cathedrali Ecclesia. Pauca quaedam de eodem refert Petrus Cratepolius de episcopis Germaniae.

[Liberi.] De eodem Molanus in addit. ad Vsuardum; & in indiculo Sanctorum Belgij, hac die. Eius & meminit Petrus Cratepolius de episcopis Germaniae. Fuit Monachus & Pater aliquorum monachorum in loco Mechliniae uicino, cui ab Vlmorum copia, Vlmo nomen erat; Pater eius, Ado Comes Mechliniae. Martyrio coronatus est Diuus Liberius; circa annos Domini 790. translatus in loculi, & in Altari S. Trudonis, ubi nunc asseruatur, anno 1133. collocatus.

IDIBVS IVLII.

Cantuariae, depositio Sancti Deus dedit, sexti eiusdem ciuitatis Archiepiscopi, & confessoris, sanctitate celebris. Ciuitate Oudensele, natale Sancti Plehelmi Episcopi, deuotione praecipui. In Anglia, translatio Sancti Suuithuni episcopi. In Racezburg, Sancti Ansueri Abbatis, & aliorum triginta monachorum à Slaus pro Christi amore lapidatorum. Vuerde Sancti Harruchi episcopi. & martyris. Eodem die, translatio Sancti Theobaldi Eremitae, ordinis Camaldulensis. In Anglia depositio Sanctae Eadgythae Reginae Northumbriae, quae à uiro Sithrico Dano repudiata, uirginitate sibi conseruata, in Monasterio Polesberiae ad sponsum migravit.

I V L I I 15.

Deus dedit episcopi.] De eodem Molanus in addit. ad Vsuardum, hac die. A Trittemio autem de uir. ill. ord. S. Bened. lib. 3. cap. 169. reperitur die 26. Martij: qui & de eo agit lib. 4. cap. 56. Vocatur à Polydoro in hist. Angl. lib. 4. graeco uocabulo Theodatus, numeraturq; à Denochbare de sacrif. missae tomo 3. cap. 39. Sextus Cantuariensis Archiepiscopus, successit enim S. Honorio post annum & menses sex uacantis sedis, anno 656. seditque, ut refert Beda in hist. Angl. lib. 3. cap. 20. annos 9. menses 4. & dies 2. & anno 665. ex hac uita migravit. Fuit de genere Occidentalium Saxonum, uitamque egit monasticam in quodam promotione illius Monasterio, cuius tamen nomen Trittemius retinet.

[Plechelmi episcopi.] Alias Pechelmi, de quo idem Molanus, hac die. Agit de eodem Trittemius de uir. ill. ord. S. Ben. lib. 3. cap. 142. & lib. 4. cap. 176. Petrus item Cratepolius de episcopis Germaniae. Fuit ex monacho Maildubiense, Episcopus Candida Case in Anglia, circa annum Domini 700. Quiescit in Oudenzeel, Patronus Ecclesiae Ruremondensis.

Translatio S. Suiithuni.] De qua Molanus in addit. ad Usuardum, hac die: facta est autem hæc translatio, anno Domini 971. hac die, qui erat ab eius morte annus 110. ab Ethelwoldo Episcopo, quam Litteris tradidit Vuolstanus monachus Vintonie. De ea agitur in vita eisdem Suiithuni die 2. Iulii, apud Surium tomo 4. & apud Matthæum Uuestmonasteriensem in Flore historiarum.

Ansueri Abbatis.] vel Ansueri, de quo idem Molanus, ut supra. Pp- sionem eius describunt Helmoldus presbyter lib. 1. ca. 22. historia Saxonum: & Albertus Crantzius in metropol. Saxon. lib. 3. cap. 3. & lib. 4. ca. 43. Agit de eodem Io. Trittemius de uir. ill. ord. S. Ben. lib. 3. cap. 299. & Albertus Abbas Stadensis in Chronico. Fuit Abbas S. Georgii prop. Racezbergum, & martyrio coronatus est anno 1066. Reponitur à Trittemio die 15. Cal. Augusti.

Harruchi episcopi.] Huius natalem hac die annotat Crantzius in metrop. Saxon. lib. 1. cap. 29. Fuit natione Scotus, ex Abbate Ambaricense, Verdensis episcopus octauus. Martyrii coronam accepit eius annum Domini 831. Agit de eodem Ioannes Leslaus. de rebus Scotorum lib. 5. in Alpino Rege.

Translatio S. Theobaldi.) Hanc, hac die reponit Augustinus in lib. Camald. parte 2. lib. 4. cap. 6. cuius translationis seriem descripsit Petrus Abbas Vangadicæ ordinis Camaldulensis.

Eadgythæ.) Cuius natalem annotat, hac die Matthæus Uuestmonasteriensis in Florib. hist. ad annum 925. Fuit filia Eduardi. i. Regis Angliæ, eiusque amore Sithricus Danus fidei Catholice se cõiunxerat: sed ab eodem postea spreta, anno Domini 925. habitum religionis sumpsit.

DECIMOSEPTIMO CALEND. AVGVSTI.

Corduba in Hispania, Sancti Sisenandi [Diaconi monachi, & martyris: qui totus Christi disciplina deditus, in persecutione Arabica, pro Christi nomine cum in uinculis esset, diuina gratia præsentione, martyrii sui diem præuidit: ad quod cœlesti præsentatione confirmatus, non licitorum immani uociferatione, neque tyrannico cruciatu perterrefactus, ad iudicem producitur, cuius iustitiam claræ neci obiectus, coronatur. Sanctis, natale Sanctæ Raineldæ uirginis & martyris, sororis beatæ Gudilæ, quæ cū Grimoaldo lib. diacono, & Gondulpho familiari, ab Hunnis pro fide Christi pernam martyrii accepit. Monasterio Sithiu., translatio Sancti Basili Abbatis.

I V L I I 16.

Menandi diaconi.) *De eodem Mart. Rom. cum Baronio : & Galefinius, hac die. Eius passionem describit S. Eulogius in mem. Sancti. lib. 1. cap. 5. item & Alphonsus in Flore Sancti. hisp. & Ambrosius de moralibus in histor. Hisp. lib. 14. cap. 9. Fuit natione Pacensis, & monachus S. Aciseli Cordubæ : passus anno Domini 851. feria quinta.*

Raineldis uirginis.) *De qua Molanus in addit. & in ind. SS. Belgij, hac die. Vitam eius adfert Surius tomo 4. hac die. Vitam religiosam egit Sancti, ubi & martyrio coronata est circa annum Domini 690. fuit filia SS. Wicberti & Amelbergæ Comitum.*

Transl. Bertini.) *De qua idem Molanus ibidem hac die : facta est anno 846. per Folquinum Abbatem.*

DECIMOSEXTO CALEND. AVGVSTI.

Romæ depositio Sancti Leonis Pape quarti multæ patientiæ, ac magnæ humilitatis, necnon diuinarum scripturarum perceptoris diligentissimi, & uigilijs, & orationibus semper intenti. In Monasterio Argenton, Sancti Fredegandi confessoris. In Monasterio Vallis Umbrosæ, depositio beati Benigni Abbatis, doctrina, & sanctitate admirabilis.

I V L I I 17.

Leonis Pape quarti.) *De quo Mart. Rom. cum Baronio, hac die : præcedenti uero Galefinius, Mauolycus, & Petrus in catalogo li. 6. c. 106. Res eius gestas descripsit Anastasius S. R. E. Bibliothecarius, Platina, & alii. Carolus Sigonius de regno Italia lib. 5. in fine, natalem eius, hac die item reponit. De eodem fufius egimus in Romanis Pontificibus monachis, & in explicatione primi rami.*

Fredegandi.) *De eo Molanus in addit. ad Vsuardum, & in indiculo SS. Belgij, hac die. Fuit monachus Hybernus, & socius prædicationis S. Foillani & Sociorum eius, anno 650.*

Benigni Abbatis.) *Tabule Vallis Umbrosæ de eodem agunt, hac die. Fuit patria Florentinus, & 15. illius ordinis Generalis, obiit q. miraculis clarus anno Domini 1236. Scripsit tractatum de clauistro anime, & corporis, & alia nonnulla.*

DECIMOQVINTO CALEND. AVGVSTI.

Apud ciuitatem Metensium, Sancti Arnulphi Episcopi, qui sanctitate, & miraculorum gratia illustris, eremiticam uitam ducens, beato fine quieuit. Signiæ, Sancti Brunonis episcopi, eruditione, & sanctitate conspicui. In Nortmannia, Sancti Clari, monachi, & martyris. In Anglia, uico Edburton, Sanctæ Eadburgæ uirginis,

P p 2

uirginis, Redualdi Anglorum Orientalium Regis filia, quæ permitte patre, mundo valedicens, suscepto uelo in cœnobio Ailesburij vna cum sorore Sancta Editha, sanctitate, ad miracula usque, claruit:

I V L I I 18.

ARnulphi episcopi.] De quo Mart. Rom. cum Baronio: Beda, Molanus in addi. ad Vsuardum, & Galefinius, hac die. Vitam eius composuisse fertur Beda, quæ reperitur in tertio operum eius tomo, in quo tamen esse auctoris, cū ex Baronio in notis huius diei, tum alijs, & maxime auctoris ipsius uerbis colligimus, in fine enim fatetur se presentem fuisse cum alijs monachis & Fratribus, morti S. Arnulphi, quæ contigit anno 640. secundum Baronium, uel 641. ut uult Franciscus de Rosieres, sed eo tempore Bedam, nondum natum fuisse ex historijs manifestum est, obiit enim, ut uolunt anno 734. Falso igitur attribuitur Beda hac uita. Agunt præterea de eo Vincentius in speculo lib. 23. cap. 72. 73. 74. 75. 76. & 77. Franciscus de Rosieres fusè tomo 3. Stemmatum Lotharingiæ, hist. capitali. 48. Fuit Dux Austrasiæ quintus, cuius administratio accepit anno 601. in qua per annos. 20. & amplius permansit: & tandem seruata charitate ab uxore separatus, Ducatui ualedicens, omnibus relictis ad monasterium Lirinense accessit anno 622. ex quo, uacante sede Metensi, Dei uoluntate, ac omnium uocatione eam Ecclesiam gubernandam suscipere coactus est anno 623. altero ab eius conuersione: quam cum annis 15. sanctissimæ rexisset, uitæ eremiticæ desiderio inflammatum, post habitis rursus omnibus ad solitudinem se recipiens anno 638. illique Angelicam uitam ducens, ad destinatum peruenit præmium, anno Domini 641. cuius corpus per eius successorem S. Goericum in ciuitatem Metensem, translatum, honorificè reconditum est. Surius tomo 4. die 19. Augusti qui est translationis ipsius, uitam eius à Paulo Diacono nececho Casinensi conscriptam, adfert.

Brunonis episcopi.] De eodem Mart. Rom. cum Baronio, hac die quo referente uitam eius typis excusam accepimus. Res eius gestas referunt Petrus Diaconus lib. 4. hist. Casin. cap. 33. & lib. de uir. ill. Mont. Casin. cap. 34. Obiit circa annum Domini 1120. Reponitur a nonnullis præter calendaras Septembris, ubi de eodem agemus fusius.

Clari monachi.] Eius meminit Molanus in addit. ad Vsuardum, hac die. Quo uixerit tempore ignoro.

Eadburgæ uirginis.] De eadem Maurolycus, hac die: Agitur in Britannia chorographia fol. 302. Floruit anno Domini 610.

DECIMO QUARTO CALEND. AVGVSTI.

Cordubæ in Hispania, Sanctæ Aureæ uirginis & martyris, quæ nobili genere nata, Ioannis & Adulphi martyrum soror, aliquando lapsa, post facinoris pœnitens, iterato certamine hostem effuso sanguine superauit.

I V L I I 19.

A (Vra) De ea Mart. Rom. cum Baronio, & Galestinus hac die. Agonem eius egregiè describit S. Eulogius in memor. Sanct. lib. 3. cap. 17. & Alphonsus in Florè Sanct. Hisp. necnò Ambrosius de moral. in Chron. Hisp. lib. 14. cap. 25. fuit sanctimonialis Monasterij Cudeclare: passa est anno Domini 856. assumptæ religionis anno 30.

DECIMOTERTIO CALEND. AVGVSTI.

In pago Boloniensi in Gallia, Sancti Vulmari Abbatis admiranda sanctitatis uiri. Treuitis, Sanctæ Seueræ uirginis & Abbatis, Sororis Sancti Modoaldi eiusdem loci episcopi: Cordubæ, Sancti Pauli monachi, & martyris. Is ciuii Cordubensis in monasterio Sancti Zoili martyris vitam monasticam professus, cum Christum uerum Deum constanti sermone contra Principes Mahumeticæ superstitionis prædicaret, peremptus coronatur.

I V L I I 20.

Vlmar Abbatis. De eodem Mart. Rom. & Vsuardus, hac die. Adonem, qui & Philibertum Abbatem addit. Vitam eius adfert Surin die 17. Iunii tomo 3. quo eius celebratur translatio. Eandem adfert Mosander tomo 7. hac item die. Agit de eodem Trittemius de uir. ill. ordin. Sancti Bened. lib. 3. capit. 293. & Molanus in indicul. Sanct. Belgii. Petrus in catalogo lib. 11. capit. ultim. quem reponit. 15. calend. Iulij, & Mejerus in Annal. Fland. ad annum 668. Fuit monachus primum cenobij Altimontis in Flamma, deinde Abbas, in neore Boloniensi.

Seueræ uirginis. De ea Mart. Rom. cum Baronio: Molanus in adonem Vsuardum, & Maurolycus, hac die. De eadem agitur in vita S. Modoaldi apud Surium tomo 3. die 12. Maij. cap. 13. & 14. & apud Trittemium de uir. ill. ordin. S. Ben. lib. 3. cap. 156. Fuit Abbatisa S. Symphoriani circa annum Domini 660. Patre nata est Arnoaldo Austrasie Ducis, matre Oda Suenie Ducissa, ut refert Franc. de Rosieres tomo 3. Serm. Lothar. hist. cap. 47.

Pauli monachi. De quo Vsuardus: Mart. Rom. cum Baronio, & Galestinus, hac die. Passionem eius describit S. Eulogius in mem. Sanct. lib. 3. cap. 2.

Pp 3 2. cap.

2. cap. 6. *Alphonsus in Flore Sanct. hisp. & Ambrosius de moral. lib. 24. cap. 10. Chron. hisp. Passus est anno Domini 851. feria secunda.*

DVODECIMO CALEND. AVGVSTI.

Argentina, Sancti Arbogasti eiusdem ciuitatis episcopi & confessoris, qui ex eremitica uita ad illam sedem translatus, sanctitatis, & miraculorum gloria claruit, in tantum ut Siebertum dagoberti Regis filium ab Apro occisum, suis precibus ad uitam rediret. In Cellensi Monasterio, translatio Sancti Sulpitii episcopi & confessoris. Venetijs, depositio Sancti Danielis Abbatis, & confessoris, ordinis Cisterciensis.

I V L I I 21.

Arbogasti.] *De eo Mart. Rom. cum Baronio; Molanus in addit. ad Vsuarium: & Galestinus, hac die. Vitam eius referentibus Gulielmo Eifengrenio; Molano; & Baronio, composuit Vtho. 39. episcopus Argentinensis, quæ uixit anno 965. De eodem agunt Petrus Cratellus de episcopis Germaniæ; & Demochares de sacrif. mistæ tomo 2. cap. 35. a quo notatur illius sedis episcopus secundus, successisse, dicitur Amanido anno 646. & mortuus 658. Franciscus item Irenicus lib. 4. cap. 46. Germaniæ exegeseos. Fuit genere Aquitanus, uel Hibernus, ut tamq. monasticam duxit in Alsatia, eo in loco, ubi nunc Hagana dicta est.*

Translatio S. Sulpitii.] De qua Molanus in addit. ad Vsuarium, & in indice SS. Belgij, hac die. De eodem egimus die 27. Ianuarij.

Danielis Abbatis.] Tabula sanctimonialium Sancti Danielis, Venetijs, eius natalem hac die reponunt. De eodem agit Franciscus Sanguinus in descriptione ciuitatis Venetiarum, lib. 1. Fuit ordinis Cisterciensis Abbas, Patrius Venetus, ex clarissima Molinorum familia, obiit anno Domini 1132.

VNDECIMO CALEND. AVGVSTI.

In territorio Aruernensi, Sancti Menelei Abbatis. In Bladino depositio Sancti Vuandregisili, primi fundatoris cœnobij Pictanellensis, cuius gesta habentur. Eodem die, depositio Sancti Ioannis Gualberti Fundatoris Vallis Umbrosæ. In Monasterio Sancti Blasij de Caroldo Venetijs in Iudaica, Inuentio Sanctæ Iulianæ uirginis, & Abbatissæ.

I V D I I 22.

Menelei.] *De eodem Mart. Rom. cum Baronio: Vsuarius: Galestinus, Maurolycus, & Felici, hac die. Res eius gestas, rationumque temporum de eo ignoro.*

Vuar-

Vuandregesli Abbatis.] *De eodem omnes supracitati, hac die, tacente tamen Vuardo, cuius loco apponitur Molanus in addit. ad eundem. Vitam eius hac die adfert Surius tomo 4. Agunt de eodem Trütemius de mir. ill. ord. S. Ben. lib. 3. cap. 96. & Molanus in indic. S. Belgij. Fuit monachus primum Montis Falconis, deinde Abbas Fontanella, migravit a seculo anno etatis 96. Abbatie. 19. mense 4. die 21. Christi 665. vt etiam annotat Meyerus, lib. 1. annal. Flandria. De eodem Petrus in catalogo, lib. 6. cap. 127.*

Ioannis Gualberti.] *Hac die de eo agit Felici in Ephemeridibus, sed quam rectè ipse uideat. Egimus nos die 12. huius mensis.*

Inuentio S. Iulianæ.] *Hac inuentio notatur in Tabella Manuscripta ad altare ipsius Sanctæ, his uerbis.*

Et dopò trentacinque anni. (à morte eius scilicet) nella festa di Santa Maria Maddalena, cioè del 1290. fu trouato il suo corpo, & la cassa, nella quale era sepolta, fu trouata pura & incorrotta conseruata per diuina uirtù. Et fu traslatato questo Corpo Venerabile in questo sepolchro, sopra ilquale è fabricato il suo altare. E fa molti miracoli, & massimamente a liberare del dolore della testa, per ilquale dolore passò di questa uita; e questa gratia hebbe da Dio, che tutti quelli che si raccomandassero a lei per il dolore della testa, fossero liberati. A laude del nostro Signore Giesu Christo. Amen.

De eadem inuentione agit Bernardinus Scardeonius in historia Patavina lib. 2. classe 6.

DECIMO CALEND. AVGVSTI.

Roma, & Sanctarum uirginum Romulæ, Redemptæ, & Herulnæ, de quibus scribit Sanctus Gregorius Papa: hæ in Monasterio iuxta ecclesiam Beatæ Mariæ uirginis commanentes, uitam quidem moribus diuitem, sed rebus pauperem ducebant.

IULII 23.

Romulæ & Sociarum.) *De ipsæ Mart. Rom. cum Baronio, hac die. Agunt de his S. Gregorius Papa dialog. lib. 4. cap. 15. & homilias 40. in euangelia. & Petrus in catalogo lib. 11. cap. 109. Corpora Romulæ & Redemptæ asseruantur in Basilica S. Mariæ Maioris, ut refert Baronius in notis huius diei.*

Redemptæ.) *Quamuis de ea agat Baronius in Mart. Rom. hac die; præcipua tamen eius festiuitas recolitur die nonarū Martij, ubi de eadem egimus.*

NONO CALEND. AVGVSTI.

Niceę in Prouincia, depositio S. Valerii Episcopi & confessoris, qui ex monacho Lerinensi ad Episcopatum assumptus, boni pastoris officium implere studuit, & in gaudium Domini sui introductus, audire meruit, *Euge serue bone.*

I V L I I 24.

Valerij Episcopi.] *De quo tabula Lerinenses, hac die. Res eius gestæ hætenus me latent, cum, quod quædo floruerit tabula illa non referant, tum etiam, quod catalogum Episcoporum illius ciuitatis, nondum videre contigerit.*

OCTAVO CALEND. AVGVSTI.

Cordubæ in Hispania, Sancti Theodimiri monachi & martyris, qui iuuenis præclaraque pietate monachus, in Arabica persecutione datis fidei testimoniis, necque nobilitatus, coronatur. Parisijs, translatio Sancti Germani Episcopi. Metis, natalis Sanctæ Glodesindis Abbatisæ & uirginis, miraculis claræ. Eodem die, translatio Sancti Lebuini presbyteri & confessoris.

I V L I I 25.

Theodimiri.) *De eodem Mart. Rom. cum Baronio; & Galefimus, hac die. Passionis eius triumphum recensent. S. Eulogius in memor. Sancti. lib. 2. cap. 6. & Alphonsus in Flore Sancti. Hisp. ac Ambrosius de moral. in Chron. Hisp. lib. 14. cap. 10. Coronatus est martyrio Era 899. qui erat annus a Christi natiuitate 851. die Sabbati. Fuit huius monachi Carmonensis in Hispania.*

Translatio S. Germani.) De qua Molanus in addit. ad Vsuarium, Galefimus, Ado, & Maurolycus, hac die. Huius translationis historiæ scripsit Ebroinus Pictaorum Episcopus, petente Carolo Caluo Imperatore, demque litteris mandarunt duo monachi S. Germani singuli, singulæ opusculis. De eadem agit Petrus in catalogo lib. 6. cap. 38.

Glodesindis.) De ea idem Molanus ibidem. & Ado, hac die. Eius uitam refert Surius tomo 4. hac item die. Meminit de eadem Tritemius de uir. ill. ord. S. Ben. lib. 3. cap. 291. qui dicit floruisse anno 640. & Vinnicius in speculo lib. 23. cap. 8.

Translatio S. Lebuini.) Eiusdem meminit Molanus in indiculo SS. Belgii, hac die. De eadem agemus die 12. Decembris.

SEPTIMO CALEND. AVGVSTI.

In Monasterio Sancti Benedicti in agro Mantuano, Sancti Imeonis Monachi, & Eremitæ, qui multis miraculis clarus in senectute bona quieuit. Parauit in cœnobio Sanctæ Iustinae, translatio

rio Sanctorum Arnaldi Abbatis, & Vrij monachi & confessoris, & felicitatis Virginis, & sanctimonialis.

I V L I I 26.

IN Monasterio S. Benedicti.) Fundatum est atque constructum hoc amplissimum Sancti Benedicti cœnobium à Tedaldo Duce, Auo Illustrissimo Ducisse Mathildis non longe à ciuitate Mantua. inter Padum & Larionem Fluiuos, vnde postea Padolironis nomen accepit, anno Domini 984. Auctumque est deinde, tum privilegijs, tum etiam opibus à Bonifacio Duce, Marchione, & Comite, ipsius Tedaldi filio, ac presata Mathilda, eius filia, que ibidem, moriens, sepulta est, anno Domini 1116. in capella S. Marie uirginis, ante altare S. Martini Episcopi; ad cuius sepulchrum sequens epitaphium in tabella descriptum, & a quodam monacho illius cœnobii conscriptum, legebatur;

Hoc ego marmoreo claudor Comitissa sepulchro,

Nomine quæ quondam dicta Mathildis eram.

Mille annis Domini cursis centumque, decemque

Sexque simul propria carne soluta fui.

Occubui uictura Deo, dum quintus haberet

Mensis residui Iulius octo dies.

Mantua cum fuerim Princeps tibi, Numina lauda,

Larga fui hic Monachis, plebs pia uiue memor.

Quum tibi cœnobium fundarit, hoc quoque sacellum,

Et Theodaldus erat, qui mihi dulcis Auus.

Tria alia, que succedentibus temporibus Sarcophago eiusdem affixa fuerunt, recitat R. D. Benedictus Luchinus Abbas Gratiarum, in Libello de gestis eius, cap. 19. Fuerunt autem monachi primum Congregationis Cluniacensis que erat tunc maxima per vniuersas orbis partes sanctitatis & obseruatiæ, quorum primi quatuordecim Abbates, ut in libro antiquo MS. repperi, qui præ uerustate uix erat legibilis, extiterunt,

- | | |
|--|--------------------|
| 1. Domnus Rozo Abbas primus, hunc R. D. Benedictus Luchinus Abbas Gratiarum, Donnum uocat, sed malè. | 9. Ermanus. |
| 2. Venerandus. | 10. Henricus. |
| 3. Rainfredus. | 11. Vuillelmus ij. |
| 4. Landulfus. | 12. Vbertus. |
| 5. Petrus. | 13. Geraulfus. |
| 6. Vuido. | 14. Raincius. |
| 7. Vuillelmus. | |
| 8. Albericus. | |

Hic erat prius monachus Cluniacensis.

niacensis cœnonobij, ut in chronico MS. quod penes me est, notatur his uerbis.

Albericus monachus Cluniacensis fit Abbas S. Benedicti supra Padu, nostri Ord. Cluniacensis: pro quo fit officium in nostra ecclesia, & plena refectio tribuitur. Hæc ibi. Creatus autem est ut ex ratione temporum liquet anno Domini 1107.

Post hos Abbates, sequebantur nomina, mille trecentorum nouem Monachorum, quorum duodecim in ordine uocabatur, Riculfus Abbas: & trigessimus nonus Rainfredus Abbas: fuit hic Abbas tertius S. Benedicti: 54. Stephanus Episcopus: 233. Gotescalcus Abbas: 301. Vuido Abbas Sextus, ut puto S. Benedicti: 305. Theodatus Abbas: 355. Ioannes Abbas: 386. Otto Abbas: Iste anno 1112. factus est primus Abbas S. Sixti Placentiæ, monialibus in ordinem reductis. 473. Homodei Abbas: 591. Vincentius Abbas: 626. Sanius Abbas: 676. Paganus Abbas: 776. Arnisius Abbas: Hi omnes uelque ad 844. unius manu descripti uidebantur, reliqui alterius cuiusdam, diuerso que caractere, qui potius Gallicum, quam Italicum representabat: & eorum trigessimus tertius in ordine, qui est, si ab initio incipiamus, 877. erat, Ribaldus Abbas: & 922. Girbertus Episcopus: 990. Benedictus Abbas: 997. Ardicio Abbas: & 1040. Manfredus Abbas: 1044. Ribaldus Episcopus: 1078. Ricardus Abbas: 1247. Martinus Abbas: 1273. Atto Abbas: 1293. Theodinus Portuensis Episcopus, & 1296. Petrus Tusculanus Episcopus: ab Alexandro Papa iij. creati: & 1297. Ugo Abbas; hunc subsequebantur alia duodecim monachorum nomina, numerum antedictum 1309. complentia: quibus omnibus adscriptum semper erat, prænomen illud. Dominus. Quo autem tempore, cuius uel loci, fuerint hi Abbates, & Episcopi, non explicat. Ex Cardinalibus attamen duobus annotatis tempore Alexandri Papæ iij. manifestum euadit prædictos omnes, per spacium trecentorum annorum floruisse, fundatum enim est monasterium, ut diximus anno Domini 984. & prædicti Cardinales creati fuerunt ab Alexandro Papa. iij. anno 1178. Pontificatus sui 20. ut annotat F. Onuphrius Panuinus in epitome Pontificum Romanorum, in quarto. Et hæc quidem dicta sint de primis huius cœnobij inuicis: reliqua eiusdem incrementa, & quo tempore Sanctissimæ Congregationi Casinensi, alias Sanctæ Iustine de Padua aggregatum fuerit, quibusque priuilegiis, & immunitatibus decoratum; Si quis uidere & cognoscere cupiat, libellus R. P. D. Benedicti Luchini Mantuani, S. Mariæ Gratiarum Abbatis, quem de gestis Illustrissimæ Comitissæ Mathildis, & Monasterii Sancti Bene-

Benedicti prerogatiuis composuit, perlegat, & abunde desiderio suo satisfactum in cognoscet.

Symeonis.] De quo *Mart. Rom. cum Baronio*; *Molanus in addit. ad Vuardum*, *Galesinius*; *Manrolucus*, & *Felici*, hac die. Vitam eius composuit *D. Hilarion monachus* quam reperire licet in *supplemento suo ad Voraginem*: Est & alia apud nos in *Monasterio S. Benedicti in refectorio sine nomine auctoris*, in *membranis conscripta*, quae complectitur capita. 27. *Miracula etiam eiusdem post mortem perpetrata capitibus*. 13. *descripta reperiuntur*. Eandem vitam in *compendium redegit*. *Donnus Ioannes Baptista Folengius Mantuanus*, eiusdem cenobii monachus & Prior; quae typis excusa est simul cum officio, & hymnis tribus sacris, qui hac die, & per totam octauam, à monachis summa cum deuotione decantantur, in honorem ipsius Sancti. Est & eadē uersu heroico in *claustro nostri Monasterii S. Symeonis nuncupato*, cuius auctor fuit *R. D. Angelus Sangrinus, Abbas*. Reperiuntur & alii duo hymni uersu iambico de eodē, in *breviario peruetusto in ecclesia Monachorum S. Mariae de Magutano*, quos hic apponere libuit, ut abunde *Lectori*, quantum possumus, fiat satisfactum.

In festo Sancti Symeonis monachi ad Vesperas,
& ad laudes Hymnus.

C	Letus psalle, plebs iubila,	Iuxta Padum cenobio,
	Dulcem depromēs modulam,	Sub Benedicti deguit,
	E corde pellens nubila,	Norma, decurso stadio,
	Symeonis ad tumulum.	Prodigiōse emicuit.
Q	uem Christus ad Aetherea,	Os, quem piscis constrinxerat,
	Prouexit iam cum gaudio	Andream morti deditum,
	Letantem super sydera,	Precibus pijs liberat,
	In Sanctorum tripudio.	Fratrum depellens gemitū.
H	ic in Armenis genitus,	Duorum ductus precibus,
	Claris satis parentibus,	Patris columbae pariter,
	Vxorem spreuit penitus,	Languēs languoris nexibus,
	Timens a mundi sentibus.	Absoluitur celeriter.
D	ein extendens altius,	Foue, defende fortiter,
	Pedem linquens terrestria,	Fratres quos cernis laudib⁹,
	Italiam quam citius,	Tuis uacare iugiter,
	Venit quærens caelestia.	Seruans ab hostis fraudibus.

Laus

Laus patri, cum genito,
Reddatur uoce sedula,
Spirituique, inelito,
In sempiterna secula. Amen.

Ad Nocturnos Hymnus.

PSallat chorus, qui sonorus, Fratrem lapsum, uita cassum,
Existit claris uocibus, Deductum iam ad tartara,
Symeonis, & in bonis, Sibi cedis, post concedis,
Exulret cœlum laudibus. Eterna Christi munera.
Hymnum pangat, dulce clangat, Cenobitâ finit uitam,
Tubaque ueri flaminis, Mantuam iuxta sobrie
Quia sanctus iam factus est, Quem ad plenam, uocas cenâ,
Consors paterni luminis. Summe Deus clementiæ.
Spreuit mundum, ut se mundû, Vbi claro, pausat caro,
Offerret tibi villicum, Contexta saxo cœlitus,
Cui cedis, locum sedis Hunc ad locum, tuum rotam
Deus tuorum militum. Veni creator spiritus.
Cibas Ceruo, quos conferuo Tibi laudes, ut conferues,
Huius molles præmaximè, Perenne lucis vnitas,
Ac procella, claudit cella, Dat hæc salues, & gubernes,
Aeternæ Rex altissime. O lux beata trinitas. Amen.

Extabât, & duo alij hymni Phaleucio carmine conscripti, in peruetusto codice Bibliothecæ Monasterij nostri S. Benedicti Mantuani, difficultè mi quidem lectu, ob abbreviationes multas & insolitas, quæ in eisdem reperiebantur, pulcherrimi tamen sensu; quorum lectiōne pijs auditorum aures ditare uolentes, eosdem, ut sequuntur, hic apposimus.

*Hymni proprii de Sancto Symeone monacho.**Ad uesperas hymnus.*

EMicat alma dies Domino Mœbraq; quo magè moreifica
Cantica pangite cū iubilo, Hic magis intima uiuificat.
Quæ Symeon sacer Eremita, is Quem Christus referare uolens,
Celsa palatij scandit ouans. Mira per hūc facit omnipotens,
Stemmata nobilis eximio. Quæ nimis acra fames cruciat,
Scemate uixerat agregio. Ceruus ad hunc ueniens satiat,
Terrea liquit amore Dei, Quod tumuit miser occubuit
Pectore semper adhæsit ei. Vir pius hunc prece restituit
Hic uoce carnea bella domat. Hostica turba fugata gemit
Quos una mens uiciofa uomat. In miseris, nec uir ante fremitu
Gloria

Gloria, laus, honor, imperium, Qui Deus vnus in arce poli,
 Sit tribus, & decus eximium; Celsa gubernat & astra poli. Amē.

Alter Hymnus.

Qvod Symeon foret egregiè Iam reuerende Pater famulis,
 Sat didicit caput Ecclesie Mitis adesto, fauore tuis,
 Hostica vis tumidum domuit Corpore quosq; tuo decoras,
 Sed vir eum pius eripuit. Hos piè te petimus foueas.
 Carceris antra preces referant Nos rege, protege, multiplica,
 Parcitur his flagra qui dederat; Respice, dilige, sanctifica;
 Frigora, flabra, niues tolerat, Quo tua plebs tibi què iubilat,
 Dum loca sac̄ta petès peragrat. Ad tua gaudia perueniat.
 Sic Symeon veneranda gerens, Gloria, laus, honor, imperium;
 Iusticie documenta sequens, Sit tribus, & decus eximium,
 Post breue corporis exilium Qui Deus vnus in arce poli
 Iam brauium capit athereum. Celsa gubernat, & astra poli.
 Amen.

De eodem agunt R. D. Benedictus Luchinus Abbas, de gestis Mathil
 dis, cap. 4. & Petrus Calzolari à Bugiano, in hist. Monastica, colloquio
 sue diario ultimo. In hoc tamen corrigendus uenit, quod dicit obiisse an-
 no Domini 1054. cum ut ex eius actis constat migrauerit à seculo anno
 1016. Indictionis 47. anno 14. Fuit Sanctus hic, Armenus genere,
 Basiliani ordinis primum monachus, ac ordine Diaconus, ut ex epistola
 Arsenij Patriarchæ Hierosolymitani patet, quæ sic habet;

Incipit Epistola Arsenij Patriarchæ Hierosolymitani, pro commendatione
 Sancti Symeonis Monachi.

IN nomine Domini nostri Iesu Christi Nazareni, atque sanctissi-
 mi eius Sepulchri, à me indigno eius famulo custoditi. Ego Ar-
 senius non meis meritis Patriarcha Hierosolymita, firmo signo San-
 cti Sepulchri, omni ecclesie catholice salutem & pacem. Precor
 omnes ad quorum partes Symeon iste Monachus, & Sanctissimus
 Christianus, atque Eremita iuerit, ut ei benefaciant, quia bonus at-
 que electus est. Ad Sepulchrum enim Domini iuit, inde uenit ad
 ecclesiam Beati Petri Apostoli; post hinc ad Limina Beati Iacobi
 Galliciam perrexit. atque sic in modum Apostolorum Deo, & Do-
 mino nostro Iesu Christo, seruiendo, circuit totum Orbem, & nõ
 habuit comparem nisi Iesum Christum. Vt magis stupeas panem
 non manducar, nec carnem, nec adipem, neque caseum, nec oua.

Qui

Quicumque ergo Imperator, siue Rex, uel Regina, siue Episcopus, seu Abbas, siue Marchio, seu Comes, uel quicumque Christianus amore Christi sibi benefecerit, uel eum defenderit, & uiam ei ostenderit, quia non scit linguam, sit Benedictus à Patre, & filio, Sanctoque Spiritu, conseruet eum Deus in omni opere bono, benedicat & sanctificet eum Pater, in die iudicii, ad dexteram Christi collocetur cum electis, quatenus possit audire, *Venite benedicti patris mei, &c.* confirmet Spiritus sanctus, ut uerbum Dei corde perceptum, firmiter atque incommutabiliter teneat, ut, ab iniquissimo Diabolo, non possit auelli. Qui uero sibi malefecerit, uel eum iniuriauerit, cum damnatis pereat in æternum, & in sæcula sæculorum Amen. Symeon iste, monachus est, & Eremita, atq; Armenus. *Hæc epistola Armenicis characteribus scripta reseruatur pro reliquijs apud nos, simul cum nouo testamento & psalterio ysdem literis exaratis, quæ reposita cernuntur in quadam capsula, in qua est & Cilicium, & alia nonnulla, quæ ipsius Sancti fuisse cognoscuntur. Connumeratus est in numerum Sanctorum à Benedicto Papa octauo, petente ac rogante Illustrissimo Duce, & Marchione Bonifacio, Tedaldi filio, cuius canonizationis epistola, quæ apud nos pro magno munere conseruata, tenet talis est:*

Incipit Epistola Benedicti PP. De canonizatione & constructione Ecclesiæ Sancti Symeonis Monachi.

Benedictus Episcopus seruus seruorum Dei Bonifacio gratia Dei Marchioni inclito, salutem carissimam cum benedictione Apostolica. Requisitis iudicium nostrum, sicut dignum fuerat, utrum in honore Symeonis nuper sanctificati, quod opera probant, & innumera, ac diuersa miracula testificantur, liceret uobis Ecclesiã construere, & eius uenerabile corpus honorifice collocare ibidem. De quo respondemus, si ita coruscet miraculis, ut uester homo nobis asseruit, edificate Ecclesiã, collocate in ea eundem, in quem altare consecrari rogare. In quo Reliquiæ antiquorum Sanctorum recondantur cum sacratissimo Corpore Domini Nostri Iesu Christi, & sic demum diuina misteria celebrentur. Tractate ut Sanctum. Sanctus Sanctorum reddat uobis mercedem Sancti, sicut ipse dixit. Qui recipit prophetam in nomine propheta, mercedem propheta accipiet. Ipse inspector est renum, & cordium, & ipse illi dignam compensationem remuneret, & uobis pro tanto desiderio suam indulgeat gratiam. Amen.

*De eleuatione etiam eius, & reliquiarum Veneratione Leo Papa No-
nus Mutinensi Episcopo in hunc modum rescripsit.*

Incipit Epistola Leonis PP. de Veneratione S. Symeonis Monachi.

Leo Episcopus seruus seruorum Dei. Venerabili Mutinensi Epi-
scopo salutem, & apostolicam benedictionem. Mirabilis Deus
in Sanctis suis gloriosus, & mitis, magnæque misericordiæ, & su-
per malitiam præstabilis, multorum fidelium, ut uera comperimus
relatione, centupla remuneratione donauit sancti sui Confessoris
meritum, & gloriam Simeonis Reuerendissimo Abbati Sancto Be-
nedicto cui exhibetur honor, adiuncto sibi socio Simeone Mona-
cho, & Heremita, ac Diacono. Mantuanus Episcopus nouam ibi con-
secrabit Ecclesiam, cui uolumus ut exhibeas honorificentiam, si inter-
esse te uolumus huic consecrationi, & huius corporis eleuationi, &
altare in eius honore consecratur, quem Deus summa uirtutum
clarificauit dignitate. Amen.

*Migrauit a seculo, ut diximus, anno Domini 1016. & nunc sepultus
iacet in altari, suo nomini dicato, ad sinistram ecclesiæ nostræ, statim in-
gressu, ubi usque hodie miraculis coruscus claret.*

*Translatio SS. Arnaldi, & Vrij, &c.] De qua Calendarium quoddam
retus in membranis conscriptum, Monasterij S. Justine de Padua, hac
die. Quo tempore tamen facta sit hæc translatio me latet.*

SEXTO CALEND. AVGVSTI.

Cordubæ, Sancti Georgij monachi, qui simul cum aliis multis
laicis martyribus in Arabica persecutione egregius fidei Chri-
stianæ testis, præclarusque martyr, ob insignes concertationes, quas
fortiter iniit, tandem nece obita coronatur. In Sicilia, natalis San-
cti Simeonis Monachi.

I V L I I . 27.

Georgij Monachi.] *De eo Mart. Rom. cum Baronio, & Galefi-
nius, qui Gregorium, sed malè legit, hac die: Vsuardus uerò Mau-
rolycus, & idem Galefinius iterum sexto cal. Septembris: Hac tamen die
passum cum alijs affirmat S. Eulogius, qui martyrij eius acta recenset, in
memor. Sancti. lib. 2. c. 10. De eodem agit Ambrosius de moral. in chron.
hisp. lib. 14. cap. 13. Erat Georgius natione Bethleemites, ac Monachus
S. Sabæ iuxta Hierusalem, sub Dauide Abbate, in quo cenobio uitam
monasticam egit & Joannes Damascenus: Passus est Era 890. à Christo
nato anno 852. Eius corpus quiescit in Monasterio Pilæmelariensi.
Scripsit ut referunt S. Eulogius, & Ambrosius epistolam sui martyrij ad.*

Ab-

Abbatem suum: & aliam ad Vniuersos Christianos in Hispania, qua eus ad martyrij palmam subeundam excitat: cuius initium est. Cognoscite, ô fratres charissimi, meum introitum in Hispaniam.

Simeonis Monachi.] De eodem Vsuarius, Ado, Maurolycus, & Felici, hac die. Cuius Monasterij monachus fuerit, aut quo iuxta sculo, adhuc minime reperire potui.

QUINTO CALEND. AVGVSTI.

IN Britannia minori, Dolo Monasterio, depositio Sancti Sampsonis Episcopi & confessoris, qui Priuati hospitis sui vxorem à lepra, filiamque eius à Demone uexatam, optatæ sanitati restituit. Luchas Castro, Sancti Vrsi Abbatis, multorum cœnobiorum Patris, abstinentiæ admittendæ, & aliarum uirtutum laude celebris. Item sancti Leobatii Abbatis Senapariæ in Turonicis, Sancti Vrsi consodalis sui per omnia imitatoris.

I V L I I 28.

DOlo Monasterio.] Fundatum est hoc cœnobium ab antedicto Priuato, ut beneficium beneficio rependeret, & Sancto Sampsoni traditum.

Sampsonis Episcopi.] De quo Mart. Rom. cum Baronio, Vsuarius, Galestinus, Maurolycus, & Felici, hac die. Res eius gestas conscripsit Baldricus Dolensis Archiepiscopus. Agunt de eodem Vipcentius in speculo lib. 21. a capite. 105. ad caput 116. exclusiue. Petrus in catalogo lib. 6. cap. 150. Trittemius de uir. ill. ord. S. Ben. lib. 3. cap. 41. & lib. 4. cap. 46. & Robertus Cœnalis de re gallica lib. 2. perioche 6. Fuit primum monachus sub disciplina S. Eluti Abbatis, deinde Abbas, & Dolensis Archiepiscopus primus circa annum Domini 566. in concilio Parisiensi primum creatus, ut annotat Demochares de sacrif. missæ tomo 2. cap. 24. quem supputationem antea sequutus fuerat Cœnalis loco citato. Trittemius tamen, cui subscribit & Baronius, dicit eum floruisse anno Domini 600. id est, usque ad annum sexcentimum etatem produxisse, ut ego reputo.

Vrsi, & Leobatii Abbatum.] De Vrso Molanus in addit. ad Vsuarium, & Galestinus, hac die. Vitam eius, & Leobatii Abbatis adfert Sarius tomo 4. hac die, ex Gregorio Turon. de uita patrum cap. 18. Agit de iisdem & Trittemius de uir. ill. ord. S. Ben. lib. 3. cap. 36. & 37. clarescuntque, ut refert circa annum Domini 560.

QUARTO CALEND. AVGVSTI.

ROmæ, depositio Beati Urbani Papæ, huius nominis secundus, Cruciatæ recuperationis terræ Sanctæ auctoris, libertatisque Ecclesiasticæ defensoris acerrimi, qui post multas ab Henrico Impera-

peratore quarto sibi illatas iniurias, post exilium, & ærumnas, aliaque id genus alia, tandem sanctitate clarus confessor occubuit.

I V L I I 29.

VRbani Papæ.] *Hac die obiisse notat Panuinus in epitome Pont. Rom. & qui cum sequuntur. Res eius gestas fusè prosequuti sunt, Gulielmus Episcopus Tyri in historia belli sacri: Robertus monachus, de recuperatione terræ sanctæ: Auctor Chronici Hierosolymitani, excusus Helmeftadij anno 1534. Vincentius in Speculo, lib. 25. cap. 84. & alijs pluribus in locis. Antoninus in summa historiali. Platina; & alij infiniti, qui de Solymorum captione, ex professo scripserunt. Registrum epistoliarum eius, collegit Leo. S. R. E. Diaconus Card. & monachus Casinas, ut refert Petrus Diaconus de uir. ill. mont. Casini. cap. 31. Agit de eodem Tristemius de uir. ill. ord. S. Ben. lib. 4. cap. 13. & 26. Sancto Patri Benedicto nomen dedit in cænobio Cluniacensi in Galliis, ante Pontificatum Orbo uocatus. Reliqua eius opera fusius explicauimus in primo Arboris ramo, & in tractatibus de Cardinalibus, & Pontificibus Summis ordinis Monastici.*

TERTIO CALEND. AVGVSTI.

IN Anglia, Passio Sanctorum Leofronæ, Abbatissæ Sanctæ Mildredæ, & multorum Monachorum, & Sanctimonialium, qui capti à Danis, & ludibrio expositi, ab iisdem decimabantur, & nouè diuersis tormentorum generibus interemptis, decimus tantummodo seruabatur, uel dimittebatur.

I V L I I 30.

Sanctorum Leofronæ Abbatissæ, &c.] *Matthæus Vuestmonasteriensis in floribus historiarum, anno Domini 1011. horum martyriam contigisse recitat: sed cum post menses septem. uel octo ab eorum nece passum referat S. Elphegum Archiepiscopum Cantuariensem, non potuit accidisse nisi anno 1024. cum S. Elphegus passus sit anno 1025. uti antea uocauimus ad diem 19. Aprilis. & 19. Maii. Et ex eo, quod transactis septem. uel octo mensibus S. Elphegi passionem transferat, ex uerisimili quadam coniectura presentem diem his sanctis martyribus consecrauimus; sub correctione tamen omnia.*

PRIDIE CALEND. AVGVSTI.

ROMÆ, depositio sancti Benedicti Papæ primi, admirandæ sanctitatis. In Anglia, natale Sancti Neoti monachi & Presbyteri, meritis, ac miraculis insignis, qui in propaganda Christi religione omne uitæ studium consumpsit.

Q 9 I V L I I

Benedicti.] *Hac die migrasse refert Panuinus in epitome Pont. Rom. Monachum quidem ante Pontificatum fuisse affirmat Hieronymus Plata de bono status religiosi lib. 2. c. 28. ex pontificali cathedra, cuius nomen cenobii non meminit. De eo agit Platina, Volaterranus, & alii prectiores in vitis Pontificum Romanorum. Obiit anno Domini 580. Pontificatus sui anno 4. mense 4. die 15.*

Neoti monachi.] De eo Molanus in addit. ad Vsuardum, hac die. Vitam eius Gulielmus Ramesiensis monachus, in Crolandia, ordinis S. Benedicti, qui claruit anno 1178. descripsit uersu, & prosa: & item translationis eius historiam. De eodem agunt Polydorus Virg. in hist. Angl. lib. 5. & Chorog. britan. fol. 394. floruit anno 880. sub Aluredo Rege, qui eius hortatu Academiam Oxoniensem instituit, uti ostendemus in explicatione ramorum huius arboris.

A V G V S T V S.

CALENDIS AVGVSTI.

MVINTONIAE in Anglia, Sancti Ethelnuoldi episcopi, & confessoris, sanctitate & miraculis clarissimi. Marciani depositio Sancti Ionati Abbatis. Gandavi, eleuatio, & translatio Sancti Bauonis, pij confessoris. In Blandini Monasterio, traslatio S. Vuinuualoci Abbatis. Bambergæ, translatio sanctæ Cunegundis Imperatricis, virginis, & sanctimonialis Conuergensis. Messanæ in Sicilia, passio infinitorum Sactorum monachorum, qui ab Abraymo Saracenorum Duce pro fide Christi necati sunt.

AVGVSTI I.

Ethelnuoldi episcopi.] *De quo Mart. Rom. cum Baronia: Molanus in addit. ad Vsuardum, & Galefinius, hac die. Vita eius compendium refert Surius tomo 4. hac ite die. Eam descriperat Vuolstanus Vintoniensis monachus. De eodem agunt Tritemius de uir. ill. ord. S. Ben. lib. 3. cap. 226. & lib. 4. cap. 205. Polydorus in histor. Angl. lib. 6. & 7. Fuit primum monachus Glasconiensis sub S. Dunstano, Abbate, a quo factus est Abbas Abyndonensis, & demum Vintoniensis Episcopus: Obiit anno Domini 984. episcopatus 21. Baronius editionis Venerianæ habet obuisse anno 904. sed puto errorem esse in impressione.*

Ionati Abbatis.] De eo Molanus in addit. ad Vsuardum, hac die. in indiculo Sanctorum Belgii fufius. Fuit primus eius cenobii Abbas, eoque defuncto moniales illud possederunt per annos ferè 333. Floruit

Dagoberto Rege, anno Domini 640. Quiescit in cenobio suo Marcianis. Elenatio Bauonis.] De eadem Molanus in addit. ad *Vsuardum*, hac die: & in indiculo *Sanctorum Belgii*. Elenatio facta est per S. Eligium episcopum: Translatio vero per *Eremboldum* Abbatem anno Domini 1010. in qua coram omni populo *Mensuinais Antuerpiana* puella paralytica sanitate donata est. De eadem agit *Meyerus* in *Annal. Flandriae* lib. 2. ad eundem annum.

Vainualoci Abbatis.] De qua idem *Molanus* locis citatis, hac die. Cunegundis Imp.] Huius transitum hac die, annotant *Maurolycus*, & *Felyci*: nos vero de ea egimus die tertio Martii, quo reponitur tum à *Sirio*, tum etiam à reliquis *Martyrologiorum* scriptoribus: qui tamen que sit illa eius festiuitas, depositionis ve, an translationis, non produnt. arbitramur nihilominus potius translationis esse, si quæ præfati scriptores, hac die de ea recitant, uera sint.

Passio infinitorum SS. Monachorum.] Quorum martyrium descripsit *Petrus Diaconus* monachus *Casinas*, taliter exorsus, Tempore illo quo *Constans*. & hac ipsa die passos testatur, cuius uerba sunt; Anno autem Domini nongentesimo, indictione tertia, die prima Augusti Saraceni cum *Abramo* Rege suo, à *Babylonia* & *Africa* aduenientes, *Siciliam* inuadunt, & *Monasterium Sancti Placidi* ingressi euangeliis gladiis Monachos aggrediuntur, illosque Christum negare, & nefandam religionem uenerari compellunt: quod dum contemnerent, omnes in eodem loco, una cum monachis *Casinenis* sibus, qui ibi ab Abbate suo directi fuerant, *Saracenorum* gladiis occisi sunt. Quibus occisis cenobium omne præter ecclesiam, ab illis destructum est, anno Domini nongentesimo tertio, indictione sexta, prima die Augusti. Hac *Petrus*. Bis autem passos fuisse ratio temporum manifestat, hac scilicet uice, de qua nunc agimus, quæ erat secunda, & prima uice anno Domini octingentesimo octogesimo quarto. sed qua die nescitur, ut refert auctor martyrii *Sancti Bertharii Abbatis* & sociorum hac periodo: Post mortem *Sancti Bertharii*, Rex *Saracenorum* *Abramo*, cognomento *Cassala*, *Siciliam* ingressus, quotquot monachorum ibi reperit, pro fide Christi capite truncauit, anno Domini octingentesimo octogesimo quarto. De quorum item passione *Petrus Diaconus* in descriptione passionis præcedentium monachorum supracitata statim in principio sic loquitur: Quo tempore *Saraceni* *Siciliam* inuadunt, ad cenobiumque *Sancti Placidi* deuenientes, direptum solo prosternunt, scilicet tantum Ecclesiam relinquentes, & monachos quotquot ibidem inueniunt, diuersis suppliciis affectos *Lætho* dederunt.

Extant & de hac re post finem chronici Casinensis epistola Siculorum monachorum dua, Abbatibus Casini, Appollinari, & Leoni, directæ.

QUARTO NONAS AVGVSTI.

PAtauij, Canonizatio Sanctorum omnium qui in cœnobio sanctæ Iustine requiescunt. Romæ, Sanctorum Stephani Secundi, & Stephani tertii, Pontificum.

AVGVSTI 2.

CAnonizatio Sanctorum.] *Huius Canonizationis fidē facit inscriptio, quæ in Ecclesia Sanctæ Iustine, Basi ad dexteram Chori cella cæta insculpta legitur, quæ talis est.*

Anno post Christum natum M. L. Henrico I I. Imp. Bernardus Episcopus Pat. uir & doctrinæ, & sanctitatis eximie, Augustissima Sanctorum Corpora, quæ è uetere temp. in hoc paulo ante translata sunt, multis ante sæculis, uariis huius ciuitatis calamitatibus ignorata, primus inuenit. Post autem Leo IX. Pont. Max. uir sanctiss. cum aduersus Pannoniæ Regem Diuina uoluntate per Pat. agrum proficiscens, ab ipso Bernardo honorificè esset exceptus, eadem corpora, multa nimirum ante eorum miracula conspicatus. III. Non. Aug. in album Diuorum retulit, & Ber. rogatu re Diuina in hoc temp. religio sis. facta, populum sua illustrauit benedictione. M. D. LXII.

Quo autem anno hæc facta fuerit explicatur in subsequenti epistola, cuius extat memoria in peruetusto exemplari MS. in membranis, in quibus omnium Monachorum ibidem morientium nomina describuntur, quod asseruatur in Sacristia eiusdem cœnobij.

Anno Dominicæ Incarnationis 1053. Indictione 6.

Henrico I I. Imp. regnante.

Hic sepulta est Felicitas illust. femina, Deo deuota, sacro uelamine dedicata, q̄ die noctuq; in Dei seruitio p̄sistens, in cælis suscepta est.

Acta sunt hæc 4. Nonas Augusti, sub Bernardo Episcopo.

Hoc epitaphium repertum est anno Domini M. D. LXII. quando corpus eiusdem uirginis, cum reliquis alijs, è uetere Ecclesia, ad nouam est translatum, de qua translatione egimus die 14. Martij.

Confirmatur, & hæc Sanctorum Canonizatio, scriptura quadam Patris D. Eusebij Mutinensis, tunc temporis Prioris Monasterij S. Matronæ, a S. Iustina Virgine, anno 1456. hebdomada quarta facta quadragesimæ; simulque de nonnullarum Indulgentiarum largitione facta a Leone Papa IX. in hunc modum patrio sermone loquitur.

Indul.

Indulgenze concesse da Papa Leon Nono.

Nell'anno millesimo cinquecentesimo terzo, dopo la Natiuità de Christo, sotto l'Imperio d'Henrico III. Bernardo Velcouo di Padoa, huomo di rara dottrina, & santità, prima trouò li uenerabilissimi corpi de Santi, liquali essendo stati occolti molti secoli inàzi, per uarie calamità à questa Città accadute, sono stati poco auanti dall'antico tempio, in questo nouo trasferiti.

Dipoi Leon Nono Pontefice Massimo huomo santissimo, camminando per diuin uolere, per il territorio Padoano contra il Re d'Ungheria, & essendo stato dall'istesso Bernardo honoreuolmente riceuuto, ueduti i molti miracoli, prima da quei corpi fatti, à dì 2. d'Agosto li registrò nel numero delli altri Santi, & à preghi di Bernardo celebrò religiosissimamente in questo tempio la Messa, diede al popolo la sua beneditione, & concesse le medesime Indulgentie à quei, che hauessero uisitato questa Chiesa piamente, le quali conseruano quelli, che uisitano le Venerabilissime Chiese di Roma.

Hac Eusebius. Presentem uero horum Sanctorum Canonizationem, ideo hic apponimus, quod inter eos fuerint tres ordinis Monastici profesoress, S. Arnaldus Abbas, scilicet S. Virius monachus, & S. Felicitas Sanctimonialis, de quibus latinus egimus in eorundem Natalibus: qui semina cum ueneratione, populique frequentia & deuotione usque ad annum proxime preteritum, sacre quadragesime tempore à Monachis soliti erant obseruari, sed qua ratione, aut qua urgente causa aboliti fuerint mirari satis non possum, cum ab Ecclesie pro Sanctis habeantur, ut ex prefatis liquet.

Stephani Secundi] & Stephani tertii.] De iisdem agunt, hac die *Mawolycus, & Felici. Egimus nos de Stephano 2. die 6. cal. Maij: de altero pridie cal. Februarij: eorum enim dies natalicij à Panuino & alijs, in diebus annotantur.*

TERTIO NONAS AVGVSTI.

In agro Mutinensi, Monasterio Nonantulano, depositio Sancti Gregorii Abbatis, sanctitate clari.

AVGVSTI 3.

Gregorii Abb.] *Calendarium Nonantulanum & Chronicon MS. in membranis, quod in Sacristia illius canobii, simul cum uita S. Gregorii primi eiusdem Monasterii Abbatis, asseruatur, eius Natalem, hac die annorant. Fuit Abbas 16. illius loci, creatus anno 912. obiitque anno 933.*

PRIDIE NONAS AVGVSTI.

Messanzæ in Sicilia, Inuentio corporum Sancti Placidi Abbatis & Martyris, ac Sociorum eius, triginta trium aliorum monachorum, in qua plurimi utriusque sexus fideles, magno Dei munere, & sanctorum suorum intercessione, auariis, quibus detinebatur, languoribus, curati sunt.

AVGVSTI 3.

Inuentio corporum.] *Hæc Inuentio reuera quidem præcedenti die facta est, adhuc tamen latet, ideoque hac die recolitur, quod omnibus utriusque sexus fidelibus fuerit manifestata. Quomodo autem facta fuerit, quoque tempore, qua occasione, & à quibus, necessarium duxi, breuiter, & sic recensere; Cum enim prefatorum Sanctorum corpora sine aliquo scripturæ testimonio inuenta fuerint, dubitari iure posset, eademve sint, an aliorum hominum, nisi auctoritas Pontificia, & aliorum Doctorum determinatio, intercederet. Sed antequam ad inuentionem descendamus, testimonium Theologorum Ciuitatis Messanensis, R. P. Domno Hieronymo à Perusio Abbati S. Mariæ Florentiæ transmissum, quid de huiusmodi corporibus sentiendum sit, primo apponendum censuimus, quod tale est.*

De quatuor defunctorum corporibus in Ecclesia S. Ioannis Baptistæ Messanzæ inuentis, quid sentiendum sit.

Solemne fuit apud antiquos, ut ubi ecclesia esset ædificanda, dignum esset corpus humanum: id quidem S. Gregorius Papa pluribus literis suis significat. Rursum & illud exploratum habetur, subter tribunam ecclesiæ suæ absidem, in qua primarium Altare fuit, & deorsum confessio esset, non nisi sanctorum corpora reponi solere. Cum igitur eadem corpora ibidem loci sint reperta; non illorum sanctorum esse euidentis est coniectura, imò & uehemens testimonium.

Verum ea esse sacra corpora sanctorum Martyrum, Placidi, Eusechii, & Victorini fratrum, & Flauiae sororis (trium uirorum & unius feminae esse, ex capitum differentiis accurate perspectis, & testimonio Gordiani Discipuli S. Benedicti, & eiusdem Placidi discipuli, qui ipsius res gestas, & sociorum Martyrum scripsit, & eorum corpora sepeliuit, expressum habetur; cum in primario eorumdem passione hæc habeat.

Tulit corpus beati Placidi Martyris, & corpora sanctorum Eusechii, & Victorini, ac S. Virginis Flauiae sororis illius; & capitula eorum coniungens corporibus, prout potuit, in ecclesia S. Ioannis Baptistæ

Baptista sepeliuit, mundans eam prius à Saracenorum immūditijs, fuerat ea Ecclesia ab eodem S. Placido nuper erecta, ut eiusdē acta testatur. Rursus idem Gordianus in epistola, tunc temporis scripta ad S. Maurum Abbatem hæc ait.

Quorum Corpora (Monachorum uidelicet triginta trium, tunc in idem occisorum) colligens in maris littore, eius uero, Placidi, scilicet, & fratrum eius, humare curauit in ecclesia S. Ioannis Baptistæ nimirum, quæ uastato Monasterio remanserat integra: id quæ factum tradit à se quinta die à passione ipsorum, cum interea ipse timoris causa latuisset. hæc quæ à se præpropere esse curata demonstrat, ut nō sit mirandum, si nullum in eo sepulchro repertum sit Epitaphium. Cæterum, & ecclesiam Messanensem eo tempore fuisse pauperimam, argumento est epistola S. Gregorii ad Felicem, tunc episcopum scripta. lib. 1. c. 64. His igitur satis superque testatis, nulla penitus est penes nos dubitatio, ea nuper inuenta, esse prædictorum sanctorum Corpora. &c.

His prælibatis, ad Inuentionem ipsam ueniamus, quam aliorum potius ore, etiamsi vulgari idiomate, quam nostro proprio, aut aliorum relatu, describere libuit; duabus potissimum ex causis, cum ut ueritas ipsa, illorum qui præsentibus fuerunt manibus exarata, magis elucescat: tum etiã ut adulationis, aut mendacii uicium à nobis penitus remoueat. De ipsa Inuentione, quouè ordine & modo facta referatur, Dominus Maurus à Castro Ioanne, Prior Monasterii Sancti Placidi Messanæ, Domino Bernardino Vegio (qui præterito mense Augusto anni præsentis 1593. mortem obiit) Procuratori Congregationis nostræ apud Proregem Neapolitanam, sic scribit.

Al molto R. P. Don Bernardino della Veggia Procuratore dignissimo della Congregatione.

Napoli.

Molto R. P. Mio Osseruandissimo.

Conuene che debba far partece à V. P. M. R. come mio tanto caro Padre, di tanto gran thesoro, & incomparabil allegrezza spirituale, non anchora sentita nelli giorni nostri, Per la inuentione di tanti gloriosi Corpi di S. Placido & Compagni, essendo stati ritrouati nel dì dell' Inuentione di S. Stefano alli 3. del Presente. & perche io sto occupatissimo per tal negotio breuemente per quanto si potrà li narrerò il successo. Saperà dunque V. P.

Q 9 4 M. R.

M. R. come alli 20. di Luglio passato, uenne qui in Messina il nostro creato gran Priore di S. Gio. Battista della gran Croce di Malta, di gran bona uita e fama, nostro Siciliano di Siracusa, & otto giorni dopo io andai a uisitarlo, & intrando la porta del Priorato uiddi che inemenzauano a dirropare la tribona della Cappella doue era l'Altare di S. Placido, & marauigliato di ciò, dissi alli Maestri; che uol dire tal nouità: mi risposero come lo Reuerendissimo Signor Priore, uoleua accomodare la Ecclesia, essendò così antica, e mezza ruinata, & in questo me ne saglio ad alto; & uisitando detto Signor, uenimmo in ragionamento delli Corpi di S. Placido, & Compagni, & dandoli alcune notitie delle Vite e passion' loro, tutto s'infiammò di deuotione, & li promisi fra due giorni di mandarli la Passione di detti gloriosi Martiri, come già li attesi il giorno seguente, & sequitando i nostri ragionamenti, li dissi, come io hauea inteso da un Cappellano Vecchio di bona uita, & quello per detto di un suo antecessore pur anche Vecchio d'Anni 90. Cappellano della stessa ecclesia, qualmente una notte nel mezo di quella, dicendo Matturino, uiddi uscire da dietro lo Altare maggiore, appresso doue era l'Altare di S. Placido uno Monacho qual dette me passeggiare per tutta la ecclesia, & subito ritornò là doue uscìo: & che raccontai à detto Signor Priore, & li assignai el loco, egli cortisissimo mi promise far' scauare là, & auuifarmi se qualche nouità si ritrouasse, & licentiatomi dal detto Signore, subito pose quantità di gente à scauare, & dopo tre ò quattro giorni scauato da palmi 18. truouò un sepolchro & di notte lo aperfero, & ritrouarono li quattro Corpi, & subito la mattina ci mandò auuifare alla nostra grangia, & andati ritrouammo che quelle ossa erano un pocho maltrattate per esser' scauate di notte, senza niuna scritta in fin'adella, qual sepolchro è di longhezza palmi 12. di larghezza 6. alto 5. fabricato di mattoni di Palmo uno, e mezo quadri, & grossi quattro dita, foderato di Balati di Pietra mischia, di due, e tre palmi l'uno grosso uno dito scorniciati, che pare simile alla Pietra di quelle quattro Colonne nello Claustro uecchio di monte Casino innanti l'Ecclesia: delli quattro Corpi che ui erano dentro, ui era uno di donna come si ha conosciuto da' Medici per la testa, & giudichiamo essere di Santa Flauia: & detto Sepolcro staua sotto l'Altare maggiore di S. Gio. Battista, al corno destro sotto Palmi 18. & circumettra il Sepolcro habbiamo ritrouato noue altri Corpi posti in terra semplicemente con le braccia belle, ordinate, che ci faceuano piangere di de-

di deuotione, & allegrezza à uederli, ve ne era vno senza testa qual si ha tenuto sano impiastrato di fabrica. Si sono ancora ritrouati molti corpi abrugiati, con carboni, e ceneri mescolati con l'ossa; & appresso ritrouarono da 14. ampollette piene di fangue, & vna piena di cerebro, & tuttauia stiamo cauando con 12. homini, & con quattro deputati, cioè vno per lo Arcinescouo, vno per la Città, vno per lo Prierato, & due altri per la Religione: si attende per tutto à far Oratione di 40. hore, & processione; & noi particolarmente la facciamo ogni mattina, accio Dio Benedetto ci habbia à far degni di manifestarci questi gloriosi Corpi.

Lo concorso è tanto grande nella Ecclesia, & à quelli contorni, che pare cosa marauigliosa, & beato è quello che può pigliare vn poco di terra d'onde si scaua, & chi può hauere vn poco di acqua di quella che nasce sotto li piedi del Sepolcro di San Placido, si tiene felice. In sin' adesso si dice che siano sanati da 15. persone, da diuerse indisposizioni, da mattina si incomincerà, piacendo à Dio, à pigliar informatione per far processo di tutto ciò. Si stà anchora discutando se si deue incominciar à farli riuerenza, & honorarli come Santi. Appresso si anniserà à sua Santità: & di tutto il resto che alla giornata succederà io darò ragguaglio à V. P. M. R. Per farla partecipe di tanta gran consolatione, & darli notizia di sì inestimabil tesoro. Con tal fine li fo riuerenza con basciarli le sacre mani, raccomandandomi alle sue deuote Orationi. Da Messana vltimo di Agosto. 1588.

Di V. P. M. R.

Affettionatissimo

D. Mauro di Castro.

Post scripta.

A l' presente habbiamo ritrouati altri corpi abrugiati, con certi ferri de dardi piccolini di bronzo à la Morelca, che se mostrano quasi niente consumati, per ilche si congettura, che prima li habbino faggitati, & dopo abrugiati, leggèdosi ne le historie varie sorte de tormenti, come si uede per diuersi altri ferri mezi consummati, & infino hora habbiamo ritrouati da 16. corpi in ossa, con dua senza capo, & da 12. abrugiati; Et questa settimana si tenerà deputatione da Theologi, & experti per uedere, *quid agendum*, a che per gratia de Iddio non ne fa dubbio niuno: *nostrum est orare.*

Hoc

Hæc autem Doctorum & Theologorum determinatio ea est, quæ hæc epistolam immediate præcedit.

Est & eiusdem serè tenoris alia epistola scripta R. P. D. Hieronymo Bruggia Perusino, monasterij Sanctæ Mariæ de Florentia Abbati, per D. Alexium Mesianensem, & S. Placidi tunc temporis monachum, nunc uero cenobij S. Nicolai de Arenis in ciuitate Catana in temporalibus moderatorem, cuius exemplar est quod sequitur.

Al Molto R. P. Don Hieronymo di Peruggia, Abbate dignissimo, & Padre mio sempre obseruandissimo.
Firenza. Alla Badia.

Molto R. Padre mio offeruandissimo.

PAR ch'il cuore m'hauesse parlato d'hauerme fatto scriuere questo Capitolo passato à V. P. R. & supplicarla per la solennizzazione delli nostri gloriosissimi Martiri Placido, & Compagni, & benchè restasse defraudato di tal desiderata espettatione, ha piaciuto al Signore, che ce n'habbi cōcesso una maggiore, atteso ch'alli tre del passato giorno dell'Inuentione del Beatissimo S. Stefano & Compagni, s'ha ancor reuelato il nostro Santiss. Placido, & Compagni, in questa Città nella Chiesa di S. Gio. Battista sotto l'Altare maggiore xx. pal. al corno destro di detto Altare, s'è ritrouato vn tumulo, il qual di fuori è di fabrica, ma dalla parte di dentro di pietra mischia, cō simile à quella delle Colonne di Monte Casino, lauorata bellissima, & dentro ui trouarno quattro corpi, & attorno detto sepolcro dentro la rena sotterrati hanno trouato da xx. corpi altri, l'ossa delliquali sono bianchi, & sodi, nō ostate che siano stati 1047. Anni sotto terra, oltre di ciò appresso detti Corpi ui trouorno una quantità di Carrassini di Creta fortissimi lauorati, tutti pieni di terra, che giudicano sia della terra madefatta del sangue di detti Martiri, ch'allhora li Messinesi ardore fidei, & deuotionis l'habiano raccolta & posta in detti Vasi, & sepulto là appresso detti Corpi. Li miracoli ch'han fatto, & fanno tuttauia sono grādi, massime in hauer guarito doi paralitici, & altre molte Infermità, come pare per processo, qual han fatto la Città, & Monsignore; ilqual vā à Roma per consultarlo con sua Santità per farle uenerare, tuttauia se caua, & ritrouano di detti Corpi, & si conseruano dentro Calle, qual stanno in una stanza della qual una chiauue tien detto Monsignore: una la Città, & vna il Priore di detta Chiesa, Cavalier di Malta della gran Croce, alqual è stata con cella

cessa questa special gratia di trouar à tempi suoi tale Theforo. quello succederà appresso ne raggiuglierò V. P. M. R. si che l'inuito per adesso à far allegrezza, & tripudio, quia fratres nostri inuenti sunt. così dico à tutti quelli VV. PP. & Fratelli, questa Città per l'allegrezza, & per li sudetti Miracoli stà in gran giubilo, festa, & dinotione, & s'hanno fatto, & fanno molte letanie, & molti si battenno il sangue, & s'esercitano molte altre opere pie. Noi altri quando usciamo per la Città semo talmète honorati, & riueriti, come se fossimo quelli SS. PP. dall'Heremo, tutto ad honor di Dio Benedetto, & di detti Martiri, per liquali ci è successa tanta gratia. Per adesso non m'occorre altro: baso le sacre mani di V. P. M. R. & raccomandandomi à sue sante orationi, & saluto tutti quelli VV. PP. & fratelli. Da Messana li 8. di Settembre 1588.

Di V. P. M. R.

Affettionatissimo Figliuolo.

D. Alessio di Messana.

FAMA tanti miraculi uniuersam ciuitatē replens, ad aures tandem Reuerendissimi Domini, D. Antonij Lombardi Archiepiscopi Messanensis ascendit; qui rei nouitatem considerans, & periculum simul animarum perpendens, si, quod adhuc nesciebatur, incertum, pro certo ueneretur & coleretur, & quod Deo debetur adoratione Patrie, & Sanctis eius ueneratione dulcis, hominibus & creaturis humanis ab Ecclesia Sacrosancta, nondum Canonizatis offerretur, matura prius habita suorum deliberatione, ut quid factu opus esset sciret, tales ad Illustrissimum Dominum D. Alexandrum Montalium S. R. E. Cardinalem Amplissimum, Literas dedit.

C O P I A.

Il Priore di San Giouanni di questa Città della Religione Hierosolimitana, uolendo mettere in fabrica la sua Chiesa per abbellirla, & trasportare la tribona con l'Altare maggiore à parte piu comoda m'addimandò licenza, & ce la concessi: mentre si staua dirupando, & scauando il luogo di detta Tribona dietro l'Altare maggiore sotto da diece, in 12. palmi in circa, fu trouato una sepoltura antichissima fabricata di pietre cotte coperta à modo di Arca tutta di mattoni assai grandi, & aperta si trouò dalla parte di dentro tutta foderata di una ueste di pietra come porfidina, & iui si rinchiudeuano quattro corpi, laqual cosa scoperta si andò in bisbiglio tutta

tutta la Città con uoce, che si erano ritrouati li beati Corpi di San Placido Abbate dell'Ordine Casinense, & di Euticio, Vittorino, & Flauia suoi Fratelli, & Sorella, & tanto più il popolo concorreua cò gran tumulto, & si metteua come anche li mette in questa credenza, pche si hà per traditione, che in quel luogo ui fù martorizzato detto glorioso Santo con li suoi detti Fratelli, & Sorella, e più di trenta altri Monaci, anco ci è la uita di San Placido fatta da Gordiano suo discepolo, che dice, che alli pdetti quattro Corpi, partito il Tirano, ui diede honorata sepoltura nella Chiesa di S. Gio. Battista, che à quel tempo era Monasterio, & iui habitauano Monaci di detto Ordine. Io ti andai, & uiddi ogni cosa, ma per leuare tanto rumore, & l'occasione di adorare Corpi senza uera certezza, che siano beati, diedi ordine, che tutte quelle ossa si leuassero della sepoltura, & si mettesero in una cassa unite riposta in luogo sicuro, & colì si fece, dopo continouandosi à cauare uicino à detta sepoltura poco piu d'un palmo scoperse interrato vn'altro corpo, sopra il quale pur si leuò uoce, che fusse uno de' Monaci Martiri, & l'opinione uniuersale stima, che sia Santo Donato, che pur si legge, che fù Martiri zato nell'istesso tempo, & impeto, che fecero quei maluaggi Tiranni alla morte di San Placido, il medesimo Corpo si è separatamente cauato come gl'altri, & si crede, che se ne trouaranno altri: gl'inditij secondo si legge sono grandi, & si corroborano con parer di Medici, & Notomisti, quali uisto li sudetti quattro Corpi dicono fra essi esserui vn capo di donna.

Tanto scriue Monsignor' Arcieuescouo di Messina,
all'Illustrissimo Mont'Alto.

HIS litteris, & à Summo Pontifice, Sanctissimo D.N. Sixto Quinto & lectis, ac presato Reuerentiss. D. Antonio Archiepiscopo (qui ad Limina Sanctorum Apostolorum uisitanda accesserat, ut super hac re Summi in terra Christi Vicarij experiretur uoluntatem) uocato, & audito; necnon Inventionis ipsius processu, qui grauissimorum uirorum testimonijs roboratus erat, per Illustriss. S.R.E. Cardin. super interpretatione & executione sacri Concilij Tridentini, deputatorum, relationem, diligenter & mature considerato & recognito, idem Summus Pontifex Inventionem presentem SS. Placidi, & Sociorum, ueram & indubitatam declarauit; ab utriusque sexus fidelibus, quotannis solemniter celebranda precepit; eamque suo diplomate munendam & roborandam, ac de thesauris Sancte Ecclesie, indulgentiis uidelicet, augenda & ditandam censuit, ut ex subsequenti eius Bulla uidere est.

Sanctif-

Sanctissimi D. N. Sixti Diuina Prouidentia Papæ V.
Præceptum.

DE festo SS. Placidi, & Sociorum Martyrum Celebrando: & in
Calendarium Romanum reponendo: Et concessio Indulgentiæ,
pro uisitantibus Ecclesiam S. Io. Baptistæ Messan. Vbi eorum cor-
pora nuper inuenta fuerunt.

SIXTVS Episcopus Seruus Seruorum DEI AD PERPTVAM
REI MEMORIAM.

DOMINVS Omnipotens qui suaüter cuncta disponit, miseri-
cordiarum Pater & Deus totius consolationis, sacrosanctâ eius
Ecclesiam pretioso unigeniti filii sui sanguine acquisitam, & in Apo-
stolicæ confessionis petra solidatam, voluit nedum inter mundi ad-
uersa & turbines sanctis martyribus quasi fortissimis propugnato-
ribus tueri, uerum eorundem gloriosis trophæis ita indies illustra-
ri, ut non modo illi felicissimas de impiis persecutoribus & Chri-
stianæ fidei hostibus in hoc sæculo uictorias reportando eandem pro-
pagarent, sed mox ad æternam ipsi cælestis patriæ beatitudinē eue-
cti per apud Deum intercedendo illam uel maxime iuuaret, ac per-
petuo iuuent: Vnde non immerito sacræ eorum reliquiæ & eorum
dem passionum monumenta in terris relicta Christianum populum
ad laudandam in eis diuinam maiestatem, ad illorum salutaria exē-
pla imitanda, ad rerum humanarum & prætereūtis huius sæculi de-
spicientiam, ad eorum denique opem & patrocinium in tribulatio-
nibus & necessitatibus inuocandum mirum immodum excitant. In-
ter hos uero ipsos quos martyrii coronâ donatos catholica inuocat
& ueneratur Ecclesia merito insigni honore celebranda est memo-
ria sanctorum Placidi, & Sociorum martyrum, qui Iustiniani Ma-
gno Imper. temporibus cum sancti Benedicti, tunc adhuc uiuentis
religionis zelum & uitæ sanctitatē admirati sub illius regula se Dei
obsequiis dicauissent, & in Monasterio cum Ecclesia sancti Ioannis
Baptistæ, prope muros Messanæ ciuitatis tunc recenter ab ipsomet
Placido in paterno fundo extracto & instituto, cui idem Placidus à
sancto Benedicto eo missus tanto Magistro dignus discipulus præ-
erat, gratum altissimo exhiberent famulatum; ad eam perfectionē
breui peruenerunt, ut cum eorum sanctimonix fama longe lateque
diffusa etiam in Urbem Româ peruasisset, impulerit pios ipsius Pla-
cidi fratres germanos Eutyrium & Victorinum, & uirginem Fla-
uiam

uiam eorundem sororem ad iter suscipiendum Placidi fratris uisendi causa: sed diuina prouidentia factum est, ut cum Messanam uenisent, & apud eum vix per paucos dies morati essent, crudelissimi Saracenorum Regis, uel potius Tyranni Abdalæ classis, Christiano nomini nefarium bellum, Insulæ uero Siciliæ uastitatem, incendia, rapinas inferens ad eandem Ciuitatem ex improviso appulerit: Vbi eius classis Dux Man. mucha cum in Monasterium irrupisset, cepit mirafertate contra eos omnes in uincula coniectos seruire, & acerbissimis quibusdam cruciatibus, exquisitisque tormentorum generibus conari, si qua ratione posset eos à Christiana religione dimouere. Verumtamen ipsi adiuuante Spiritus sancti gratia & non modo in religiosis uiris, sed in alijs quoque Placidi fratribus, atque adeo in sexu fragili & uirgineo pectore suam diuinam uirtutem mirabiliter ostendente, cuncti in Christianæ fidei præclara confessione fortiter perseverantes agonem suum glorioso Martyrio consummarunt. Cumque eorum quidem animæ triumphalem palmam adeptæ in cælum euolassent, corpora uero multis, ut antiquæ testantur historiæ, magnisque miraculis illustra in Ecclesia S. Ioannis Baptista Messanenensis, quæ postmodum successu temporis in Prioratum Hospitalis eiusdem S. Ioannis Hierosolymitan. fuit erecta, piè sepulta & recondita, temporum iniuria per multa sæcula, ita inibi occulta latuissent, ut iam nostra ætate licet ex pluribus antiquitatis monumentis constaret, ea in præfata Ecclesia S. Ioannis Baptista sepulta fuissent: men certus eius Ecclesiæ locus, ubi sita forent, penitus ignoraretur: placuit tandem diuinæ misericordiæ sacra nonnullorum ex eis monumenta & reliquias, dum pro fundamentis in reparatione ipsius Ecclesiæ iaciendis humus effoderetur, post longum temporis interuallum, nuper in lucem proferre. Quare cum primum ex relatione Venerabilis fratris Antonii Archiepiscopi Messanen. compluribus de super examinatis testibus ac processu formato, & ad nos transmissis id nobis significatum fuit, Nos attendentes iuxta antiquissimum catholicæ & Apostolicæ Ecclesiæ usum à primæuis Christianæ religionis temporibus receptum, Sanctorumque Patrum unanimes consensionem & sacrorum conciliorum, ac nouissimè œcumenici Tridentini decreta beatorum martyrum & aliorum cum Christo in cælis regnantium sancta corpora, per quæ multa beneficia à Deo mortalibus præstantur congruo quidem honore ueneranda esse: sed et adhibendam cautionem in sacratum reliquiarum ueneratione, ut omnis superstitio tollatur, nec nouas reliquias recipiendas esse, nisi

prius ab Episcopo recognita & approbata fuerint, recognitionem
 processus huiusmodi Venerabilibus fratribus nostris S.R.E. Cardi-
 nalibus super interpretatione & executione dicti Concilij Triden-
 tini deputatis duximus committendam, qui ipso processu diligenter,
 prout rei grauitas postulabat considerato & recognito, necnon uo-
 caro & audito eodē Antonio Archiepiscopo qui & sacras reliquias,
 & alia complura antiquitatis monumenta in ea Ecclesia inspexit, &
 deinde ad nos & beatorum Apostolorum limina uisitanda in Vrbe
 uenit, cum nobis retulissent satis constare de aliquorum ex dictis
 sanctis corporibus inuentione: Nos primum quidem ingentes Deo
 omnipotenti gratias egimus, quod inter cetera quæ his calamitosis
 & turbulentis temporibus Christiano populo indies largitur pluri-
 ma & maxima beneficia, hoc quoque insigni munere quasi pretio-
 sissimo thesauro detecto dignatus sit dictorum Placidi & Sociorū
 Martyrum memoriam renouare. Nunc autem ut pro nostro pasto-
 rali officio quantum in nobis est curemus ne inuictorum Martyrū
 corpora diuinæ erga nos charitatis pignora quæ uiua membra fue-
 runt Christi & templa Spiritus sancti, ab ipso ad æternam vitam su-
 scitanda & glorificanda diutius inobscuret uetustas, aut ex animis
 Christi fidelium deleat obliuio; sed ut potius eis omnium gentium
 & sæculorum prædicatione dignissimis honor debitus, si non pro ip-
 sorum dignitate ac meritis, saltem pro nostra tenuitate tribuatur:
 Simulque excitentur iidem fideles ad eorum uestigia pro cuiusque
 captu prosequenda, & ad inuocandam opem illorū quos & ipsius Ec-
 clesie amantissimos & propter religiosæ uitæ professionem & obser-
 uationem, castimoniam, sanctitatem, & constantem Christianæ fidei
 confessionem Martyrio consummatam Deo acceptissimos esse intel-
 ligimus, ac denique ut in eorundem ueneratione Dei qui se per os
 David in sanctis suis laudari præcipit, immensa bonitas glorificetur
 & pie Christi fidelium mentes ad eorum memoriam recolendā an-
 nuerfaria commemoratione & celebritate admoneantur. Habita
 prædictorum Cardinalium relatione de eorum consilio & assensu
 auctoritate Apostolica tenore præsentium præcipimus, ut eorundē
 sanctorum Martyrum Placidi & sociorum dies festus, quo ipsi bo-
 no & legitimo certamine pro Christi gloria absoluto, cursu consum-
 mato, fide seruata, nobilissima Martyrii corona decorati ad cœlestē
 patriam migrauerūt, nimirum iij. Non. Octobris in omnibus Chri-
 stiani orbis partibus sub officio simplici, in Messanenſi uero Ciuita-
 te diocesi & prouincia duplici, & præterea alter dies festus inuen-
 tionis

tionis eorundem Prid. Non. Augusti in Ecclesia præfata S. Iohannis Baptistæ Messanensis duntaxat sub duplici pariter officio à cunctis personis Ecclesiasticis sæcularibus, ac quorumuis ordinum regularibus de communi plurimorum Martyrum, ubi proprium deerit, perpetuo celebretur. Volumus quæ, ut in Calendario quo nunc uimur sicut in Romano Martyrologio, & antea in quibusdam Calendariis habebatur, ad eum diem eorundem sanctorum nomina adhibentur; etiam si in nouissima Missalis & Breuiarii Romani editione ea fuerint prætermissa. Hortantes utrinque sexus Christifideles ciuitatis Messanensis incolas, ut eorundem Martyrii diem festum pio, ac religiosè colant & obseruent, & sicuti in reliquis diebus festis de præcepto Sanctæ matris Ecclesiæ moris est, à seruilibus operibus abstineant, ac demum ad augendam Christiani populi erga eosdem inuitos Martyres deuotionem, ut quæ eo frequentius & ardentiori pietatis studio confluant ad sacra eorum sepulchra, quo uberius cognouerint se per hoc cælestis gratiæ donis esse refectos, de omnipotentis Dei misericordia & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eorum auctoritate confisi eisdem Christifidelibus uerè penitètib; qui peccata sua sacerdotibus idoneis ab ordinariis locorum approbatis confessi fuerint, ac sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum susceperint, & prædictæ Inuentionis die festo dictam Ecclesiam, ubi eadem sancta corpora requiescunt, deuote uisitauerint, atque inibi pias ad Deum preces fuderint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam & remissionem perpetuo concedimus & elargimur. Quo circa mandamus uniuersis & singulis Venerabilibus Fratribus nostris Patriarchis, Archiepiscopis & Episcopis, cæterisque Ecclesiarum Prælatibus, ut præsentès litteras in suis quilibet Prouincijs, Ciuitatibus & locis solenniter publicari; & ab omnibus personis Ecclesiasticis sæcularibus & regularibus ubique gentium & locorum inuiolate obseruari curent. Volumus autem ut earundem præsentium exempla, etiam impressa Notarii publici manu subscripta, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ obsignata eandem prorsus ubique fidem faciant, quam ipsæ præsentès facerent, si ostenderentur uel exhiberentur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum præcepti, uoluntatis, hortationis concessionis, elargitionis & mandati infringere, uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno



anno Incarnationis Dominicæ . M. D. LXXXVIII. Id. No-
uembri, Pontificatus nostri anno Quarto .

E. Card. Prodat.

Io. Ang. Papius.

S. de Vrfinis.

Registrata apud Io. Angelum Secretarium.

Anno à Natiuitate Domini , Millesimo quingentesimo octauo ,
Indictione prima , die uero decimasexta Mensis Decembris , Ponti-
ficatus Sanctiss. in Christo Patris , & D. N. D. Sixti diuina prouiden-
tia Papæ V. Anno Quarto : Retroscriptæ litteræ Apostolicæ affixæ
& publicatæ fuerunt in ualuis Basilicarum S. Io. Lateranen. & S. Pe-
tri Principis Apostolorum de Vrbe , necnon Cancellariæ Apostoli-
cæ & aciei Campi Floræ , ut moris est per nos Hieronymum Lutiũ
& Io. Baptistam Bagni eiusdem S. D. N. Papæ Curf.

Romæ ; Apud hæredes Antonij Bladij Impressores Camerales.

M. D. LXXXVIII.

Alex. Parabiachus Mag. Curforum.

*Huiusmodi Summi Pontificis Bulla exhilarati Magistratus , Ci-
uesque Messanenses , Legatis ad Pontificem missis , ei de tanto sibi mu-
nere concessio , gratias quam humiles egerunt , & insuper , ut Ecclesia S.
Baptista Ioannis , quæ olim Monachorum Casinensium fuerat , ipsis RR.
PP. redderetur , suppliciter postularunt : & hæc ex eorum supplici libel-
lo hic apposto , latius patebunt legentibus .*

BEATISSIMO PADRE.

È stata tanta grande, & uniuersale l'allegrezza, che questa Città,
è tutto il Regno ha sentito cõ la bolla di V. B. intorno la dichia-
razione delli Corpi di questi Santi Gloriosi, Placido, Fratelli, Sorel-
la, & Compagni ritrouati nella Chiesa di Santo Gio. Bartista di que-
sta Città, che desiderosi noi di uedere così gran thesoro custodito
con quella maggior ueneratione, culto, & religiosità che si ricerca,
ci ha parso conueniente racorrer in supplicar humilmente à V. B. di
quanto si degnerà uedere per l'allegato memoriale . Per tanto di-
moono la supplichiamo resti seruita consider la pia intentione, &
petitione di questa Città con ordinare quello tanto che li parerà
maggior seruitio à Dio N. S. ilquale conceda à V. B. quella prospe-
rità ; & uita longa, che desidera ; & la religione Christiana ha dibi-

R. r fogno

fogno, con qual fine li basciamo humilmente li Santissimi Piedi,
In Messina li 17. di Febraro . 1589.

Di V. B. Obedientissimi Serui.

Philippo Campulo. Francesco Rigitano.
Philippo Vila di Cani. Lo Baron di Callari.
Lo Baron della Maffaria. Geronimo Capellino.

Copia della supplica, ouer Memoriale delli Signori Giurati
di Messina al Papa.

BEATISSIME PATER.

POST humilem beatorum Pedum osculationem. Haudendo
N. S. Dio, la cui Santa mano in questi nostri tempi non è ab-
breniata, riuclatoci il precioso, e gran theforo delli Corpi delli San-
ti Placido, Eutitio, Victorino Fratelli, & di Santa Flauia vergine, &
martire, loro forella, & d'altri 33. Monaci martiri Compagni, & di-
siderando questa Città, che cosi gran theforo, sia custodito, & uene-
rato con la maggior deuotione, & pompa, che sia possibile, ilche
è difficile, se non si restituisca la Chiesa, & Monasterio di S. Gio. Bat-
tista alli RR. PP. Monaci Casinensi, primi Padroni & fondatori di
quello santo loco, che fu da Tertullo P. di Santo Placido donato al
P. Santo Benedetto, con darseli qualche honorata ricompensatione
alla Religione Hierosolimitana di Cavalieri di Malta, hoggi posses-
sori di detta Chiesa. Ricorre perciò questa Città humilmente alli
Piedi di V. B. supplicandola resti seruita ordinare & comandare, che
li detti Padri Monaci Casinensi; ritornino à ristantiare dentro la
Città nella Chiesa di S. Gio. Battista, loro antica Casa, hoggi Pri-
orato, ilche risulterà à gran seruitio à Dio Nostro Signore: lode
à V. B. & edification di questa Città, laqual sta molto edificata
della bona, & esemplar uita d'un Monasterio de' suddetti Padri
Casinensi discosto miglia 10. da quella, allaqual risulterà non poco
benefitio, & guadagno, poterne hauere un'altro dentro: & il predet-
to luoco di S. Gio. crescerà di deuotione, & religiosità con l'esem-
plar uita di quelli, non lasciando di ricordar à V. B. che in simili casi
li suoi predecessori han fatto di Fel. M. Sixto Quarto, ilquale con-
dò, che'l Monasterio di Val di Castro della Marca dell'ordine Ca-
maldolense si transferisse, & andasse ad habitare dentro le mura di
Fabriano nella Chiesa, & Monasterio di S. Biaggio p' esser iui sepol-
to lo corpo di S. Romualdo Fondator di detti Camaldoli spollato
da quelli, che teneuano detta Chiesa. Similmente Leone X. fece co-
stituire

restituire il Monasterio di S. Stefano, lo bosco in Calabria alla Religione Cerrulina, per esser la seconda Casa di quell'Ordine fondata da S. Bruno, doue morì, & si conserua lo suo corpo. Dopo la cui morte essendo occupato quello luoco da Monaci Cisterciensi fu tenuto per spatio d'Anni 400. sino al tempo d'esso Leone Decimo.

Con maggior ragione deue restituirsi la detta Chiesa di S. Gio. Battista alli Monaci della Congregazione Casinense, per esser quella fondata dal glorioso S. Placido decorata non solamente col suo santo corpo, & de' Compagni; ma ancor illustre con il sangue di molti altri santi Monaci martiri, liquali (come Pietro Diacono Monaco Casinense, & Cardinal di santa Chiesa scriue) doppo lo martirio di S. Placido, & Compagni, essendo di nouo seruita quella Chiesa di essi Monaci Casinensi, due uolte furono da Africani, & Saraceni martirizzati, la seconda de' quali fu alli Anni del Signore 657. nel tempo di Vitelliano Papa; & la terza fu circa gli Anni 800. nel tempo di Gio. Ottauo, si che essendo il luoco Santissimo per lo martirio di tanti santi Monaci martiri iui sepolti, è cosa giusta; & ragioneuole, che la detta Chiesa sia restituita, & habitata di suoi successori Monaci Casinensi; Delche questa Città ne supplica à V. B. che in questa pia, & santa petitione la faccia contenta; che la riceuerà in singolarissima gratia delli Piedi di V. B.

Hac cum intellexisset Reuerendiss. & Illustriss. D. F. Hugo de Loubens, Magnus Melitensium Militum S. Joannis Magister, & S. R. E. Cardinalis, ne & ipse tanto priuaretur thesauro, litteris ad Pontificem datus, facultatem & licentiam obtinuit, nonnullam partem ossium praedictorum Sanctorum in insulam suam Melitam transferendi, bullis Pontificis, cum Indulgentia plenaria, super hac re confectis & impetratis.

Quae tamen bullae, utrum haecenus effectum suum sortitae sint, ignoro, cum ex litteris admodum R. P. D. Romani Politiani, Abbatis Catanensis, intellexi, Senatus Messanensis per ministros Regios egerit, ut hmoi bulla ab ipso Summo Pastore reuocaretur. Tenor uero bullae S. D. N. P. P. hic erat.

Breue Sanctissimi D. N. Sixti Papae Quinti.

Per quod conceditur Illustriss. ac Reuerendiss. Dom. Vgoni Cardinali, magno Magistro facultas transportandi ab ecclesia S. Ioannis Baptistae Prioratus Messanensis ad Ecclesiam Maiorem S. Ioannis Baptistae Hierosolimitani, Ciuitatis Valetae Meliuetanensis aliquam partem reliquiarum sanctorum Martyrum Placidi, & Soc. eius.

Conceditur plenaria omnium peccatorum indulgentia uniuersis Christi fidelibus, qui uerè penitentes, & confessi, ac sancta Com-

munione refecti, deuotè uisitantur utramuis dictarum ecclesiarum, non solum in ipso sanctorum corporum inuentionis die, sed etiam in die quo ipsorum transferentur reliquiæ.

Sixtus Papa Quintus ad perpetuam rei memoriam.

CV M sicut accepimus, aliàs dilectus filius noster Hugo sanctæ Mariæ in porticu Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Diaconus Cardinalis Magnus Magister nuncupatus, dum adhuc in minoribus constitutus, ab insula Meliuetanensi ad Romanam Curiam accedens, per Siciliam iter faceret, ecclesiam S. Ioannis Baptistæ prioratus Melanensis Hospitalis S. Ioannis Hierosolimitani, uisitans, illam aliquam reparatione indigere inuenisset, postquam ex eadem Curia ad prefatam insulam Meliuetanensem reuenteretur, Messana pertransiens inspiratione quadam diuina dilecto filio F. Rinaldo de Naro Priori dicti prioratus præcepit, ut reparationem quandam ab eo designatam in ipsa Ecclesia fieri curaret, dumque pro fundamentis in loco reparationis huiusmodi faciendis effoderetur, Dei uoluntate factum est, ut corpora sanctorum Martyrum Placidi, Eutichij, & Victorij fratrum, necnon Flauia uirginis eorum Sororis, aliorumque Sociorum, de quibus nec ipse Vgo Cardinalis, minus uero Rinaldus Prior aliquam ante notitiam habuerant, magna cum fidelis populi spirituali consolatione, & gaudio inuenta fuerint: Cumque nos ad augendam Christiani populi erga eosdem inclitos Martyres deuotionem, utque eò frequentius, & ardentiori pietatis studio ad facta eorum sepulchra confluerent, quò uerius cœlestis gratiæ donis se cognoscerent ex hoc esse refectos: eisdem utriusque sexus Christi fidelibus, uerè penitentibus, qui peccata sua Sacerdotibus idoneis ab ordinarijs locorum approbatis confessi forent, ac sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum susciperent, & inuentionis eorundem Corporum die festo dictam ecclesiam, ubi eadem sancta Corpora requiescunt deuotè uisitent, atque pias ibi ad Deum preces funderent, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem perpetuo concesserimus, prout in nostris sub datis l. i. bus Nouembrijs, pontificatus nostri Anno quarto, quorum tenorem pro expresso haberi uolumus, plenius continetur. Cumque idem Vgo Cardinalis aliquam partem reliquiarum sanctorum Corporum huiusmodi ab eadem ecclesia, in qua requiescunt ad maiorem, & Conuentualem ecclesiam eiusdem S. Ioannis Baptistæ nouè Ciuitatis ipsius Insulæ Meliuetanensis transferri, & ibi honorificè collo-

care facere cupiat. Hōs pijs eiusdem Vgonis Cardinalis precibus
 inclinati, ipsi Vgoni Cardinali, ut aliquam dictorum Corporū san-
 ctorum partem à prima dicta ecclesia extrahi, & ad secundam dictā
 ecclesiam transferri facere, liberè, & licitè ualeat apostolica auctori-
 tate tenore præsentium licentiam concedimus: Ac insuper indul-
 gentiam præfatam primo dictam ecclesiam per nos, ut promittitur
 concessam, eiusdem Cardinalis intuitu, de nouo, etiam modo, &
 forma promissis etiam concedimus uisitantibus, secundò dictam ec-
 clesiam, usque pariter communicamus; sed & ambarum præfatarū
 ecclesiarum decorum, ac Christi fidelium animarum saluti amplius
 consulere uolentes: de omnipotentis Dei misericordia, ac beatorū
 Petri & Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi indulgentiam
 prædictam vigore præsentium extendentes, & ampliantes iisdem
 omnibus utriusque sexus Christi fidelibus, qui utramuis dictarum
 ecclesiarum, scilicet Prioratus Messanensis, ubi dicta Corpora san-
 ctorum requiescunt, & nouæ Ciuitatis Insule Melinetaensis, ad
 quam dictæ reliquiæ transferentur, similiter uerè penitentes, & cō-
 fessi, ac sacra Communione refecti, non solum ipso Inuentionis, ut
 supra, sed etiam die quo ipsæ transferentur reliquiæ annuatim deuo-
 tē uisitauerint, & ibi pro Christianorum principum concordia,
 heresum extirpatione, ac sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias
 ad Deum preces effunderint, qualibet uice id egerint plenariā om-
 nium peccatorum suorum indulgentiam & remissionem misericor-
 diter in domino etiam perpetuo concedimus & elargimur: non ob-
 stante nostra de non concedendis indulgentijs adinstar, ac alijs con-
 stitutionibus, & ordinationibus apostolicis, necnon omnibus illis,
 quæ in dictis litteris uolumus non obstare, cæterisq; contrarijs qui-
 buscunque uolumus autem, q̄ præsentium transumptis, & impres-
 sis manu alicuius notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius perso-
 næ in dignitate munitis, eadem quæ ipsis præsentibus adhiberetur
 sigillis ubique adhibeatur, quodque copie, seu transumpta sic subscri-
 pta, & sigillata, in quarumcunque, tam dicti Hospitalis, quàm
 aliam ecclesiarum ualuis, alicuius licentia minimè requisita affigi,
 & publicari possint, & debeant. Datum Romæ apud Sanctū Pe-
 trum sub Anulo piscatoris die 24. Martij 1589. Pontif. N. Anno V.
 Ioannes Paulus de Fabijs curiæ causarum Cameræ Apostolicæ, &
 prædicti hospitalis in prioratu urbis Notarius M. Locus Sigilli.
 M. Vestrius Barbarianus.

Romæ, apud hæredes Antonij Bladij Impressores Camerales. 1589.

R r 3 Et hæc

Et hæc de Inuentione præsentî dicta sufficiant. Miracula quæ in eadem Inuentione perpetrata sunt, scriptis mandauit Dominus Bernardus Messanensis, & decanus cœnobij S. Placidi extra ciuitatem Messanensem, quæ referuntur MS. apud R. P. Abbatem Casinensem, D. Hieronymum a Perugio. Extat, & de eadem hymnus pulcherrimus uersu sapphico in tertio poematum volumine Domni Prosperi Martinengi, ab eodem compositus. Triumphos in eadem Inuentione a Messanensibus factos extare quidem didici, sed nondum legere contigit. Eandem Inuentionem litteris prodidit Illustris Dominus Ioannes Petrus Villa de Canibus, Marchio Messanensis, & R. P. Domini Francisci Maurolyci Neopos, multa uilia de progenie ipsius Sancti Placidi tam Auita Anicia, & Annea, quam Materna Octauia & Flauia, per digressionem intererens, ubi de Summis Pontificibus, Imperatoribus, Consulibus, alijsque militibus quæ a præfatis processerunt, ut Austriaca, Hasburgica, Leonica, Frangipania, Signia, egregie differens, hoc modo eam concludit;

Consulibus summis, sic Regibus, atque Papali,
Stemmata descendens Placidus, simul Imperiali,
Virgo erat ac Abbas, Signis mirandus & ore,
Fratribus, & Monachis, Martyr, pariterque Sorore.
Messanensis item duplici ratione, uocatus,
Martyrij, generisque nimis quibus est decoratus.

PRIDIE NONAS AVGVSTI.

Furnis in Flandria, translatio Sanctæ Vualburgis virginis, cuius reliquie sacræ ibidem requiescunt.

AVGVSTI. 4.

Transl. S. Vualburgis) De ea Molanus in addit. ad Vuardum hæc die et indic. SS. Belgij. Facta est aut hæc translatio anno Domini 870 per Balduinum Ferreum Comitem Flandriæ, qui Carolum Imperatorem in Sueniam comitatus, ex Aichstadio deportauit secum magnam partem corporum, Sanctæ Vualburgis Abbatissæ, & fratrum eius Sanctarum Vuillibaldi episcopi, & Vuinnibaldi Abbatis: eaq; magno cum honore Euenis seruanda tradidit, in cœnobio Benedictinorum ab ipso ad id fundato; quod processu temporis in Canonicorum collegium conuersum est. Huius translationis meminit & Iacobus Meyerus lib. 2. annal. Flandriæ.

NONIS AVGVSTI.

Laubis natalis Sancti Abel, Archiepiscopi & confessoris, hoc exemplo primi martyris Domino in cordis simplicitate seruare statuens, plurimis argumentis iustus comprobatus est. Florentiz. do-
positio

positio beati Iacobi Gerii, Eremitæ ordinis Camaldulensis, Sancti-
tate clari, in cuius transitu, Angelorum uoces auditæ referuntur.

AVGVSTI. 5.

A Bel.] De eo Molanus in addit. ad Usuardum, & in indic. SS. Belgij.
& Galefinius hac die. Tritem. qui de eodæ agit de uir. ill. ord. S. Ben.
lib. 3. c. 298. & lib. 4. c. 118. eundem reponit die nono cal. octobris. Eius-
dem meminit Petrus Cratepolius de episcopis Germaniæ. Fuit Abbas
Lobensis circa annum domini 750. deinde ordinatus est Episcopus pro
plantatione ecclesiarum Dei, suggestioneque S. Bonifacij episcopi, eam ob
causam etiam Pallium a Zaccharia Papa accepit. Vocatur autem a
Tritemio, & nonnullis alijs Archiepiscopus Remensis, non quod eccle-
siam gubernauerit Remensem, sed quia in ea Metropoli, Archiepiscopus
titularis fuit ad infidelium conuersionem.

Iacobi Gerii) De quo tabula Camaldulenses, hac die. Eius res gestas
breuiter tangit Augustinus Florent. parte 2. hist. Camald. lib. 3. c. 14.
Obijt anno Domini 1345.

OCTAVO IDVS AVGVSTI.

IN Hispania, passio Sanctoium Sancti Abbatis, & ducentorum
monachorum, ab Agarenis pro fide Christi occisorum. In Duca-
tu montensi, beati Gezelini monachi & confess. ord. Cisterciensis.

AVGVSTI. 6.

Sancti Abbatis, & soc.) Horum martyrium hac die annotatum ha-
bet dominus Francisc. Yuannex monachus Hispanus, in cõpendio uiro-
rum illustrium ordinis S. Benedicti. Fuit Abbas S. Petri de Cardenna,
duobus a Burgis milliaribus, passus est cum monachis suis anno Domini
884. de isdem agit Vasæus in chronico.

Gezelini.) De eo Molanus in addit. ad Usuardum hac die. Eius uitam
composuit Archarus monachus, discipulus S. Bernardi Abbatis.

SEPTIMO IDVS AVGVSTI.

Patauii, depositio Sancti Iordani Forzzatei Abbatis: hic diu de-
tentus ab Ezelino Tyranno in castello Sancti Zenonis territo-
rii Taruisini, sed inde clam fugiens incognitus Venetias adiuit, ubi
pie diem clausit: postea liberata patria Patauium relatus inter Di-
nos connumeratur. Eodem die, beati Theuzzi Abbatis, ordinis
Vallis Umbrosæ, discipuli Sancti Ioannis Gualberti, doctrina, &
sanctitate clari.

AVGVSTI. 7.

Iordani Forzzatei) Bernardinus Scardeonius in historia Patauina
in 2. classe. 6. vbi vitam Iordani summatim describit, eius Natalem hac

Rr 4 die

die annotatum habet. Fuit Prior, deinde Abbas S. Benedicti, Novelli nuncupati. Migravit anno Domini 1228. sepulturam obtinuit in cenobio Sanctimonialium S. Benedicti, cum hoc elogio,

Tu Iordanus eras, generosa ex stirpe creatus
Forzzatea, meritis quem nostra tulere beatum
Sæcula: fecisti hæc duo templa sacri Benedicti;
Rexistique Abbas, tuaque istic ossa coluntur.

Theuzzi Abbatis) Tabule Vallis Umbrosæ a Reverendis Patribus Cænobij Bergomensis, ad me transmissæ, eundem, hac die reponunt. Fuit Abbas Sancti Pauli de Razzolo, in quo cænobio obiit anno Domini 1095. & in eodem sepultus est. Scripsit vitam S. Ioannis Gualberti magistri sui; & commentatus est regulam S. P. N. Benedicti.

SEXTO IDVS AVGVSTI.

Bourdegalis, depositio Sancti Mommoli Abbatis Floriacensis cænobii, quo horrante & iubente, Sanctus Aigulphus monachus, & martyr, corpus Sancti Patris nostri Benedicti, dicitur translulisse ex monte Casino in Gallias.

AVGVSTI. 8.

Mommoli Abbatis) De eodem, hac die, Molanus in addit. ad Vitanum. In actibus S. Aigulphi martyris apud Surium tomo. 5. die 3. Septembris plura de eo referuntur. Anastasius Bibliothecarius monachus Casinas in libello quem de raptu corporum Sancti P. N. Benedicti, & S. Scholasticæ virginis, & de eorundem reductione, composuit, quæ penes me est MS. multum debacchatur in hunc Sanctum virum ad molum, & discipulum eius S. Aigulphum martyrem, quasdamque epistolas a Vitaliano Papa ad eosdem directas, confingit, quas equidem non apposuissim, ni easdem indignas prorsus quæ in publicum prodeant insidiam. Nulla enim ratione adduci possum, ut credam, sanctum Pontificem, pro re tam pia, tantis conuiciis hos sanctos viros prosequutum.

QVINTO IDVS AVGVSTI.

IN Anglia, depositio Beati Hugonis Eliensis Episcopi, & confessoris sanctitate, & doctrina clarissimi.

AVGVSTI. 9.

Hugonis) Cuius transitus annotatur hac die a Matthæo Westmonasteriensi in floribus histor. ad annum 1254. his verbis. Quintus idus Augusti obiit episcopus Eliensis Hugo, quandoque Abbas S. Eadmundi, qui in utraque ecclesia circiter 40. annos, laudabiliter Deo tauerat: Cuius corpus cum magna veneratione sepultum est in Eliensi ecclesia, in presbyterio nouo, quod a fundamentis sumptibus propriis

gnificè construxerat. In cuius obitu flos nigrorum obiit monachorū, qui scilicet Abbas Abbatum in Anglia extiterat, & Episcopus episcoporum choruscavit. Hæc ille. In eandem ferè sententiam loquitur, & Mathias Paris monachus S. Albani, in historia Angliæ maiori, ad annum 1254. sic enim ait. Eodem tempore migravit ab hoc seculo bonus Episcopus Eliensis Hugo, quandoque Abbas Ecclesie S. Edmundi, qui in utraque Ecclesia, circiter 40. annis domino laudabiliter militauerat. Obijt autem apud manerium suum quinto Idus Augusti. Et transportatum est corpus cum magna merito ueneratione, & sepultum apud Ely in sua ecclesia, scilicet in Presbyterio nobilissimo, quod a fundamentis proprijs sumptibus magnificè nūus opere indissolubili, & marmoreo construxerat. Inter alia autem quæ fecerat pietatis opera, unam magnam regiam lapideam plumbo coopertam, cum pertinentijs construxerat apud Ely, & alibi edificia magna, & nobilia edificauit, nihilominus in eleemosynis, & alijs charitatis operibus sibi palatia cælestia preparando. Hic quoque sicut in mensa spiritali, scilicet altari, deuotus exstitit, & exitus aquarum deducebant oculi eius, ita in mensa corporalis refectiois, daptilis fuit, iucundus, & serenus. In cuius obitu flos magistrorum obiit Monachorum, quia sicut Abbas Abbatum in Anglia extiterat, ita & Episcopus Episcoporum coruscavit. Agit de eodem Polydorus in hist. Angl. lib. 16. circa finem, & cognomentum Balsami ei tribuit. Fuit Episcopus Eliensis. 10. obiitque anno Domini 1254.

QUARTO IDVS AVGVSTI.

ANthodori depositio Sancti Hugonis Episcopi, qui ex Abbate Sancti Germani Parisiensis, Episcopus eiusdem ciuitatis consecratus, uerbo & exemplo oues sibi concreditas mirabiliter pauit.

AVGVSTI 10.

Hugonis episcopi.] huius natalis, hac die notatur à Trittemio in chronico Hirsaugia, in tractatu de Volmaro Abbate 15. eius loci. Confirmatur & à Demochare de sacrif. missæ tomo 2. ca. 19. a quo describitur 54. eius sedis Episcopus. Migravit anno 1136. sepultus in Capitulo Monasterij S. Germani, in quo prius monachus & Abbas uix erat.

TERTIO IDVS AVGVSTI.

IN Sarchinio, translatio corporum Sanctorum Trudonis, & Eucherij Episcopi, confessorum Christi. Ipso die ibidem, Eleuatio eorundem Sanctorum, quæ facta est solenniter à Domino Rodulpho Leodiensi episcopo. In prouincia Valeriæ, Sancti Equiti Abbatibus, cuius sanctitas beati Gregorii Papæ testimonio comprobatur.

AVGV

AUGVSTI 11.

TRanslatio, & Elcuatio.] De iisdem agit, hac die Molanus in addit. ad Usuardum. De Eucherio egimus die 20. Februarij. De translatione vero S. Trudonis sermonem habuit Theodoricus Abbas S. Trudonis, qui est apud Surium tomo 6. die 23. Nouembris.

Equitij Abbatis.] De quo Mart. Rom. cum Baronio, hac die. De eodem agunt Petrus in catalogo lib. 11. cap. 96. ex lib. 1. cap. 4. dialog. S. Gregorij: & Tritemius de uir. ill. ord. S. Ben. lib. 3. cap. 11. Vixit anno 570. alij de eodem die 7. Martij.

PRIDIE IDVS AVGVSTI.

Iotto Monasterio, Sanctæ Aglibertæ Abbatis. Montibus Hanonia, translatio Sanctæ Vualdedrudis uiduæ, & sanctimonialis.

AUGVSTI 12.

Aglibertæ Abb.] De eadem Molanus in addit. ad Usuardum, hac die. Si autem fuerit, aut quo tempore uixerit, rescire adhuc minimè potui. Transl. S. Vualdedrudis.] De qua idem Molanus ibidem, ex Martyrologio Montensi: Natalis eius 5. Idus Aprilis, ubi de ea egimus.

IDIBVS AVGVSTI.

Constantinopoli, Sancti Maximi monachi, doctrina & zelo catholice ueritatis insignis, qui cum aduersus Monothelitas strenuè decertaret, à Constante Imperatore hæretico manibus ac lingua truncatus, indeque in Chersonam relegatus, reddidit spiritum. Tunc etiam duo Anastasii eius discipuli, & alii plures diuersa tormenta, & dura exilia passi sunt. In Germania prouincia, Sancti Vuigberti Abbatis Frislarientis, & confessoris. In pago Pictauiensi, Sancti Iuliani Abbatis. Eodem die Sancti Hariolphi, primi Abbatis Eluauangensis, & Episcopi Lingonensis. Pictaui, Sanctæ Radequardis Regina, & Abbatis monasterii Sanctæ Crucis, cuius vita, miraculis & uirtutibus claruit.

AUGVSTI 13.

Maximi monachi) De eodem mart. Rom. cum Baronio, hac die: apud quem res eius gestas, & auctores qui de eo, & socijs, agunt reperies. Utrum tamè Benedictini ordinis fuerit, pro certo adhuc non habeo.

Vuigberti) De quo idem mart. Rom. cum Baronio: & Molanus in addit. ad Usuardum & Galefinius, hac die. Beda item qui de eo sermonem scripsit, qui primus est in ordine uariorum, tomo 7. Agit de eodem sub nomine Guiberti Tritemius de uir. ill. ord. S. Ben. lib. 3. c. 300.

Iuliani Abb.] De eodem Maurolycus, & Felici, hac item die. Quando floruerit, nescio.

Hariol.

Hariolphi.] De eo item Molanus in addit. ad Vsuardū, hac die. Eius in eodem referente cōposuit Ermenricus septimus Abbas Elunangensis. Vixit circa an. 700. Hunc equidem in catalogo episcoporum Lingonensium, apud Democharē, de sacrif. missæ, to. 2. c. 28. minime reperio, arbitror tamē unum ex ijs esse, quos uocat, Erlurfrum, & Arnulphum, quorum primus, 31. alter 32. Episcopus Lingonensis nominatur.

Radegundis Regina.] De eadem Mart. Rom. cum Baronio: Beda, Vsuardus, Molanus in annor. ad eundem, Galefinus, Maurolycus, & Felici, hac die. Ado item qui Virginem eam facit, quæ sequitur ecclesia Mediolanensis, quæ eius celebritatem sub nomine Virginis recolit. Vitam eius libris duobus habet Surius tomo 4. hac die: quorum primus per S. Fortunatum Episcopum; secundus per Baudominam sanctimoniam, scriptus est. De eadem agunt, Gregorius Turon. episc. lib. 9. hist. Franc. cap. 2. & 39. & deinceps. & de gloria confess. cap. 106. Petrus in catalogo lib. 7. c. 60. Vincentius in Speculo, lib. 21. capitibus, 79. 80. 85. 86. 87. 88. 89. 90. & 91. Annonius de gest. Franc. lib. 2. cap. 11. Trittemius de uir. ill. ordin. S. Ben. lib. 3. cap. 30. Franciscus Belforesti. in Annal. Franc. lib. 1. ca. 14. & 26. Mombritius tomo 1. de Sanctis, & alij infiniti. Fuit filia Bertharum Regis Turingorum, & Vxor Clotharij Regis Franciæ, a quo repudiata, postquam aliquot annis primum Nouioduni, deinde Chinoni cælibem duxisset vitam, Pictaui postremo in cœnobio sanctæ Crucis à se fundato se includens, plurimis uirginibus presuit, & sanctitate plena obdormiuit anno Domini, ut vult Baronius 590. seu 592. ut Belforestio placet.

DECIMONONO CALEND. SEPTEMBRIS.

In Aegina insula, Sanctæ Athanasie uiduæ, Monastica obseruantia, & gratia miraculorum illustris. In Ducatu Gheldriæ, in uico qui dicitur Elste, Sancti Vuerenfridi monachi & presbyteri. Hic prædicator egregius, uersus Batuam missus, nouellum Christi populum in finibus illis feliciter rexit. In cœnobio Vallis Umbrosæ, beati Simæonis monachi & Eremitæ eiusdem ordinis; hic uarijs infirmitatibus corporis, precibus à Deo impetrauit in hac uita affligi, ne Purgatorij ignibus post mortem cruciaretur.

AUGUSTI 14.

Athanasie.] De qua Mart. Rom. cum Baronio; & Molanus in addit. ad Vsuardum, hac die. Floruit circa annum Domini 1050. Res eius gestas require apud eundem Baronium.

Vuerenfridi.] De eodem Molanus in addit. ad Vsuardum, & in ins. SS. Belgij, hac die. Trittemius item de uir. ill. ord. S. Ben. lib. 3. ca. 147. à quo, per syncopem littera e, de medio sublata, Vuernfridus, appellatur.

Agit

Agit de eo & Petrus Cratopolus de Episcopis Germaniæ, litteris tamen parumper immutatis, Vuenesfridus enim ab eo uocatur. Fuit monachus Ripensis in Anglia, & discipulus S. Vuillibrordi Episcopi Apostoli Evisurum, & uerbi Domini eius insignis cooperato. Floruit anno Domini 700. Quiescit in Elst prope Neomagum, ubi de morbi articularis remediis frequentari solet sui nominis collegiata ecclesia. Eius meminit & S. Matcellus in uita S. Suuiberti Episcopi ca. 14. apud Surium tom. 2. die 1. Martii. Reponitur à Feliciidibus Septembris. Vitam eius ex MS. exemplaribus adfert Mosander tomo 7. Surii, hac die.

Simeonis monachi.] *Tabula Vallis Umbrosæ ad me transmissæ, de eodem agunt hac die. Fuit primum monachus S. Saluui non longe à Florentia, & obiit anno Domini millesimo quingentesimo nono.*

DECIMOCTAVO CALEND. SEPTEMBRIS.

Aldenburgi in Flandria in cœnobio Sancti Petri, depositio Sancti P. N. Arnulphi Flandrensis, episcopi Sueffionū, & confessoris, qui plenus bonis operibus, quiescit in pace.

AUGUSTI 15.

Aldenburgi] siue Oudenburgi, quod Castrum uetus significat. Fuit autem Aldenburgum olim per maxima totius Flandria ciuitas, destructa primum ab Attila Hunnorum Rege. Locus ubi castra metatus est ex eius nomine in hodiernum usque diem Attilaghem uocatur, distans ab Aldenburgo uno ferme milliario. Multa uero alia oppida tunc temporis, partim ab Hunnis, a Francis partim, fuisse destructa Sidonius Apollinaris auctor est, qui de horum uastatione ita canit.

Et iam terrificis diffuderat Attila turmis.

In campos se Belga tuos:

Francus Germanum primum; Belgamque secundum,
Sternebat.

Demolita secundo à Normannis, Flandriam incursantibus; & ex eorum nis ciuitas Brugensis ex adificata: templumq; Diui Petri ex lignis quondam à S. Vrsmaro Episcopo constructum, de lapidibus oppidi olim eorum fabricatum est anno Dom. 1056. & paulo post monachis Benedictinorum datum. Huius autem cœnobij sic restituti memoria, his uersibus commemoratur.

Anno milleno quinquageno quoque sexto,

Huius opus templi cœptum cognoscitur esse,

Lignea Basilica fuerat quo condita primo.

Stetit autem hoc templum & cœnobium sic restitutum annis plus minus 531. usque ad annum 1578. quo funditus ab Hereticis, peccatis suis sic exigentibus dirutum, & in desolationem cōuersum est, sub D. Alchore.

ebiore Euerart Abbate meo : & monachi huc illucque (quos inter unus
fui) dispersi .

Arnulphi episcopi.] De eo Mart. Rom. cum Baronio : & Molanus
in addit. ad Vsuardum ; & in indiculo sanctorum Belgij , hac die. Surius
nem tomo 4. cuius vitam à Lisiardo episcopo Sueffionensi descriptam , ad-
fert. Eandem reliqui in Flandria cum reliquis libris meis, una cum libello
MS. miraculorum eius, à quodam fideli monacho conscripto. Agit de eo-
dem Tritemius de uir. ill. ord. S. Ben. lib. 3. cap. 3 26. & Iacobus Meyerus
in Annal. Fland. lib. 3. ad annum 1087. Franciscus Belforestius in Cos-
mographia sua in descriptione Sueffionensis ciuitatis , ac Demochares de
sacris. mis. tom. 2. c. 15. a quo notatur 51. eius ciuitatis Episcopus. Celebra-
tur apud nos, ob festum Assumptionis Deiparæ uirginis, die sequenti, sub
proprio officio, decantaturq; in eius honorem sacer hymnus in tono Pange
Lingua gloriosi, totam eius uitam continens, qui talis est .

P ange lingua gloriosa	Monitus per somnia :
Confessorum gaudia ,	Discordantes paci dando ,
Inter quos floret ut rosa ,	Prædicat in Flandria :
Arnulphus in gloria ,	Abundanter seminando ,
Possidendo fructuosa ,	Pietatis semina .
Meritorum præmia.	Præfuli associantur ,
Militari armatura	Virtutum insignia ;
Iuuenis hic uititur :	Cæci uident, muti fantur ,
Sæculi relicta cura	Ægra sanat omnia :
Medardus expetitur ;	Dæmonesque effugantur ;
Portans Christum mente pura ,	Per sua suffragia .
Monachus efficitur .	Hic à Petro uisitatatur ,
Christo cupiens seruire ,	Mortis in confinio :
Promptus ad obsequia ,	Angelorum hunc solatur ,
Et Abbati obedire ,	Copiosa legio :
Seruando silentia ;	Cum Maria præsentatur
Pura studet custodire ,	Virginalis concio .
Mentis domicilia.	Adoremus Christum Regem ,
Fratribus hic Abbas datus	Qui gubernat omnia :
Corrigit discrimina ;	Suum ut conferuet gregem ,
Pijs, mitis est & gratus ,	Per Arnulphi merita :
Mœstis, dat solatia :	Cuius hic seruando legem ,
Sic deuote adornatus	Meruit cœlestia .
Præfulis est infula .	Collaudantes celebremus ,
Iussa sibi adimplendo ,	Arnulphi solemnia :

Nostris

Nostri cordis illi demus,	Vsquequo altissimo:
Et oris officia:	Vna Patri, filioque,
Vt cum illo conregnemus,	Inclito paraclito:
In celesti gloria:	Cui laus est, & potestas,
Gloria & honor Deo	Per æterna sæcula. Amen.

Fuit autem S. Arnulphus natione Flander, patria Aldenardensis, praclarus, ac nobili Pameliorum familia ortus, ex qua his nostris temporibus potest dici illa duo Belgia columina, Reuerendissimus scilicet D. Iacobus Pamelius Episcopus Audomarensis tertius, ac Frater eius totius consilii Regis Praeses, Iurisprudentia peritissimus. Ante quam nasceretur, Matris ab Angelo prænunciatus, necnon Christophorus uocari iussus, etsi in baptismo Arnulphi nomen acceperit, prioris tamen nominis ratione in se semper retinuit. In prima iuuentute arma sequutus, postea in cœnobio Sancti Medardi Sueffionis Monasticæ uitæ addiçtus, demum ob insignem sanctitatem Abbas primum, dein Episcopus creatus est, iussu Sanctiss. D. N. Gregorij VII. Papæ; à quo in Fladriam missus, ut populos Roberti Frisii Comitis tyrannide oppressos in officio contineret, munus sibi iniunctum strenuissime perfecit: & tandem bonis operibus plenus, in Monasterio S. Petri ab ipso constructo animam Deo reddidit anno Domini 1087. demque ante Capellam Diuæ Mariæ; ad sinistram partem Chori, sepultus est. Successit ei in Abbacia regimine Arnulphus, eius ex Astela sorore nepos. Nisi mendum sit in Baronio, emendandi sunt, qui apud eundem reperiuntur, duo errores. Dicit enim Beda, & Usuardus de Arnulpho nostro agere die sequenti; qui ex hoc errare conuincitur, quod Beda & Usuardus, annis ferè trecentis Sanctum Arnulphum nostrum preceserint, ideoq; de eo loqui non potuerint, & in suis Martyrologis, non de nostro, sed de Metensi agunt, ut patet intuentibus & legentibus, diuersimodum enim; Apud ciuitatē Metensium, Sancti Arnulphi Episcopi & Confessoris, &c. Secundus error est, quo aserit translationem Arnulphi nostri hac die celebrari, qui tamen nunquam translatus legitur ex Monasterio nostro in quo mortem obiit: & translatio hæc non de nostro, sed de Metensi est intelligenda, ut ipsemet fatetur in notis ad diem decimum mensem Julij, sic inquit: Arnulphi epi.) De eodē hac die Beda, Usuardus autem & Ado ad 17. calendas Septembris, quo die eius uenerandū corpus translatus est. Quod confirmatur ex Molano qui notat bis Usuardi die 16. Augusti, dictionem translationis adiecit, hoc modo: Apud ciuitatem Metensium, translatio Sancti Arnulphi Episcopi & Confessoris, &c.

DECIMOSEPTIMO CALEND. SEPTEMBRIS.

A pud ciuitatem Metensem, translatio Sancti Arnulphi episcopi & confessoris, qui sanctitate uitæ, & miraculorum gloria illustris, eremiticam uitã diligens, beato fine quieuit. Morinis, ostensio Sancti Hunfridi, episcopi & confessoris. Eodem die sepultus est Sanctus P. N. Arnulphus Episcopus Sueffionensis in cænobio Sancti Petri Aldenburgenfis.

A. V. G. V. S. T. I. 16.

Translatio Arnulphi.] *De eadem Vsuardus, Beda, Maurolycus, Felici, & Molanus in annot. ad Vsuardum, hac die: Agit & de ea Baromius die 18. Julij, qui est ipsius Sancti Natalis. Surius tomo 4. hac item die, uitam eius à Paulo Diacono compositam, refert. Reliqua de eodem uide in notis nostris ad diem 15. cal. Augusti.*

Ostensio S. Hunfridi.] *De qua Molanus in addit. ad Vsuardũ, hac die. Eius natalis celebratur, die octauo idus Martij, ubi de eodem egimus.*

Sepultus est. S. P. N. Arnulphus.] *Cum die precedenti, propter solennitatem Assumptionis S. Mariæ virginis, venerandum eius corpus sepultura tradi minime potuerit, hac die reconditum fertur in fine eius uitæ, his verbis. Quo die S. Arnulphi Metensis episcopi ferie celebrantur, eodem huius Sancti uiri Arnulphi Sueffionensis, in ecclesia beati Petri Apstoli, corpus conditum fuit.*

DECIMOSEXTO CALEND. SEPTEMBRIS.

In Hollandia, Monasterio Egmunda, Sancti Ieronis presbyteri & Martyris. Hic è Scotia euangelicæ prædicationis causa eò profectus, dum ad suscepti muneris uigilantiam attentus, homines è tenebris ad lucem reuocat, à Barbaris securi percussus, per martyriũ abiit ad Dominum. Viennæ in Gallia, depositio Sancti Carlomanni quondam Austrasiæ & Germaniæ Regis, & monachi Casinensis, summæ patientiæ & humilitatis uiri. Eodem die, natalis Sancti Donati monachi, ordinis Montis Virginis, miraculorum gloria, & sanctitate clari.

A. V. G. V. S. T. I. 17.

Monasterio Egmunda,] *quod erat totius Hollandiæ opulentissimum, Diuo Adalberto sacrum, nunc uero hereticorum insania, & furore euersum cernitur.*

Ieronis Presbyteri.] *sive ut alijs placet Hieronis; de quo Molanus in addit. ad Vsuardum, & in indic. SS. Belgij: & Galefmius, hac die. Agit & de eo Petrus Cratepolius de Episcopis Germaniæ. Passus est anno Domini 856. ac in cænobio Egmundensi sepultus.*

Carlo-

Carlomanni.] *Calendarium quoddam Germanicum anno 1592. impressum, huius natalem, hac die annotat. Vitam eius describit Leo Offensis episcopus in chronico Casinensi lib. 1. c. 7. ubi de eodem mirabile humilitatis & patientiæ exemplum narrat. Eandem recenset Petrus Diaconus lib. de Sanctis montis Casini. c. 22. De eodem agunt Carolus Sigonius de Regno Italiae lib. 3. Franciscus Belforestius Annal. Franc. lib. 1. cap. 51. & lib. 2. cap. 2. Annonius monachus de gestis Franc. lib. 4. cap. 58. 59. 60. 63. & 65. & alij plurimi. Regnum reliquit anno Domini 745. & 746. monachum induit in monasterio Casinensi sub Petronace Abbate, à quo sic petente Aistulpho Longobardorum Rege, pro quibusdam Regni negocijs, ad Pipinum fratrem suum Francorum Regem missus, in Monasterio Viennensi diem obiit anno 755. cuius corpus, locello aureo conditum, ab eodem Pipino Rege, cum alijs muneribus ad Monasterium suum Casinense remissum, sub summo Altari iuxta Sanctis. P. N. Benedicti reliquias repositum est.*

Donati monachi.] *Res eius gestas descripsit Thomas Costo in libro de origine Patrum montis virginis, & hac die migrasse refert, anno aetatis sue, 19.*

DECIMOQVINTO CALEND. SEPTEMBRIS.

IN Monasterio Sanctæ Trinitatis Cauæ, depositio beati Leonardi Abbatis Cauensis vndecimi, qui sanctitate plenus obdormiuit in Domino. Eodem die, obitus bonæ memoriæ, beati Luitolfi monachi, quondam Comitæ Achalmensis, & in causa Sancti Petri, contra Schismaticorum prauitatem propugnatoris acerrimi.

AUGVSTI 18.

Leonardi Abbatis.] *De eodem tabula Cauenses ad me transmissa, hac die. Obijt anno Domini 1258. regiminis sui 24. & in Monasterio Cauensi sepultus est.*

Luitolfi.] *Huius obitus, hac die annotatur à Bertulfo in appendice ad Contractum 3. contigitque, ut refert anno Domini millesimo nonagesimo nono.*

DECIMOQVARTO CALEND. SEPTEMBRIS.

IN Gallia, in pago Sigisterico, Sancti Donati Presbyteri & confessoris, qui ab ipsis infantia rudimentis mira Dei gratia preclarus, anachoreticam vitam multis annis exegit, & miraculorum gloria clarus, migravit ad Christum. Nurenbergæ, Sancti Sebaldi monachi, & confessoris, filij Regis Daciæ, qui sanctarum actionum merito cumulat, obdormiuit in Domino. In territorio Bivuricensi Sancti Mariani Abbatis & confessoris, cuius res diuine actus legitur.

Bobio Monasterio, depositio Sancti Bertulphi Abbatis, qui multos verbo & exemplo ab iniquitate auerit. Cauæ, depositio beati Leonis Abbatis, huius nominis secundi, qui Concilio Lugdunensi sub Gregorio X. Pontifice celebrato cum cæteris Patribus, summa cū sua laude adfuit, & sanctitate plenus quieuit in pace.

AUGUSTI. 19.

Donati presbyteri.] De eo Mart. Rom. cum Baronio: Beda, Vsuarius, Ado, Galestinus, & Maurolycus, & Felici, hac die. Petrus in e catalogo lib. 7. cap. 78. Vitam monasticam duxit in monte Iura in Burgundionibus.

Sebaldi Monachi.] De eodem Molanus in addit. ad Vsuarium, Galestinus, & Calendarium meum Germanicum, hac die. Res eius gestas fummatim referunt Chronica Chron. fol. 162. & Petr. Cratepolius de Episcopio Germaniæ. Vixit anno Domini 716. De eius monachatu egimus in tractatu de filijs Regum monachis sanctis.

Matiani.] Eius meminere Mart. Rom. cum Baronio, Vsuarius, Galestinus, Maurolycus, & Felici, hac die. Pluribus uero Gregor. Turon. de glor. conf. cap. 1. & Tritemius de uir. ill. ord. S. Ben. lib. 3. cap. 306. Agit de quodam Mariano die 3. calend. Maij, Petrus in catalogo lib. 4. cap. 103. utrum autem sit idem cum hoc nostro adhuc ignoro. Eius acta ex Gregorio adfert Surius tomo 7. hac item die.

Bobio monasterio.] Fundatum à sancto Columbano Abbate in saltibus montis Apennini, anno Domini 614. quod à riuo præterfluente Bobiū uocatum est, & in eo ipse S. Columbanus primus Abbas præfuit.

Bertulphi Abbatis.] Seu, ut alij legunt, Bertolphi; de quo Molanus in addit. ad Vsuarium, & Tabulæ Bobienses, hac die. Vitam eius, hac die, ab Iona Abbate conscriptam, refert Surius tomo 4. que reperitur & tomo 3. operum Bedæ, ipsi quidem adscripta, sed Iona Abbatis esse, alibi notauimus. De eodem agunt Tritemius de uir. ill. ord. S. Ben. lib. 3. cap. 308. & Carolus Sigonius de regno Italiæ lib. 2. ad annos 614. & 629.

Fuit ex monacho Luxouensi, Abbas Bobiensis tertius, successitque Atala. Irepsit in Tritemio, errore ut arbitror Librariorum, ut pro Abbate Bobiensi, Lobiensis scriptum sit, B. litera, in l. commutata; qui error prima fronte nullius serè momenti esse reputatur, at quam grauis sit, nisi aduertatur, ex eo apparet, quod Lobiese Monasterium in confinio Leodiensium & Hannoniensium in Belgia constructū est; Bobiense uero, ut dicimus in Italia in montibus Appenninis, non multis à Papiæ milliariis.

Leonis Abbatis.] Tabulæ Cauenses, de eodem agunt, hac die. Huius quædam & aliorum septem Abbatum Cauensium, Simeonis scilicet, Fal-

conis,

conis, Marini, Benincasæ, Petri Secundi, Balsami, & Leonardi, de quibus partim in præcedentibus egimus, & partim in subsequen-
 tis egimus, res quidem gestæ non extant, quippe quæ ob maiorum incuriam,
 cum nonnullorum aliorum Cauensium Monachorum uitis, quæ in uita
 dice descriptæ habebantur, amissæ sint: quas tamen extitisse testatur
 nes Abbas, auctor & scriptor rerum gestarum, sanctorum Alferij, Leonis,
 Petri, & Constabilis, Abbatum, qui in prologo sic loquitur. Ego igitur
 uenerabilium Patrum Alferij, Leonis, Petri, & Constabilis, Abbatum
 Cauensium: & item quorundam Religiosorum Fratrum eiusdem mona-
 sterij, uitas, atque miracula scribere proposui, ut quia auctore Deo, idem
 uense cœnobium magnæ religionis est, iamque eiusdem religionis ordo
 gè lateque diffunditur, hi qui eorum sequuntur institutionem, exemplis,
 que miraculis accendantur, &c. Cuius autem conditionis fuerit scriptura
 hac aperit, in subsequen-
 tis, periodo. Me quoque quia hoc deceat, non
 uestrum dubium est, ut qui de claustro illo, uelut terra promissionis egres-
 so, in longinqua regione, pascendos atque multiplicandos suscepi greges, &c.
 Nomen quoque suum non reticens, tali manifestauit disticho:

Huius scriptoris, Capuani uita Ioannis.

Sit multis annis, quem dicit cœlicus amnis, &c.

Est autem hic Leo, secundus huius nominis, Abbasque Cauensis
 tusdecimus, sed in sanctorum numero ordine duodecimus. Sancto enim Leo-
 nardo Abbate undecimo ad Patres adposito, successiue præfuerunt, Tho-
 mas, Zacharias, & Americus, qui Patrum nomine, non autem Sancti
 titulo decorantur, quorum memoria, quo ad uitæ & pastoralis regimini
 integritatem, in benedictione ad posteros transmeauit, quibus successit
 hic Leo anno Domini 1268. & cum annos ferè 28. Monasterium
 & pacificè gubernasset, plenus dierum ex hac uita migravit anno 1296.
 honorifico funere sepultus est in choro ecclesiæ, ante Altare maius. Quod
 autem tempore præfuerit unusquisque sanctorum horum duodecim Abbatum
 idem Ioan. Abbas in fine rerum gest. præfatorum SS. quatuor Abbatum
 subsequen-
 tis explicat uersibus caractere Longobardico conscriptis.

- 1 Abbas Alferius primus uirtute coruscus
 Anno centeno bis deno uixit in orbe.
- 2 Quem Leo subsequitur, uir prouidus atque benignus
 Qui laudabiliter ter denis præfuit annis.
- 3 Ordinis instructor post Petrus tertius Abbas,
 Ipse quater denis est loris fortius usus.
- 4 Quartus Constabilis puer inclitus & uenerandus,
 Ecclesiam rexit uno feliciter anno.

- 3 Dilectus cunctis, prudens & mitis ut Agnus,
 Successit Symeon, sedecim qui praeuit annis.
 6 Sextus adest Falco, pulchro sermone refulgens,
 Quinos hic pastor fertur uixisse per annos.
 7 Abbas Marinus, uir magno nomine pollens,
 Praefuit ecclesiae uiginti quattuor annis.
 8 Benincasa pius, prudens, & pastor optimus
 Successit dignè, fuit, rexitque benigne.
 Octauus residens uicenis & tribus annis
 Caelica regna petens, fruitur nunc sedibus almis.
 9 Vir pius atque bonus successit in ordine bonus
 Lingua ueridicus, Petrus Abbas, mente pudicus:
 Praefuit hic annis, denis & quatuor, agnis
 Ipse magis mitis, inimicus & utique litis.
 10 Succedens decimus, bene uixit in ordine dignè
 Balsamus in cunctis, tractauit cuncta benigne.
 Gemma sacerdotum, praetatorumque monile;
 Lustris quinque, Dei bene rexit & auxit ouile.
 11 Ad bona non tardus, surrexit post Leonardus
 Abbas uidentis, uirtutum dogmate plenus.
 Hic meritis magnis, bis denis, & tribus annis,
 Corde quidem docto rexit, cum mensibus octo.
 12 Hic Leo uir mundus bona fecit multa secundus,
 Abbas qui fixit hic cor, cum corpore uixit.
 Annis septenis, simul annis bis quoque denis,
 Mensibus his iunctis septem, pateat fore cunctis.
 Quem faciat regno Dominus gaudere superno,
 Semper fulgebit domus haec, & nube carebit.
 Quam Leo uir mundus, Abbas per lustra secundus,
 Quinque, duobus in his iunctis feliciter annis
 Et medio rexit, curamque suam bene gessit.
 Huius scriptoris Capuani uita Ioannis
 Sit multis annis, quem dicit caelicus annis.
 Qui monachus fidus, lucet quasi nobile sydus,
 In Christo nitidus, uirtutum cui placet ydus.
 Quod iussit fieri scrutatrix sedula ueri,
 Plena Dei donis, Abbatibus cura Leonis.
 Cænobio felix cluat Abbas crimine mundus,
 Et post in caelis, Leo militet iste secundus.

Eorum omnium sacra imagines depicta uidentur ante Chorū ecclesie eiusdem Monasterij, quæ maximā eas aspicientibus deuotionē accendunt.

DECIMOTERTIO CALEND. SEPTEMBRIS.

IN territorio Lingonenſi, depositio Sancti Bernardi primi Clarauallensis Abbatis, uita, doctrina, & miraculis gloriosi. Coarctatus in Hispania sanctorum Martyrū Leouigildi & Christophorimachorum, qui pro Christiana fidei defensione in carcerem coniecti, ac mox ceruicibus abscissis, igni traditi, martyrij palmam adepti sunt. In Herio Insula, sancti Philiberti Abbatis, qui post multam temporalem, Christi tirocinio mancipatus, monasterium erexit fundator deuotus. Villario monasterio, obitus beati Guberni, ex Comite Asperi montis, egregia sanctitatis monachi. Vuormatiæ, natalis Sancti Burchardi eiusdem ciuitatis episcopi, ac Doctorum Doctoris eximij. Balnis commemoratio sanctæ Ioannæ factimonialis, ordinis Camaldulensis, ob patriam, suis precibus, à morbo epidimiæ liberatam. In Monasterio Vallis Umbrosæ, beati Michaelis Abbatis, & Generalis 24. ordinis Vallis Umbrosæ, ex cuius corpore odor suauissimus spirabat.

AUGUSTI 20.

Bernardi Abbatis.] De eo Mart. Rom. cum Baronio: Molanus in addit. & annotat. ad Vsuarium, & in indic. SS. Belgij, Galefianus, Maurolycus, & Felici, & alij recentiores Martyrologiorum scriptores, hac die. Petrus in catalogo lib. 7. cap. 84. Vincentius in Speculo lib. 26. 22. 24. & 25. & lib. 28. per totum. Iacobus de Voragine in Legendario Petrus Cratep. de ep. Germ. Claudius de Rosa in Legendario c. 115. Ambrosius Britius tomo 2. de sanctis. Alphonsus Villegas in Flore Sanctorum, & in infiniti scriptores, & historici innumeri. Vitam eius hac die adfert Serius tomo 4. libris quinque descriptam, qui & præponuntur operibus eiusdem; quorum primus Gulielmus Abbas, Secundus Arnoldus, Abbas Bonauallis, tres reliquos Gosfridus monachus Clarauallensis, scripsit. Ingressus est monasterium anno Christi 1113. etatis sue 22. migravit hac uita anno 1153. Canonizatus est, & inter Diuos relatus ab Alexandro III. PP. de qua re extant litteræ eiusdem, datæ Anagninæ decimo Calend. Februarij, anno 1165. Eginus fufius de eius rebus gestis in uitis huius Arboris. Extat de eodem sacer hymnus, in sacrorum hypomnorum uolumine.

Leouigildi, & Christophori.] De ijsdem omnes præfati Martyrologiorum scriptores, hac die. Eorum passionem narrat S. Eulogius in memor. Sanct. lib. 2. cap. 11. Alphonsus in Flore Sanct. Hispaniæ: Ambrosius de moralibus

moral. in hist. Hisp. li. 14. c. 14. & Pet. in catal. li. 7. c. 86. Leouigildus fuit
patriæ Libertanus, & monachus cœnobij sanctorum Iusti & Pastoris in mō
tanis Cordubæ, quod alio nomine uocatur Fraga: Christophorus uero ci-
uis Cordubensis fuit, ac monachus S. Martini, Rejana nuncupati, in ysdē
Cordubæ montanis. Passi referuntur, æra 890. anno Christi 852. Quie-
scunt Cordubæ in cœnobio Sancti Zoili.

Philiberti Abbatis.] De eodem Mart. Rom. cum Baronio: Beda,
Vsuarius, Galefmius, & Felici; hac die. Petrus in catalogo lib. 7. cap. 85.
Clandius de Rota in Legendario. cap. 208. Eius uitam ad Ioschimum. siue
Coschimum Abbatem Gemeticensem, ab incerto descriptam, adfert Surius
hac die, tomo 4. Agit de eodem Trittemius de uir. ill. ord. S. Ben. lib. 3. cap.
97. Fuit ex monacho & Abbate Resbacensis cœnobij primus illius insu-
la Ligeris Fluminis Abbas constitutus, anno Christi circiter 660.

Goberti.] De eo Molanus in addit. ad Vsuarium, & in indic. SS. Belgij,
hac die: qui dicit uitā eius libris tribus extare apud monachos Villarienses.

Burchardi episcopi.] De eodem idem Molanus in addit. ad Vsuar-
ium, hac die. Fuit primū monachus Laubiensis in Hannonia; deinde Præ-
positus S. Victoris iuxta Moguntiam; postremo Episcopus Duormatiē-
sis. 14. ut annotat Demochares de sacrif. missæ tom. 2. cap. 35. creatus an-
no Domini 997. scripsit Decretorum libros 20. uti annotauimus in explica-
tione ratorum huius Arboris; & ysdem præfixa est eius uita, per incer-
tum, contemporaneum tamen, scripta. Agit de eodem Trittemius de uir.
ill. ord. S. Ben. lib. 2. cap. 73. & lib. 4. cap. 253. a quo Burchardus uocatur.
Petrus Cratepolius item de episcopis Germaniæ, qui Labacensem, ut De-
mochares Labucensem, pro Laubiensi, monachum cum facit, literis qui-
busdam transpositis & permutatis. Obiit anno Christi, 1025. episcopa-
tus 29. & in basilica Vuormatiensi sepultus est.

Comm. S. Ioannæ.] Huius meminit Augustinus Florent. in hist. Ca-
maldulensi part. 2. lib. 3. cap. 20. cuius & memoria, extat in sacello Diuæ
Ioannæ sacro, Balnis, ubi sequens elogium insculptum legitur.

XX. Augusti. Diuæ Ioannæ, ob patriam à peste uendicatam.

Oppidani, urnam hanc erexerunt, & huc translata iacet.

Michaelis Abbatis.] De eodem tabulæ Pallumbrosanæ ad me trans-
missæ, hac die. Fuit Patria Aretinus; migravit an. Christi 1370. Corpus
eius Pallumbrosæ sepultum est in Sacello Sactorū & beatorū eius ordinis.

DVODECIMO CALEND. SEPTEMBRIS.

IN Traiecto inferiori, depositio Sancti Alberici eiusdem ciuita-
tis episcopi, & confessoris, magnarum uirtutum uiri. In Hispa-
niæ, Sancti Sanonis Abbatis, doctrina & sanctitate conspicui.

Sl 3 AVGV-

Alberici.] *Huius natalem hac die celebrari, refert Tritemius de vir. ill. ord. S. Ben. li. 3. ca. 286. agit de eodem lib. 4. cap. 202. Notatur ab Hadriano Barlando, & Gerardo Noniomago in catalogis episcoporum Traiectinorū, quartus illius sedis episcopus, dissentiunt tamen à Tritemio in noīe. ab isto enim Adelbertus, ab illo uero Adelbricus, uocatur. Consentit & Cornelius Kempius Doccomensis de ordine episcopatus, in catalogo episcoporum Traiectensium, qui fuerunt Frisones, quem coronidis loco apponit historia sue de origine Frisorum. & Tritemium primè sequens, Albricum nominat, sola e littera de medio sublata. Fuit autem ex Regio sanguine Frisonum, & monachus Monasterij S. Saluatoris Traiecti, sub S. Gregorio Abbate, cui postea in regimine Abbatie, & Episcopatus successit: Obijt anno Christi 794. & in Monasterio S. Sancti Saluatoris sepultus est.*

Sanfonis Abbatis.] Presens solemnitas notatur ab Ambrosio de moralibus in historia Hispanie, lib. 15. cap. 21. qui & quedam de eodem habet lib. 14. ca. 3. fuit Abbas Sancti Zoili Cordubæ. Scripsit, eodem Morele referente, Apologeticum in sui defensionem. Vitam cum morte contemnit anno Domini 890. sepultus in cœnobio suo cum sequenti epitaphio Cypriano Archipresbytero Cordubense composito.

Quis quantusvè fuit Sanfon clarissimus Abba.
Cuius in urna manent hæc sacra membra sub aula;
Personat Hesperia illius fame fota.
Flecte Deum precibus, lector, nunc flecte peroro.
Aethera uti culpis ualeat conscendere teris.
Discessit longè notus, plenus que dierum,
Sextilis namque mensis die uicesima prima,
Sexti namque mensis primo & uicesimo sole.

Era 928.

VNDECIMO CALEND. SEPTEMBRIS.

Romæ; octava Assumptionis beatæ Mariæ Virginis, à Sancto Leone Papa Quarto, & monacho instituta. Senis in Tuscia depositio Sancti Bernardi Tolomæi Abbatis, & primi fundatoris Monachorum, Ordinis Sanctæ Mariæ Marris Dei, de Monte Obueto nuncupatorum, qui inter psallentium filiorum manus, fuit & mœrentium, & inter uerba orationis, gaudens in Domino exultans, beatum Spiritum reddidit creatori suo.

Avet.

AUGUSTI 22:

O Ctaua Assumptionis.] De qua omnes Martyrologiorum scriptores, hac die. Qua ratione fuerit ordinata, explicat Platina in uita S. Leonis PP. 1111. & nos latius in explicatione primi huius Arboris rami, ad Leonem PP. 1111.

Bernardi Tolomei.] Hoc mense Augusti obiisse testatur uita eius scriptor his uerbis: Inter psallentium filiorum manus, simul & mœrentium, & inter uerba orationis, gaudens in Domino & exultans, beatum spiritum reddidit creatori suo, anno Domini 1348. de mense Augusti; à conuersione sua 35. uel circa, à susceptione S. Regule, & habitus 29. ab electione sua in Abbatem 27. nondum completo; sacrumque corpus eius in ecclesia Monasterij Senensis præfati, ubi primum sepultum est, in Domino requiescit. Hac autem die migrasse coniecturam nobis fecit electio successoris eius F. Francischini de Senis qui hac ipsa die electus dicitur in catalogo Generalium huius Ordinis à R.P. D. Theodoro à Venetijs, Abbate Monasterij S. Helena Venetiarum nobis communicato: Additur & ratio antiquæ consuetudinis, non enim solebant Monachi olim Abbates & Generales suos sepelire, nisi prius successoris electio facta fuisset in capit. defuncti corpore præsentem. Fuit S. Bernar. natione Senensis Ioan. filius, Mini nepos, ex illustri Tolomei familia. Ioannes & ipse in baptismo uocatus, Decretorij Doctor & Eques, cuius res gestas fusissimè prosequitur D. Syluanus Razzi in lib. de uicijs SS. Etruriæ. De ordinis sui fundatione latius egimus, lib. 1. c. 67. Generales tamen Ordinis, quod nondum ad manus nostras deuenissent, omnes: hi humanitate prædicti R.P. Abbatis S. Helena, nobis communicati, ut præsens opus, quantum in nobis est, suis numeris compleatur, & ad perfectum reddatur, hoc loco apponentur seruata tamen in omnibus breuitate, ne Lectorem beneuolum tædio afficiamus.

Generales, Ordinis Montis Oliueti, Anni.

1319. 1. Frater Patricius de Patritijs, nobilis Senensis, electus Generalis Ordinis Primus, anno Domini. 1319:
 1320. 2. F. Ambrosius de Piccolomineis, Nobilis Senensis.
 1321. 3. F. Simon de Senis, uir sapiens, & bonus.
 1322. 4. Sanctus Bernardus Nobilis Senensis, Iohannes de Tolomeis ante uocatus, hoc anno, Kal. Septembris, à Fratribus, hucusque eius desiderio & humilitati acquiescentibus, inuitus in Abbatem Generalem electus est: qui quamuis adueniente regiminis sui termino quotannis sponte cederet

Sl 4 deret

deret, quolibet tamen anno à fratribus confirmatus, Generalatus gradum per annos 27. sanctè amministravit.

Obijt anno 1348. die 22. Augusti.

1348. 5. F. Franciscinus de Aretio, electus die 22. Augusti.
 1350. 6. F. Raynerius de Senis, electus Kal. Maij.
 1351. 7. F. Laurentius de Aretio, electus Kal. Maij: cuius tempore statum est à Patribus, ut Generalis Abbatis officium potriennium duraret.

Generales Triennales.

1354. F. Raynerius de Senis, qui supra, secundo.
 1357. 8. F. Saluius de Florentia, electus Kal. Maij.
 1364. F. Raynerius de Senis, tertio.
 1372. F. Saluius de Florentia, secundo.
 1375. 9. F. Michael de Prato, electus Kal. Maij.
 1378. 10. F. Matthæus de Landis, Pratenfis.
 1381. F. Saluius de Florentia, tertio.
 1384. 11. F. Iacobus de Aretio.
 1387. 12. F. Ducius de Aretio.
 1390. 13. F. Hyppolitus Mediolanensis.
 1393. 14. F. Laurentius II. de Perusio.
 1396. F. Matthæus de Landis, Pratenfis, secundo.
 1399. F. Hyppolitus Mediolanensis, secundo.
 1402. F. Ducius de Aretio, secundo.
 1405. 15. F. Hieronymus de Perusio.
 1408. 16. F. Iohannes de Vrbe ueteri.
 1411. F. Laurentius de Perusio, secundo.
 1414. 17. F. Laurentius III. de Aretio.
 1417. 18. F. Hieronymus II. de Neapoli.
 1420. F. Iohannes de Vrbe ueteri, secundo.
 1423. F. Hieronymus de Perusio, secundo.
 1426. 19. F. Andreas de Bononia.
 1429. F. Iohannes de Vrbe ueteri, tertio; cuius tempore constitutum est, ut Generale capitulum de biennio in biennium celebraretur, & Generalis per biennium tantum præset.

Generales Biennales.

1431. F. Hieronymus II. de Neapoli, secundo; cuius tempore constitutum est, capitulum tertia Dominica post Pascha, dinceps celebrari. Hic Generalis confirmatus fuit à capitulo Generali, in Monasterio Ariminense celebrato.

F. L.

1435. F. Laurentius III. de Aretio, secundò, qui per aliud biennium confirmatus est.
1439. 20. F. Baptista de Podio Bonizzo, per sequens biennium confirmatus.
1441. 21. F. Franciscus Arengherius Bononiensis.
1447. 22. F. Nicolaus de Regio, per sequens biennium confirmatus.
1451. F. Baptista de Podio Bonizzo, secundò, confirmatus per biennium Bononie.
1455. F. Franciscus Arengherius Bononiensis, secundò, confirmatus per biennium.
1459. F. Nicolaus de Regio, secundò, per biennium confirmatus.
1463. 23. F. Bartholomeus de Monte Politiano, confirmatus per biennium.
1467. F. Franciscus Arengherius Bononiensis, tertio, præfuit diebus circiter uiginti, quibus elapsis uiam cum morte commutauit, uacauitque Generalatus usque ad annum proximè sequentem.
1468. 24. F. Leonardus de Mezzauacchis Bononiensis, confirmatus per biennium.
1472. 25. F. Nicolaus II. Rouerella Ferrariensis, Illustrissimi Domini Bartholomei Rouerella Cardinalis Ruennatis F. Germanus, confirmatus est per biennium.
1476. 26. F. Iacobus II. de Carpo confirmatur.
1480. F. Leonardus de Mezzauacchis, secundò, qui confirmatur.
1484. 27. F. Dominicus de Leuco.
1488. 28. F. Iohannes II. Bedagius Mediolanensis, confirmatur.
1492. F. Iacobus II. de Carpo, secundò, qui mortuus est post mensem à sua electione.
1493. 29. F. Leonardus II. Imperialis Genuensis, qui confirmatur.
1497. F. Dominicus de Leuco, secundò, cuius tempore ordinatum, ne ulterius Generales confirmari possent.
1501. 30. F. Franciscus II. Arengherius Bononiensis, Francisci Arengherii Generalis Nepos.
1503. 31. F. Thomas Palauicinus Mediolanensis.
1505. F. Dominicus de Leuco, tertio.
1507. F. Franciscus II. Arengherius Bononiensis, secundò.
1509. F. Thomas Palauicinus, secundò.
1511. F. Dominicus de Leuco, quarto.
1513. F. Franciscus II. Arengherius, tertio, qui obiit mense quinto suæ promotionis.
1514. 32. F. Philippus de Viteliana.

- 1516.33. F. Leonardus III. Porcellus Eugubinus.
 1518.34. F. Barnabas Bononiensis, ex antiqua Ceuenninorum familia.
 1520.35. F. Constantinus Mediolanensis.
 1522.36. F. Michael II. Volaterranus.
 1524. F. Barnabas Bononiensis, secundò, qui altero suæ promotionis anno mortem obiit.
 1526. F. Constantinus Mediolanensis, secundò.
 1528.37. F. Benedictus Tonsus Mediolanensis.
 1530.38. F. Angelus Albingalus.
 1532.39. F. Hyppolitus II. Mediolanensis.
 1534.40. F. Cyprianus Veronensis.
 1536.41. F. Jo. Baptista Senensis, de Cennis, cognomento medicus.
 1538.42. F. Antonius Bentiuolus Bononiensis.
 1540.43. F. Vitus Pratensis.
 1542. F. Cyprianus Veronensis, secundò.
 1544.44. D. Matthæus II. Christianus de Aversa, hic impetravit à Summo Pontifice, ut monachi Olivetani Domini nuncuparentur.
 1546. D. Hyppolitus II. Mediolanensis, secundò.
 1548.45. D. Benedictus II. Porrus de Finiario.
 1550.46. D. Modestus de Bononia.
 1552. D. Io. Baptista Senensis, secundò.
 1554.47. D. Ambrosius II. Carcanus Mediolanensis.
 1556.48. D. Placidus Neapolitanus.
 1558.49. D. Iulius Cæsar de Grassis Bononiensis.
 1560.50. D. Io. Franciscus de Florentia.
 1562.51. D. Augustinus de Legnaro Mediolanensis.
 1564.52. D. Barnabas II. de Perusio.
 1566.53. D. Hyppolitus III. Patavinus.
 1568.54. D. Cyprianus II. Rosa, Neapolitanus.
 1570.55. D. Prothasius Contrurius, Mediolanensis.
 1572.56. D. Jo. Franciscus II. Perusinus, cuius tempore sancitum est ut Generalatus per quadriennium duraret.
 Generales Quadriennales.
 1576.57. D. Augustinus II. Bononiensis.
 1580.58. D. Pius de Nutis Senensis.
 1584.59. D. Marcus de Capire Argeris.
 1587.60. D. Io. Baptista II. Aversanus; hic statuit, ut Generalatus per triennium tantum duraret.

Generales Triennales. Secundo.

1590. 61. *D. Gaspar Laudensis.*1593. 62. *D. Laurentius 1111. Perusinus, nunc præst.*

DECIMO KAL. SEPTEMBRIS.

Coenomans, Deposito Sancti Frambaldi Abbatis, & confessoris.

AUGUSTI 23.

FRambaldi.] *De quo Molanus in additionibus ad Usuardum, hac die, cuius tamen res gestæ me latent.*

NONO CALEND. SEPTEMBRIS.

Constantinopoli, Sancti Georgij Limniotæ monachi, qui cum impium Leonem Imperatorem reprehendisset, quod Sacras imagines frangeret, Sanctorumque reliquias cõbureret, eius iussu abscissis manibus, & capite incenso, migravit ad Dominum. Nivernis, Sancti Patricij Abbatis. In Gladbach, diœcesi Agrippinæ, Sancti Sanderadi, eiusdem cœnobij primi Abbatis. Andaino Monasterio, depositio beati Theodorici Abbatis, qui uiuus, & defunctus multis claruit signis ac uirtutibus. Eius corpus humo leuatum, Hugonistarum immanitate redactum est in cineres & fauillas. In Polonia translatio Sanctorum Martyrum, Benedicti, & quatuor sociorum monachorum. Apud Heduos, monasterio Ceruiduno, Sancti Nephtidij Presbyteri & monachi.

AUGUSTI 24.

Georgij.] *De eo Mart. Roman. cum Baronio; hac die. & Græci in Menologio.***P**atricij Abb.] *Eius meminere idem Mart. Rom. cum Baronio; Usuardus, Galestinus, Maurolycus, & Felici, hac die. Quo uixerit seculo ignoro.***S**anderadi.] *De eodem Molanus in addit. ad Usuardum, hac die. itæ & Tritemius de uir. ill. ord. S. Ben. lib. 3. cap. 316. & in chronico Hirsugia. Vixit anno Domini 970.***T**heodorici Abbatis.] *De quo idem Molanus loco citato, hac die. & paulo fufius in indic. Sanctorum Belgij, ubi in duobus sibi ipsi contradicit, cum enim in Martyrologio, & in Calendario Belgico dixisset, cum hac die, anno 1085. obuisse, in indiculo die sequenti, id est, octauo cal. Septembris anno 1084. mortem eius accidisse affirmat. Fuit Abbas S. Huberti Andainæ.***T**ranslatio SS. Benedicti.] *Eandem, hac die, annotat Tritemius de uir. ill. ord. S. Ben. lib. 3. cap. 311. Quo ordine, & quanta magnificentia, quomodo*

quoue tempore facta est referunt in historijs Polonicis, Matthias à Michonnia lib. 2. cap. 9. Martinus Chromerus lib. 3. in Boleslao. 1. & Ioannes Dubrauius in hist. Boemica, lib. 6.

Nepradij] De quo Maurolycus, & Felici qui Nept alium legit, hac die Res eius gestas adhuc minime rescire potui.

OCTAVO. CALEND. SEPTEMBRIS.

TRaiecti, Sancti Gregorii, episcopi, & confessoris, qui fuit infractor Sancti Lugderi, episcopi Monasteriensis. Agathopoli, Sancti Seueri Abbatis, trecentorum sexaginta monachorum patris, miraculis & sanctitate celebris. In pago Viromandensi, depositio Sanctæ Hunegundis pretiosæ virginis Christi, & sanctimonialis. Andainæ, depositio Beati Theodorici Abbatis miraculis clari. In pago Lemouicensi, Sancti Aredii Abbatis, & confessoris. Eodem die, fuit incendium monasterii, & oppidi Tuitiensis, in quo corpus Domini cum, à flamma circumfusa intactum remansit.

AVGVSTI. 25.

Gregorii] De eò Mart. Ro. cum Baronio; Molanus in add. ad Vuardum, & in indic. SS. Belgij, & Galefinius, qui corruptè Georgium legit hac die. Vitam eius scripsit S. Lugderus episcopus Monasteriensis, eius discipulus, quam adfert Surius Tomo 2. die 26. Martij. Agunt de eodem Trittemius de vir. ill. ord. S. Ben. lib. 3. c. 284. ubi eundem die 12. cal. Ianuarij, reponit: & lib. 4. c. 188. Petrus Crætopolus de episcopis Germanie; Hadrianus Barlandus, & Gerardus Noniomagus in catalogis Episcoporum Traiectensium, à quibus constituitur tertius illius Sedis Episcopus: fuit hic discipulus S. Bonifacij episcopi & martyris, monachus & Abbas S. Saluatoris Traiecti, ex quo monasterio ad Episcopatum assumptus anno D. 752. illum administravit ann. 32. obiitq; anno 784. & in suo monasterio sepultus est.

Agathopoli] Est ciuitas Gallie, quæ vfitatori uocabulo Monpellianus, Gallice, Montpellier, appellatur.

Seueri Abbatis] De quo Maurolycus, & Felici hac die. Petrus item in Catalogo lib. 7. c. 113. Quo autem floruerit tempore adhuc me latet.

Hunegundis] De ea Molanus in add. ad Vuardum hac die. Vitam eius, hac item die adfert Surius Tomo 4. quam composuisse videtur quidam Episcopus ante annos 600. Fuit Monialis in Monasterio Humolara, et ea annum Domini 630.

Theodorici Abbatis] Huius depositionem, hac die, annotat Molanus in indiculo SS. Belgij. Migravit ad Dominum, ut ipse refert, anno D. 1084 Fuit Abbas monasterij S. Huberti Andainæ, & quamvis molanus

fit Canonizatus, corpus tamen eius miraculis gloriosum, leuatum ex humo, in medium ecclesie digno honore reconditum fuerat, quod Hugonista- rum feritate in cineres redactum est.

Aredj Abbatis.] De quo Molanus in addit. ad Usuardum, hac die. Res eius gestas describit Gregorius Turon. hist. Franc. lib. 10. cap. 29. de gloria confessorum cap. 9. & de uita patrum. cap. 17. Floruit circa annum Domini 590. tempore eiusdem S. Gregorij Turonensis, cuius erat familia- ris. Arit de eodem Tritemius de uir. ill. ord. S. Ben. lib. 3. c. 34.

Incendium Tuitiense.] De quo idem Molanus loco citato, hac die. Extant. de eod. li. 4. Ruperti Abb. Tuitiensis, editi Coloniae an. 1572. in 8.

SEPTIMO CALEND. SEPTEMBRIS.

Florentiae, Monasterio Sancti Ioannis Euangelistae, depositio Sa- ctae Margaretae uirginis & Abbatissae, ordinis Vallis Umbrosae, miraculis clarae.

AUGUSTI 26.

Margaretae.] Tabulae Vallis Umbrosae a RR. PP. Bergomensibus ad me transmissae de eadem agunt, hac die. Fuit patria Faentina; discipula S. Humilitatis primae coenobij S. Ioannis Abbatissae, cui in regi- mine successit; migravit ex hac uita an. 1330. & in Monasterio S. Salu- ti non longe a Florentia iuxta Magistram suam sepulta est.

Sexto CALEND. SEPTEMBRIS.

Andaniae, Monasterio Sancti Huberti, depositio Sancti Theo- doric Abbatis, & confessoris. Leodii, translatio Sancti Lam- beri, de crypta, in altare Sanctae Crucis. Ciuitate Constantia in Ger- mania; natalis Sancti Gebhardi Episcopi, & Confessoris, mira- culis clari.

AUGUSTI 27.

Theodoric Abbatis.] Huius natalem annotat hac die Meyerus Annal. Flandriae lib. 2. ad annu. 1150. Dixerim esse ab alio Theo- doric de quo 24. huius egimus, temporum ratio manifestat, ille enim an- no 1084. uel 1085. a Molano refertur obiisse, iste uero anno 1150. Fuit ex nobili Lernarum familia, patre natus Gonsone.

Transl. S. Lamberti.] De qua Molanus in addit. ad Usuardum, hac die. Natalis eius est die 17. Septembris, ibi de eodem agemus.

Gebhardi Episcopi.] De quo Molanus in addit. ad Usuardum, hac die. De eodem agunt Petrus Cratepolius de episcopis Germania, Belfore- stus in sua Cosmographia in ciuitatis Constantiensis descriptione, qui ex monacho S. Galli ad eam sedem assumptum narrat. Fuit Vthonis Comi- tis Brigantini filius, ac 32. Constantiensis Episcopus creatus anno 980. praefuit

præfuit episcopatu annis 16. & obiit 996. vt annotant Cōtraſtus in chrōnico, & Demochares de ſacrif. miſſe tomo 2. cap. 35.

QVINTO CALEND. SEPTEMBRIS.

Bvchoniæ in Sueuia, de poſitio ſanctæ Adelindis Abbatiffæ.

AVGVSTI 28

Adelindis Abb.] De ea Molanus in addit. ad Vſuardum, hac die Cuius Monafterij Abbatiffa fuerit, uel quo claruerit tempore, & quæ eius geſtas quis ſcripſerit, haſtenus ignoro.

QVARTO CALEND. SEPTEMBRIS.

Lvetiæ Pariſiorum, de poſitio Sancti Mederici Abbatis, qui diuus & mortuus miraculis claruit. Apud Urbem Louanium, in tali ſanctæ Veronæ uirginis ſanctimonialis, filia Ludouici Regis Germaniæ. Hæc apud Rhenam monaſterium conſtruens, ex ſuo nomine illud Veronhoute appellauit, in quod ſpretis mundi illecebris ingreſſa, ſub regulari diſciplina, tempus uitæ ſuæ in omni ſanctitate tranſegit. In Monafterio Habenſi, Sancti Adelphi Abbatis eruditione, & ſanctitate præclari. In Anglia, Sancti Sebbi regis, enachi & confelloris.

AVGVSTI 29.

Mederici Abbatis.] De eodem Mart. Rom. cum Baronio, Vſuardo, Galeſinius, Maurolycus, & Felici, hac die, à quibus omnibus Probyter appellatur. Tritemius tamen de uir. ill. ord. S. Ben. lib. 3. cap. 21. Abbatem eum nominat Eduenſem, & utranque ſolemnitatem, de poſitionis ſcilicet, & Elevationis, hac die celebrari affirmat. Elenatus eſt terra anno 984. Petrus uero in catalogo lib. 8. cap. 25. 4. nonas Septembris eundem reponit, anno præfato 984. migraffe aſſerens. Agit de eodem Tritemius in Speculo lib. 24. cap. 92. quæ adferuntur à Moſandro tomo 1. Teſtatur Baroniſ eum Episcopum ab Vſuardo uocitari, at nihil ſancti exemplari meo repperi. Migravit in Monafterio S. Petri Pariſijs, in uaculorum gloria claret.

Veronæ uirginis.] De qua Molanus in addit. ad Vſuardum, & in die. SS. Belgij, hac die. Fuit filia Ludouici regis Germaniæ, ut teſtatur Petrus Cratepolius de episcopis Germaniæ, qui Moguntia eam obiſſe dicit, indeque tranſlatam ad Monafterium S. Crucis, ubi nunc requieſcit, in Louanium & Furam. Vixit anno 908.

Adelphi Abbatis.] Cuius natalem hac die annotat Tritemius de uir. ill. ord. S. Ben. lib. 3. cap. 310. Agunt de quodam Adelphio ſeu Adelphi Episcopo Metenſi, Baroniſ, Molanus, & Galeſinius, uirum tamen eundem cum hoc noſtro, aſſirmare non audeo, præcipue cum Tritemius

pus quo floruit non explicet.

Sebbi Regis.) De eo Mart. Rom. cum Baronio, hac die. Eius vitam describit Beda de gestis Anglorum lib. 4. c. 11. Agit & de eodem Bugianus in hist. Monastica. Obijt anno 666. vii notauimus inferius in tractatu de Regibus Monachis.

TERTIO CALEND. SEPTEMBR.

Resbaco Monasterio, cognomento Hierusalem, Sancti Agili, qui eiusdem Abbas cenobii, multis virtutibus claruit. In territorio Meldeli, Sancti Fiacrii monachi, & cofessoris, filii Regis Scotiae, magna uirtutis uiri. Bononiae, Sancti Bononii Abbatis, qui cum per multos annos Monasteriu omni edito uirtutis, moderationis, & sanctitatis exemplo rexisset, ingenti sui relicto desiderio, sanctitatis suae opinionem insignibus post mortem editis miraculis comprobauit. Hirsburgiae Monasterio, Inuentio Sancti Brunonis eiusdem loci Abbatis decimiquarti.

AUGUSTI 30.

Agili.) De eo Molanus in addit. ad Vsuardum, hac die. Praecedenti uero Trittemius de uir. ill. ord. S. Ben. lib. 3. ca. 92. Maurolycus autem & Felici die primo Septembris. Fuit ex monacho Luxouienti & discipulo S. Eustasii Abbatis, primus cenobij Resbacensis, quod S. Audolmus Episcopus construxerat, Abbas; pater eius Agnoaldus uir nobilissimus, & Sigeberti Regis Consiliarius. Claruit anno 670. ac moritur etatis suae anno centesimo.

Fiacrii Monachi.) De quo Mart. Rom. cum Baronio; Molanus in add. ad Vsuardum, & Galefmius, hac die. Vitam eius, hac die, adfert Suerius Tom. 4. & Mosander Tomo 7. ex MS. codice ecclesiae Traiectensis. Agunt de eodem Ioannes Lesleus Episcopus Rossensis de gestis Scottorum lib. 4. Hector Boetius in hist. Scotiae, lib. 9. Franciscus Belforestius annal. Francie lib. 1. cap. 36. Fuit filius Eugenii IIII. Regis Scotiae, discipulus S. Pharonis Episcopi Meldensis, ac Monachus cenobij Brodoli nemoris, in honorem S. Mariae consecrati circa ann. D. 620.

Bononii Abbatis.) De eod. Mart. Ro. cum Baronio, hac die. Vita eius & miracula, ex antiquis monumentis, olim per quendam Locedensem monachum exaratam adfert Mosander in To. 7. Surii, hac die. Eius meminit Carolus Sigonius de Regno Italiae, lib. 8. & lib. 2. de Episcopis Bononiae, in Eucherio Episcopo. Fuit natione Bononiensis, ex monacho monasterii S. Stephani, Abbas primus S. Mariae Locedensis, in agro Vercellensi: Sactonum catalogo adscriptus a Ioanne Papa XX. non multis post mortem annis, quae contigit anno D. 1026.

Inuentio S. Brunonis.) Cuius meminit Tritem. in chro. Hirsangit hæc die, factamq; refert anno 1460. ducentis ferè & 40. post eius mortem, annis. Huius autem sanctitatem tribus in ea inuentione miraculi Deus attestatam voluit, cæci illuminatione, claudi hominis pedum restitutione, & suauissimi odoris, ex eius sepulchro procedentis, fragrantia.

PRIDIE CALEND. SEPTEMBRIS.

IN Anglia, Sancti Aidani Episcopi Lindisfarnensis, qui sanctis operibus clarus quieuit in domino: cuius animâ cum Sæctus Cuthbertus ouum pastor, in cœlum ab Angelis ferri uidisset, relictis ouibus factus est monachus. In Anglia, Sanctæ Cuthburgis uirginis, & Reginæ. Ibidem, natalis Sanctæ Eanluuidæ uirginis, & Abbatissæ. Camalduli, Sancti Albertini Eremitæ Ordinis Camaldulensis, miraculis clari. Bobio monasterio, Translatio SS. Abbatum, monachorum, & sanctimonialium, qui in eodem cœnobio requiescunt. In cœnobio Blandinium dicto, dedicatio & consecratio Basilicæ beatorum Apostolorum Petri & Pauli. Apud Nuseum, Sancti Amari Episcopi, Ordinis monachorum Montis uirginis, sanctitate celebris. In Hispania Sancti Guterri Osorij Comitis & monachi, miraculorum gloria celebris. Signiæ, Sancti Brunonis Episcopi, & confessoris.

AUGUSTI 31.

AIdani episcopi.] De eo Mart. Ro. cum Baronio, Molanus in addit. ad Usuardû, & Galesinius, hæc die. Res eius gestas recenset Bedæ de gest. angl. lib. 3. cap. 2. 5. & 14. ubi de eius obitu agit, & alijs sequentibus usque ad 17. exclusiue, & in epitome ad annum 651. item in uita Cuthberti episcopi cap. 14. quas adfert Surius tomo 7. Agunt de eodem Tritemius de uir. ill. ordin. S. Bened. lib. 3. capit. 64. & libro 4. capit. 136. Demochares de sacrif. missæ tomo 3. c. 39. à quo numeratur primus episcopus Lindisfarnensis, cum prius monasticam vitam professus fuisset in cœnobio Huenfi in Hibernia. Eius & meminit Polydorus in hist. Angl. lib. 4. Ioannes Lesleus de gest. Scot. lib. 4. in Donaldò Rege, & alij. Obit anno Dom. 651. regiminis sui 17.

Cuthburgis.] alias Cuthburgæ; cuius meminit idem Molanus ibidem, hæc die. Agit pauca de eadem Chorog. Britan. fol. 148. Fuit hæc soror Inæ Regis Occidentalium Saxonum, & Uxor Egfredi Regis Northumbriæ, cui cum coniugij pertesa repudium misisset anno Domini 711. monasteriumq; uirginibus in oppido Vuinburne construxisset, uirginitatem suam cūixerat enim cum uiro suo sine pudoris corruptione, Deo consecrans, sub monastica disciplina, miraculis clara, diè suam clauit. Agit de eadem Mart. Vestmonast. in flor. hist. ad ann. 719. 727. et quædam Eanluuidæ.

Eanfuuda uirginis.] De qua idem Molanus loco citato, hac die. De eadem agit Chorog. Britannicæ, fol. 264. Fuit filia Eadbaldi Regis Cantie, nomen illius primum, deinde Abbatisa Monasterij oppidi Folkstone in Cantuariensi agro: Moxit anno Domini 640.

Albertini Eremitæ.] Ex calendario excuso RR. PP. Camaldulensium. S. Marci Mantue, huius natalem accepi. Arbitror eum esse de quo loquitur Augustinus Florent. parte 2. hist. Camald. lib. 2. cap. 7. quem facit Patrem S. Jacobi à Certaldo, de quo ipsis idibus Aprilis egimus: Floruit Albertinus anno 1280.

Translatio Sancti. Abbatum &c.] Huius translationis historia ad me transmissa est à RR. Patribus Bobiensibus, facta est autem presentibus Reverendissimo Episcopo Bobiensi, & toto Clero, & alijs testibus in instrumentis notatis, anno Domini 1482. Indictione 15. hac die. Colombano de Cachefino Notario publico referente. In ea uero translatione fuerunt Corpora Sanctorum;

Columbani primi Bobiensis Abbatis.

Attalæ, secundi Abbatis.

Bertulphi, tertij Abbatis.

Bobuleni, Abbatis.

Camugelli, Abbatis; item Sanctorum.

Cuniani: Romani: Vulcarij: Simiberti: Alli: Theoperti: Cuniberti: Tuniprandi: Rattaldi: Andrea: Ioannis: Petri: Leonis: Bladulph: Moronei: Agiboldi: Theodebaldi: Baudacarij: & Leopardi: monachorum Bobiensium, numero 19. & alterius cuiusdam Sancti, cuius nomen præ uetustate caracteris legi non potuit. In alia etiam arcula, quæ contigua est arce S. Attalæ Abbatis, reposita sunt, & translata cum alijs prefatis, corpora Sanctorum.

Petronillæ uirginis.

Suniurgæ uirginis, &

Rotradæ uirginis.

Huius translationis instrumentum asseruatur in prædicto Bobiensi Monasterio. in Libro instrumentorum signato littera V.

Dedicatio & Consecratio.] De quibus agit Molanus in addit. ad Vuardum, hac die.

Amati Episcopi.] De quo Mart. Rom. cum Baronio, hac die. Res eius gestas eodem referente composuit Felix Renda Prior cenobij Montis uirginis; Eisdem vulgari idiomate digessit Thomas Costo Neapolitanus in libro de origine Patrum Montis uirginis. Migravit à seculo anno Domini 1193. ætatis sue 89.

T t Gutteri

Guterri Comitis.] Notatur huius Natalis hac die ab Ambrosio de Moralibus in hist. Hispan. lib. 6. cap. 34. Comitatu relicto fit monachus Laurenzane, in quo cœnobio moriens sepultus est in capella quædam claustrum Monasterij, & liber miraculorum eius ibidem cum magna ueneratione asseruatur. Floruit anno Domini 970.

Brunonis Ep̄i) Notatur huius natalicius dies, hac die à Petro Diacono, lib. 4. Chron. Casinensis cap. 44. à capite 33. eiusdem, usque ad 45. conclusiue res eius gestas comprehendens. Eius & meminit idem Petrus lib. de vir. illust. Mont. Casin. cap. 34. In numerum Sanctorum relatus est à Lucio Papa III. ut prodit F. Iosephus Panphilus ordinis Eremitarum Sancti Augustini, & Episcopus Signie, in chronico ordinis sui ad annum 1568. Fuit Bruno, siue Brunus natione Ligur, ex Nobili Astensium Stemmata, & Episcopus primum Signiensis, deinde Episcopatu abdicato monachus Casinensis, & Abbas postmodum 40. annis anno 1107. cui Monasterio cum annis 3. & mensibus 10. presumpsit, à Paschali Papa II. coactus est redire ad suum Episcopatum anno Domini 1111. ubi sanctitate, & doctrina clarus, ut eius opera manifestant, migravit ad Dominum. Agit de eo Baronius 18. Julij.

SEPTEMBER.

CALENDIS SEPTEMBRIS.

IN Prouincia Narbonensi, Sancti Aegidij Abbatis & confessoris. Hic è regia stirpe natus, ab ineunte ætate, sacris litteris, & charitatis officijs deditus, parentibus motus, omne patrimonium pauperibus erogauit: deinde in solitudinem secedens, herbarum radicibus, & ceruæ lacte, quæ statim ad eum horis ueniebat, duriter uictitans, miraculorum gloria clarus, migravit ad Dominum. In Alto Villari, depositio Sancti Ninardi episcopi Remensis, & confessoris. Venetijs in Monasterio sanctimonialium Sancti Blasij de Catoldo nuncupati in Iudicia, depositio Sanctæ Iulianæ primæ eius loci Abbatissæ, quem congregato ibidem uirginum collegio mirabiliter instaurauit, auxit, & renouauit: huius sanctissimum corpus adhuc ibidem uisitur ita integrum, ut nihil desit, non secus quam si his proximis diebus è uita migrasset, dictu certè mirabile, visu tamen mirabilius. Eodem die, translatio Sanctæ Heduuigis Ducissæ, & sanctimonialis orchesis Cisterciensis.

SEPTEMBER

S E P T E M B R I S I.

A Egidii Abbatis) De quo Mart. Rom. cum Baronio: Beda, Ado, Molanus in addit. ad Vsuardum, Galestinus, Maurolycus, & Felici, hac die. Petrus item in catalogo lib. 8. cap. 18. Eius vita extat MS. que adscribitur a quibusdam Fulberto Carnotensi Episcopo. Agit de eodem Tritemius de vir. ill. ord. S. Ben. lib. 2. cap. 22. & lib. 3. cap. 162. De tempore quo claruerit inter Scriptores controuertitur, nonnulli enim inter quos sunt Sigebertus Glembacensis, Tritemius, Petrus, Vincentius, & alij, anno 700. & amplius uixisse ferunt; Baronius uero ex eius vita colligit floruisse temporibus Clodouei Magni Regis Franciæ, vel paulo post anno circiter Domini 520. Res difficultate non caret, unicuique tamen liberum relinquimus iudicium.

Niuardi episcopi.) Sive ut alij legunt, Viuardi; de quo Molanus in addit. ad Vsuardum, Galestinus, Maurolycus, & Felici, hac die. Petrus quoque in catalogo lib. 8. cap. 21. qui dicit floruisse temporibus Clodouei Regis, secundi scilicet huius nominis anno Domini 660. ut annotant Sigebertus in chronico; Demochares de sacrif. missæ, tomo 2. cap. 14. a quo nomen datur 26. Remensis Episcopus. Vincentius in speculo lib. 23. c. 115. & Tritemius de vir. ill. ordin. S. Ben. lib. 4. cap. 62. qui tamen cuius cœnobij monachus & Abbas fuerit non exprimit: arbitror tamen fuisse monachum Luxouïensem, Sanctus enim Bercharius eius cœnobij monachus, de quo 17. cal. Nouembris, eius discipulus fuisse perhibetur.

Julianæ Abbatis.) Tabula Monasterij S. Blasij de S. Catoldo; huius Natalem hac die annotant. Res eius gestas partim describunt, Bernardinus Scardeonius in historia Patauina lib. 2. classe 6. & Ioannes Bonifacius in historia Taruina, lib. 6. fol. 293. diuersimode tamen: Ille enim Mantuanam facit, ex nobili Ripæscomitum familia: iste uero in agro Taruino, ex illustri Collatorum stirpe, progenitam affirmat: que opinionones, etsi inter se uideantur diuersæ, amba tamen ueræ sunt, ut ex tabella MS. qua ad Altare ipsius Sanctæ uisitur, liquet, ubi sic legitur, Qui si riposa il Venerabile corpo della Sposa di Christo Beata Giuliana, Virgine, de Nobilissimi parenti generata, cioè Padre & Madre Contessa de Collo Alto, de antichi Gentilhuomini, ouero Signori di Mantua: & infra. Fu Monaca de Gemelli di anni dieci, passò di questa uita, & naufragio del misero Mondo, al regno de Beati la Venerabile Sposa di Christo Beata Giuliana nell'anno del Signore 1262. e fu sepolta in questo Cimiterio. Hæc in prædicta Tabula continebantur.

Bernardinus Scardeonius loco citato dicit obiisse anno Domini 1226.

T t 2 sed

sed id transpositione numerorum potius accidisse puto, quam suo errore, facilis enim est lapsus numerorum arithmeticoꝝ, quando vnus alteri preponitur, aut postponitur, vt hic contigit; si enim numerus 6. preponatur numero 2. malè anteposito, numerus 1262. sua integrati restituetur.

Translatio S. Heduuigis.) Notatur hæc translatio, hac die, in eius vita apud Surium tomo 5. die 15. Octobris. & facta refertur anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo octauo.

QUARTO NONAS SEPTEMBRIS.

Parisij, eleuatio S. Mederici Abbatis, qui tempore Ottonis III. Imperatoris sanctitate claruit. Apud Dononum, eleuatio corporis Sanctæ Ragenfredis uirginis, & Abbatissæ. Soratte, Sancti Nonnosii Abbatis, qui oratione sua ingentis molis saxum transtulit, aliisque miraculis coruscavit.

SEPTEMBRIS 2.

Eleuatio S. Mederici Abbatis) De eodem Maurolyens, & Felici, hac die. Reponitur ab aliis die 4. cal. Septemb. vti eo die annotamus, sed ille depositioni, iste uero eleuationi, dedicatus, uti ex Tritemio colligimus, etsi dicat eam quarto calendæ, pro quarto nonas, Septemb. etiam esse.

Eleuatio S. Ragenfredis) De qua Molanus in Add. ad V. Iuand. & in Indic. Sanctorum Belgii, hac die. Fusius de ea tractabimus die 1. idus Octobris.

Nonnosii Abbatis) De eo Mart. Rom. cum Baronio, hac die. Mirabilia eius facta prosequitur S. Greg. Papa, Dial. lib. 1. c. 7. & Petrus in Catalogo, lib. 11. cap. 97.

TERTIO NONAS SEPTEMBRIS.

Romæ, ordinatio incomparabilis uiri Sancti Gregorij Magni Summum Pontificem, qui onus illud subire coactus, è throno throno clarioribus sanctitatis radijs in orbe refulsit. Eodè die natalis sanctorum martyrum Aigulphi Abbatis Lerinenfis, & Socorum Monachorum, qui præcisus linguis, oculisque; effossis, gladio obtruncati sunt. In territorio Leodiensi, in Ardenna, Monasterio subuleto, depositio Sancti Remacli, episcopi & confessoris, admodum sancti tatis uiri. In monte Blandinio, Gandau territorij, admodum sanctorum corporum, Vuandregisili Abbatis, Ansberti, & Valfian Archipræsulum. Fossis, translatio corporis beati Foillani martyris. Salzburi.

Saltzburgi, translatio Sanctæ Erentrudis Abbatisse. In agro Bergomensi, Monasterio Sancti Sepulchri de Astino, ordinis Vallis Umbrosæ, Sancti Gualæ, quondam Bergomensis Episcopi, & post eius cœnobij humilis monachi, & confessoris.

SEPTEMBRIS 3.

Ordinatio incomparabilis viri.] Eadem hac die recitant Mart. Rom. cum Baronio, Molanus in addit. ad Usuardum : Galefinius, Maurolycus, & Felici, quibus consentiunt vetera Mart. MS. Auctores qui de ea tractant videto apud Baronium. In hanc diem olim transferebatur Natalis eius celebritas, cum nullius diei festi officium, iuxta decreta Canonis Laodicensis Concilij, in quadragesima seruaretur, ut testatum reliquit Radulphus de canon. obseru. prop. 16. idque quamuis ubique antiquatum sit, retinet tamen Ecclesia Ambrosiana ordinatione presertim Illustris. Card. Caroli Bonromei tit. S. Praxedis, & Archiepiscopi Mediolanensis, qui concilij Laodicensis auctoritate adductus, Ordinationis huius solemnitatem restituit.

Agulphi & Sociorum.] De quo Mart. Rom. cum Baronio, Molanus in addit. ad Usuardum, & Tabula Lerinenses, hac die. Martyrium eorum extat apud Surium tomo 5. ex MS. hac die. Vocatur ab alijs Agulphus, martyrioque coronatus dicitur anno Domini 660. Ad rationes quas Anastasius bibliothecarius, monachus Casinas, in libro de translatione corporum SS. Benedicti & Scholastica, adfert, Sanctum scilicet Agulphum, ob latrocinia, & peruersum uitæ genus, occisum asserens, non est quod immoremur : cum, quod eius uerba historiam ex se multum suspectâ reddat; tum etiam, quod, si eiusmodi uerba eius sint (quod credere non possum) illa ex animi passione dicta esse manifestum est.

Remacli episcopi.] De eo Molanus in addit. ad Usuardum, & in indiculo SS. Belgij, & Galefinius, hac die. Vitam eius & miracula descripsit S. Norgerus Abbas S. Galli & Episcopus Leodiensis ad Uuerensfridum Abbatem, quam adfert Surius hac die tomo quinto. Thietmarus ite Abbas Helmaruicensis; Herigerus Abbas Lobiensis; & monachi Stabulenses : has dicit Molanus extare in lib. de gestis Pontif. Leodiensium à cap. 40. vsque ad 55. Agunt de eodem Petrus in catalogo lib. 11. ca. 62. Tritemius de uir. ill. ord. S. Ben. lib. 3. cap. 99. & lib. 4. cap. 149. Petrus Cratepolius de episcopis Germaniæ. Demochares de sacrif. missæ, tom. 2. cap. 37. à quo numeratur 27. Tungrens, & 18. Leodiensis Episcopus; quem sequitur Catalogus Episcoporum Leodiensium Germanicus qui apud me est. Patrem habuit Albutum, monachumque egit primum in Monasterio Solemiaco sub cura Diui Eligij Abbatis, & post Nouiomensis

T 3 Epi

Episcopi, cui in regimine Abbatiæ successit, deinde factus est Episcopus Leodiensis, anno 645. secundum Placentium apud Democharem; vel 650. secundum catalogum meum Germanicum: quinto autem gubernationis suæ anno secularium tumultuum pertusus, Episcopatu cadens, prioris vite statum reassumpsit in canobio Stabulero, in quo postmodum Abbas effectus obiit resignationis suæ anno 63. ut uult catalogus meus, qui erat à Christo nato 718. uel 713. secundum Placentij computum. Molanus tamen in indiculo SS. Belgij, auctor est ipsum in Episcopatu septem annos egisse. Dissentit etiam catalogus meus de mortis die, quem ultimo Septembris reponit, singularis tamen est hæc eius opinio. Sepultus est Stabuli, succedente sibi S. Papoleno Abbate.

Aduentus SS. Corporum.] Horum Sanctorum translationem, sine aduentum reponit Molanus in addit. ad Vsuardum, hæc die. De ipsorum egimus in eorum natalitijs.

Translatio S. Foillani.] De eadem Molanus ibidem, & in indiculo SS. Belgij, hæc die. Passus est pridie cal. Nouembris.

Translatio S. Erentudis.] Ex quodam indice Ecclesiæ Salisburgensis, pro horis canonicis ritè persoluendis excuso anno 1585. huius translationem accepi; quæ celebratur in eadem ecclesia cum nouem Lectioibus. De eadem egimus pridie calendas Iulij.

Gualæ quondam Episcopi.] Tabula Vallis Umbrosæ de eodem egit hæc die. Binæ autem ad me transmissæ sunt; primæ anno 1591. secundæ anno 1593. in his dicitur fuisse natione Bergomensis ex familia Reini, discipulus S. Dominici Episcopi Brixienfis: & post Episcopum Bergomensis, quo resignato monasterium petiit: in illis uero notatur fuisse discipulum S. Dominici Brixienfis Episcopi, & post eum ob insignem sanctitatem Brixiensem ascendisse cathedram, quam cum annis 14. tenuisset, resignauit, & monasterium S. Saluatoris ingressus, sanctitate plenus obiit 1244. ibidem iuxta Altare S. Martini sepultus.

PRIDIE NONAS SEPTEMBRIS.

Florentiæ, Sancti Thesauri Abbatis, & S. R. E. Cardinalis, qui summo loco è gente Beccaria Papiæ ortus, monachus primus, deinde Abbas, & Generalis totius ordinis Vallis Umbrosæ effectus, postremo ob insignes animi dotes, ab Alexandro Papa IIII. Cardinalis pronunciat, & Florétinis Legatus datus, ut Gibellinorum & Guelforum inter se concertantium, partes componeret, ab ipsorum dolo, & suspitione, capite truncatus, martyrij coronam accepit. Eodem die, Canonizatio Sancti Suuiberti Episcopi Vuerdensis, facta à Leone tertio Pontifice, Carolo Magno Imperatore præfente, & no octi-

no octingentesimo tertio. Casini, passio infinitorum monachorum pro fide Christi à Saracenis gladio occisorum, anno Domini octingentesimo octogesimo secundo. Coloniae in maiori ecclesia, beatæ Itegardis uirginis, in cuius præfesto ibidem campanæ pulsantur, sicut in præfests Sanctorum, licet nondum sit canonizata. In territorio Monasteriensis, supra Lippiam fluium, depositio Sanctæ Idae, uiduæ sanctimonialis magnæ sanctitatis.

S E P T E M B R I S 4.

Thesauri Abbatis.] De eodem Tabulæ Vallis Umbrosæ, ultima, ad metransmissæ, hac die. Habui & easdem à Reuerendis Patribus Florentinis ordinis Vallis Umbrosæ, in quibus reponitur huius martyrium die 12. huius mensis. In aliis autem, quæ primum mihi datæ fuerunt anno 1591. notatur die 21. eiusdem; arbitror tamen in illis errorem esse, factis enim est error numerorū, 12. præcipue & 21. quibus si numerus unus alteri præponatur, uel postponatur, de 12. faciet 21. & de 21. 12. Passus est secundum tabulas ultimas anno Domini 1260. secundum alias autem anno 1258. quibus consentiunt Ioannes Villanus lib. 6. hist. cap. 66. & Franciscus Sansouinus lib. 1. illustrium familiarum Italiae, folio 157. qui eius martyrium recitant; his adiungitur & Volaterranus, lib. 20. Antropologia. Sepultus est in cœnobio suo Vallis Umbrosæ, die, ut arbitror, octauo a passione, qui erat duodecimus huius mensis, annotatus à RR. PP. Florentinis.

Canonizatio S. Suuiberti.) Eandem hac die celebratam refert Martellinus apud Surium tomo 2. die primo Martii.

Passio infinitorum monachorum.) Horum martyrium, hac die annotatum reperies in passione Sancti Bertharii Abbatis, & martyris, his uerbis.

Tempore quo sacrum Imperium: & infra. A Saracenis inuasum & incensum est cœnobium, omnibus qui ibi inuenti sunt pro fide Christi gladio interfectis paucis uix euadētibus, Pridie Nonas Septembris anno Domini 882. Ioanne octauo Papa. & paulo post. Numerum uero eorum qui in dicto cœnobio Casinensi, & in Monasterio Domini Saluatoris occisi sunt, solus ille nouit qui condidit & ornauit eos. Omnes enim ferè Monachi de possessionibus Monasterij Casinensis, per totam Italiam timore Saracenorum ad Casinum uenerant, fama uirtutum Beati uiri Bertharii ducti, quibus omnibus larga stipendia uitæ tribuens, eorū inopiam sustentabat, qui omnes pro fide Christi interfecti sunt, paucis uix euadētibus. Hæc ibi Leo Ostiensis tamen in hist. Cas. lib. 1. c. 46. hæc accidisse refert an. 884.

Irmgardis uirginis.] De qua Molanus in additi. ad *Vsuardum*, hęc die. Agit & de ea Petrus Cratepolius de *Episcopis Germaniæ*. Etia fuit Comitis Zutphaniæ, & soror Abbatis S. Pantaleonis pro tempore, itaq; religioſe acta, migravit, et in tēplo maioris eccleſiæ Colonie ſepulta eſt. (Idæ uiduæ.) De eadem Molanus, & Cratepolius, locis citatis. Floruit temporibus Caroli magni Imp. eius Pater fuit. *Ueſtphaliæ* Comes, à quo tradita fuit in matrimonium, ſic iubente ac procurante Carolo Imp. ciuſdam Egberto Principi, quo mortuo, in religioſis operibus ſe exercens, miraculis clara ſpiritum ſuo reddidit Creatori. *Vitam* eius libris 2. ab *Wſſingo* monacho S. *Ludgeri* *Uerda* compoſitam adſert *Surius* hęc die pmo 5. & *Moſander* tomo 7.

NONIS SEPTEMBRIS.

IN pago Ternanenſi, Monafterio dicto *Sithiu*, depoſitio *Sacti* *Bertini* Abbatis, & confessoris, qui uita, & miraculis inſignis, anno ab incarnatione Domini, ſexcentefimo nonageſimo octauo, migravit ad Dominum. Ipſo die, Dedicatio, & conſecratio Eccleſiæ, *Sacti* *Cauenſis* *Cænobij*, ab *Urbano* *Papâ* *Secundo*. In cænobio *Sacti* *Iacobi* de *Pontida* iuxta *Bergomum*, *Sacti* *Alberti*, primi eiusdem cænobij Abbatis, miraculis, & ſanctitate clari.

SEPTEMBRIS 5.

Bertini.] De quo *Mart. Rom.* cum *Baronio*; *Vsuardus*, *Molanus* et eundem, *Galeſinius*, *Maurolycus*, & *Felici*, hęc die: *Vitam* eius *Folchardo* eius loci *Abbate* conſcriptam, refert *Surius* tomo 5. De eodem plura reperies in uitis *Sanctorum* *Andomari* *epiſcopi*, quinto idus *Septemb.* & *Vuinoci* *Abbatis* octauo idus *Novemb.* apud *Surium* tomo 5. & *Res* eius geſtas proſequuntur item, *Petrus* in *catalogo* lib. 8. cap. 38. *Myerus* lib. 1. *Annal. Flandriæ*; *Tritemius* de *uir. ill. ord. S. Ben.* lib. 3. cap. 105. *Molanus* in *indic. SS. Belgii*; *Petrus Cratepolius* de *epiſcopis Germaniæ*, & alij. *Cænobium* autem *Sithiuenſe*, ab eius nomine, nunc *Sithinus*, uocatur, & eſt in ciuitate *S. Audomari*, totius ſere *Arteſiæ* magiſcentiſſimum, de cuius exacta obſeruatione diſciplinæ *Monachiæ*, ſcribit *S. Bernardus Abbas*, *epiſt.* 141. 142. 143. & 144.

(Dedicatio & Conſecratio.) *Tabula* *Cauenſes* de iſdem agunt, hęc die. *Confirmatur* & *privilegio* *Beati Urbani* *Papæ* *Secundi*, qui eandem dedicauit & conſecrauit, cuius tenor talis eſt: *Urbanus* *Epicoſopus*, *Seruis* *Seruorum* *Dei*, *Cariſſimo* ac *Reuerendiſſimo* *Fratri* *Petro* *cænobij* *Cauenſis* *Abbati*, eiusdemque ſucceſſoribus *canonicè* *promouendis*, *Salutem* & *Apoſtolicam* *Benedictionem*. Cum uniuerſis *S. eccleſiæ* *ſilijs* pro ſedis *Apoſtolica* *authoritate*, ac *beniuolentiâ* *debi-*

debitores existamus. Illis tamen locis atque personis, quæ specialius ac familiarius Romanæ adhærent ecclesiæ quæque amplioris religionis gratia eminere noscuntur, propensiori nos conuenit charitatis studio imminere. Apostolicæ ergo memoriæ prædecessoris nostri Gregorij VII. institutis tenacius adhærentes Cauense cœnobium, cui summa religio uiget, quod ipse singulariter dilexit & suæ institutionis priuilegio communiuit, Nos quoque huius nostri priuilegij pagina communimus, & ab omni, tam sæcularis, quam ecclesiasticæ personæ iugo liberum esse, omnino decernimus. Idem namque Apostolicus Pontifex dum in Romana Sancta ecclesia Archidiaconatus adhuc officio fungeretur, prædictum locum à Gisulpho, Sarernitano tunc Principe, in cuius manu fuerat, postulauit: Cellas quoque plurimas, quas usque ad id temporis spatium idem Princeps in manu propria detinuerat, ab ipso acquirens, eidem Sancto loco contulit absolute, cum omnibus habitantibus, & habitaturis; tam in Clenti monte eiusque pertinētibus, quam in locis Pasciano, Mitiliano, Castro Sancti Adiutoris, & pertinētibus eorundem locorum, cum omnibus angarijs & perangarijs pensionibus solutis, tam ratione terrarum, quam pro quolibet foculari ipsorum locorum, sicut nos ipsi in registro ipsius Principis enucleatius uidimus contineri. Quam donationem, Nos auctoritate Apostolica ex certa scientia confirmamus. Præterea Cluniacum locum illum famosum dirigens, inde te ut Abbatem præfato Monasterio præponeret asciiuit, quæ deinceps cum uniuersis subiectis, siue locis, seu personis singulariter dilexit, fouit, atque tuitus est. Mox Pōtifex factus eorum libertatem decreti sui pagina confirmauit, sic præstante Deo ab omnium uiuentium iugo liberum usque ad tempora nostra permansit, &c. *Et infra:* Nobis itaque disponentibus Basilicam ipsius loci dedicare; &c. *Et post:* Astante etiam dilectissimo filio nostro Duce Rogerio, cum innumera Clericorum, & Laicorum turba præstante Domino nostro Iesu Christo, cuius uicem licet immeriti gerimus in terris, ad honorem summæ & indiuiduæ Trinitatis, manibus nostris proprijs in eodem loco qui Metiliani Caua vulgariter nuncupatur, Basilicam dedicauimus die Nonarum Septembrium. Indulgentes eidem Monasterio, contemplatione cuiusdam prærogatiuæ specialis charitatis, quam experti fuimus in eodem cœnobio: immo potius perfectam religionis obseruantiam, dum adhuc essemus in minoribus ordinibus constituti, ut quicumque in statu pœnitentiæ Domino opitulante fuerit positus, & ad dictum locum accedens fuerit ibi uno die

die ante ipsius Basilicæ consecrationem, & per totum diem sequentem, necnon in die Iouis Sancti, atque per totum diem Veneris Sancti sequentem, de omnibus peccatis, de quibus uerè contritus fuerit, & confessus, illam indulgentiam & ueniam à Domino consequatur, quam mereretur in eūdo & redeūdo ad S. Iacobū Compostellanum. Reliquis uero temporibus & diebus singulis, causa deuotionis illuc accedentes, quatuor annorum & totidem quadragenarum indulgentiarum suorum peccatorum obtineant, de sedis Apostolicæ gratia speciali. Qui uero ad Capellam tuam sitam in eodem Monasterio, ac eodem die consecratam, per uenerabilem fratrem nostrum prædictum Brunonem Episcopum Segninum, in diebus & festiuitatibus supradictis, septem annos, & totidem quarantenas de indulgentia pro peccatis suis confessis à Domino consequatur. Accedentes similiter ad Ecclesiam constructam in Cafali eidein Monasterio adiacenti & eminenti, dedicatam ipso die, per iam dictum Venerabilem fratrem nostrum Rangerium Episcopum Regitanum, in diebus, & festis prædictis, necnon & in omnibus festiuitatibus Virginitatis gloriose, ad cuius uocabulum constructa est Ecclesia memorata, septem annos & quarantenas totidem, de indulgentia à Domino promereantur. Concedentes & edicto perpetuo confirmantes, ut tantum, quam successores tui per terras tui monasterii habitas, & habendas, liberè possis Ecclesias construere, cum Cruce signare, aliâq; Pontificalia, & Spiritualia exercere; Sacrorum Ordinum collatione, Pontificalium, & Altarium consecratione, ac Crismatis consecratione, tibi, tuisq; successoribus duntaxat abdicata penitus potestate, &c. Datum Salerni, per manus Ioannis, S. R. E. Diaconi Card. 18. kal. Octobris, Indictione xv. Anno Dominicæ Incarnationis M. X. C. II. Pontificatus Domini Urbani Papæ II. anno quinto.

Privilegio altero eiusdem ferè tenoris, sub data Salerni, per manus eiusdem Ioannis, die 19. calend. Februarii, Indict. 15. anni Dom. Incarnationis M. X. C. II. Pontificatus eiusdem anno quinto, eandem Consecrationem ratificare & roborare uoluit. Immunitates præterea & privilegia eiusdem cœnobij, huiusmodi diplomate confirmauit.

Urbanus Episcopus Seruus Seruorum Dei, Carissimo ac Reuerendissimo Patri Petro, cœnobij Cauensis Abbati, eiusque successoribus canonicè promouendis, Salutem & Apostolicam benedictionem in perpetuum. Cum uniuersis Sanctę Ecclesię filiis, &c. & post. Quapropter ad honorem summę, & indiuiduę Trinitatis cuius honori ac nomini Cauense constat Monasterium esse fundatum,

tam, iustis tuis petitionibus annuentes, carissimè in Christo, atque Reuerentissimè Confrater, & Commonache Petre, idem cœnobii cui disponente Domino præsidere cognosceris, in specialem Apostolicæ sedis tutelam, protectionemque suscepimus, *Et cætera que sequuntur.* Datum Venusij per manus Ioannis S.R.E. Diaconi Cardinalis & subsignatoris Domini Urbani Papæ II. XI. Cal. Octobr. anno Dom. Incarn. M. LXXXIX. Indictione XIII. Anno Pontificatus eiusdem Domini Urbani Papæ Secundo. Extât ibidem & Bullæ duæ Alexandri Papæ III. de immunitate, eiusdem cœnobij & confirmatione bullarum, Gregorij VII. Urbani II. Paschalis II. Calisti II. Innocentii II. & Eugenij III. Pontificum Romanorum. Datæ Beneuenti per manus Gratiani episcopi S.R.E. Subdiaconi, & Notarij. tertio calend. Februarii. Indictione secunda, an. 1168. Scriptæ Marino Abbati; Pontificatus eiusdem Alexandri an. tertio.

Alberti] *Tabule Bergomenses, de eodem agunt, hac die. Eius vitam stylo elegantissimo cõposuit olim M. Antonius Benalius, quam adfert Ioannes Antonius Guarnerius, Canonicus Bergomensis, in libro de vita, & rebus gestis Sanctorum Bergomatum. Fuit Albertus natione Bergomas, & primus fundator, ac Abbas S. Iacobi de Pontida, sub Congregatione Cluniacensi, & cura S. Hugonis Cluniacensis Abbatis, qui illuc B. Vitii Monachum Cluniacensem direxerat, ut Sancto Alberto in Monastica disciplina constituenda, cooperaretur. Obijt anno Domini 1099. & Pontida primum sepultus, nunc verò in Ecclesia S. Mariæ Maioris ciuitatis Bergomensis dignè reconditur.*

OCTAVO IDVS SEPTEMBRIS.

Roma, Sancti Eleutherij Abbatis, serui Dei, quem Sanctus Gregorius scribit oratione & lachrymis mortuum suscitasse. Eodem die ad fauces, sancti Magni Abbatis, & confessoris, discipuli sancti Galli, sanctitate clari. Item translatio corporis beatissimi confessoris Christi, Humberti episcopi, uirtutibus & miraculis insignis: cuius sacrum corpus ita illæsum & incorruptum inuentum est, ac si eadem die spiritum emisisset: Linteamina quoque, quibus inuolutus fuerat, nihil in se corruptionis habebant: sed & herbæ, quæ sepulture eius die appositæ fuerant, adeo uirides sunt repertæ, ac si terræ radicibus in hærentes; irriguis aquis uirescerent. Et translatio, Sancti Petri Tarantasiensis episcopi, ordinis Cisterciensis.

SEPTEMBRIS 6.

Eleutherij Abbatis.) *De eo Mart. Rom. cum Baronio. Ado, Beda, qui Episcopum facit, sed mendosè, Galestinus, Maurotycus, & Felici, hac*

ci, hac die. Res eius gestas recenset S. Gregorius dialog. lib. 3. ca. 33. De eius pictura vide Baronium in annotat. ad hunc diem. De eodem agunt Petrus in catalogo lib. 8. cap. 45. & Tritemius de vir. ill. ord. S. Ben. lib. 3. c. 17. fuit Abbas Monasterij Sancti Marci Evangelistæ, iuxta Spoletum, tempore Sancti Gregorij Papæ, cui precibus suis, virtutem ieiunandi obtinuit.

Magni Abbatis] De quo Molanus in Additio. ad Vsuarium, Galefminus, & Maurolycus, hac die, Vitam eius descripsit Emericus, Monachus Elefancensis iussu Lanthonis decimifexti Episcopi Augustani, qui consensu summi Pontificis eum in album Sanctorum retulerat, anno Domini 870. Fuit ex Monacho Sangallensi, Abbas primus in faucibus. Agunt de eodem Tritemius de vir. Ill. Ord. S. Ben. libr. 3. cap. 107. & Demochares de sacrific. Missæ, Tom. 2. cap. 35.

Translatio Humberti] De eadem Molanus in Addit. ad Vsuarium, & in Indiculo SS. Belgij, hac die. Eius vitam adfert Sirius, hac die, vti notauimus in eius natalicij die 25. Martij: & Mosander item Tomo 7. facta verò est huiusmodi translatio, anno 153. ab eius morte, tempore Rodolphi Abbatis Maricolenfis.

Translatio Sancti Petri Tarant. Episcopi] Hac die factam referunt Monachi Cistercienses in eius actibus, quæ reperiuntur apud Surium. Tomo 3. octauo idus Maij.

SEPTIMO IDVS SEPTEMBRIS.

IN Territorio Parisiensi, Sancti Clodoaldi, presbyteri & confessoris, tam generis, quam mentis nobilitate conspicui: cuius corpus requiescit in ecclesia sui nominis, prope Parisios. Leodij, Sædæ Maldebertæ virginis, quæ post materteram Aldegundem, & sororem Aidetrudem, Malbodiense cænobium tertia rexit. In Anglia Sancti Dunstani Cantuariensis Antistitis.

SEPTEMBRIS 7.

Clodoaldi] De eodem Mart. Rom. cum Bayonio, Vsuarius, Beda, Abbat. Galefminus, à quo corruptè Rodulchus vocatur, Maurolycus, & Felici, qui Cleobaldum legit, hac die. Res eius gestas comprehendunt Gregorius Turon. de gest. Franc. libr. 3. capit. 6. & 18. vbi Chlodonaldus appellatur, Mombrius, Tom. 2. Vincentius in Speculo, lib. 21. cap. 59. & 60. Petrus in Catalogo, lib. 8. c. 50. correctione tamen indiget, dicit enim floruisse apud Perusum civitatem, cum Parisium dicere debuisset. & Franciscus Bessoni in Annal. Franc. lib. 1. cap. 13. Fuit filius Clodomiri Regis Burgundæ & Aurelianorum, qui Patruorum tyrannidem fugiens Monachum inuitavit in cænobio à se fundato Novingenti, anno D. circiter 540. Quiescit in eodem loco miraculis in hodiernum usque diem coruscans; Vocatur locus Gallie, Sainct

Saint Clou, à cede Henrici III. Regis Gallia toti nūc mundo notissimus. Maidebertæ virginis] Sive Maldebertæ, vel Magdelbertæ, de qua Molanus in Additio. ad Psuardum, & in Indiculo Sanctorum Belgij, hac die. Eius meminit, & Franciscus de Rosieres, Tomo 4. Stemmatis. Lotharingie, folio 255. Fuit filia Sanctorum Vincentij, & Valdeerrudis, Comitum Hannonia, & Monachorū; Claruit an. 612. eius corpus iacet Leodij.

Dunstani] De eo Maurolycus, & Felici, hac die. Egimus nos cum alijs die 14. cal. Iunij, eius natali sacro: Fortassis presens festiuitas translationi eius dedicata est.

SEXTO IDVS SEPTEMBRIS.

Frisinge, Sancti Corbiniani, primi eiusdem ciuitatis Episcopi qui à Gregorio II. Pontifice ordinatus, & ad prædicandum Euangelium missus, uberes fructus in Gallia, & Germania retulit, ac deum uirtutibus, & miraculis clarus, in pace quieuit.

SEPTEMBRIS 8.

Corbiniani] Sive, ut alii legunt, Gorbiniiani, de quo Mart. Rom. cum Baronio, Molanus in Addit. ad Psuardum, Galestinus, Maurolycus, & Felici, hac die. Vitam eius hac item die ab Aribone, quarto Frisingensi Episcopo descriptam, adfert Surius, Tomo 5. De eodem agunt Franciscus Irenicus Germania exegeseos, lib. 3. cap. 45. & lib. 11. in littera F. Petrus Cratepolius de Episcopis Germania. Petrus in Catal. lib. 8. c. 54. & Orho Frisingensis Episcopus, Chronic. lib. 5. capit. 23. & 24. Obiit ut uult Cratepolius, anno Christi 751. regiminis sui 20. succedente sibi in Episcopatu Fratresuo Eimberto. Episcopatum 28. annis tenuit, & monasteriū Degersee consecrauit. Fuisse Monachum ante Episcopatum aperte demōstrant uerba Orthonis Episcopi, cap. 24. lib. 5. ubi sic ait, Etenim mundi non detentus, illecebris de cuncta parentum substantia solo victu, & uestitu contentus, in cellula, quam sibi construxerat habitauit. Vindemiarum autem tempore, dum quidam uini primitias ei obtulisset, multi feruiscētis impetus, spinam uasis excussit. Sed uir Dei regulari silentiū nolens uiolare famulis quidem hoc indicare distulit, orationibus tamen uinū ne inutiliter efflueret, cohibuit. Hęc Orho. Regulari igitur disciplinæ colla submisit, sed quo in loco mihi hactenus incomperatum. Illud etiam pro argumento est, quod eodem Orbone, & Frenico referentibus, statim in principio sui Episcopatus in monte Frisingensi Monasterium in honorem Dni Benedicti Abbatris construxerit, Monachorumq; conuentum sacrum ibidem adunauerit.

QUINTO IDVS SEPTEMBRIS.

IN Territorio Teruanensi, Sancti Audomari Episcopi & confessoris, qui annis triginta Episcopatum sibi commissum, sanctitate, & miraculis illustravit, & meritorum laude cumulatus, quieuit in pace, anno Domini 695. In Scotia, Sancti Querani Abbatis. In Bethnei, quam uillam recentiores Stadfort nominant, Sancti Bertellini, Eremitæ & confessoris. Treuiris, in Monasterio quod Horreum dicitur, depositio Sanctæ Anastasiæ, terciæ illius loci Abbatissæ, & uirginis, sanctissimæ conuersationis. Merbecca, Translatio Sanctarum, Berlendis, Celsæ, & Nonæ, uirginum. Saltzburgi, Sanctæ Cunegundis uirginis.

SEPTEMBRIS 9.

Audomari Episcopi) De quo mart. Rom. cum Baronio, Vsuardus, Galefinius, Maurolycus, qui Antmarium legit, & Felici, a quibusdam literis immutatis, Authenarius uocatur, hac die. Res eius gestas scripsit Folchardus Abbas Bertinicus, quas adfert Surius, Tomo 5. hac die. De eodem agunt Petrus in Catalogo, libr. 8. capit. 58. Vincentius in Speculo, lib. 23. cap. 108. & 109. Trittemius de uir. Illust. Ordin. Sac. Benedicti, lib. 3. cap. 104. & lib. 4. cap. 160. Molanus in Indiculo Sanctorum Belgii, Meyerus, lib. 1. Annal. Fland. Petrus Cratepolius de Episcopis Germaniæ: Antonius Demochares de Sacrifi. Missæ, Tom. 2. c. 17. à quo numeratur tertius Morinensis Episcopus, creatus anno Dom. 668. non autem 668. ut uolunt Meyerus, & Demochares: fuit enim in Episcopatu annis 30. & mortuus refertur an. 695. Factus est primum Monachus, cū Patre suo Friulpho, in Monast. Luxouienti, sub S. Eustasio Abb. Querani Abbatis) De eodem Mart. Rom. cum Baronio, Vsuardus, & Galefinius, hac die. Tempus, quo claruerit ignoro.

Bertellini) De eo & Molanus in Additio. ad Vsuardum, hac die. qui referente didicimus Alexandrum Essebiensem Priorem Regularium, in eius gestas conscripsisse. De ceteris eius actibus nihil adhuc comperi.

Anastasiæ) Huius natalem, hac die reponit Trittemius de uir. Ill. Ord. S. Bened. lib. 3. cap. 204. Correctione tamen indiget non enim tertio loco, ut ipse uult; illi Monasterio presuit, sed quinto, ut rectè annotarunt libro de Mon. Germ. & Franc. Tuarnex. De eodem agit, nominetenus tantum, Petrus Cratepolius de Episc. Germaniæ. Migravit an. D. ut apparet, 760.

Translat. S. Berl.) De qua agit Molanus in Add. ad Vsuard. hac die. Euerunt sanctimonialis Merbecce iuxta Nimonen Flandriæ, urbe in Teabantia. De Berlende egimus, die tertio Februarii.

Cunegūdis virg.] De qua Cal. Saltzburgēse hac die. Puto trasl. eius esse. Quar-

QUARTO IDVS SEPTEMBRIS.

Leodij in Belgia, Sancti Theodardi Episcopi & martyris, qui animam suam posuit pro ouibus suis, & post mortem miraculorum gratia illuxit. Eo die, Sancti Otgeri confessoris & Diaconi, qui ex Britannia comes peregrinationis, fuit sanctis Episcopis, Vuironi & Plechelmo, atque post multa pietatis officia, sepulturam accepit in Ecclesia Montis Petri, iuxta Ruramundam. Compostellæ Sancti Petri Episcopi, uita, sanctitate, & religiosi moribus, miraculorumque gloria, præclari. Farfæ depositio, Sancti Thomæ Abbatis, qui cum inspiratione diuina, & Beatæ Mariæ uirginis admonitu, ad Monasterium Farfense se recepisset, dirutumque pristinæ restituisset dignitati, multorum Monachorum Pater, clarus miraculis migravit ad Dominum. Ciuitate Albiensi, depositio Sancti Saluij Episcopi & confessoris, prophetiæ spiritu clari.

SEPTEMBRIS IO.

Theodardi Episcopi) De eodem Mart. Rom. cum Baronio. Molanus in Addit. ad Vsuardum, & in Indiculo SS. Belgij, Galefmius, & Tabulæ Leodienses, hac die. Vitam eius scripsit Sigebertus Monachus Gemblacensis, quam retulit Surius in Tomo 5. hac item die. De eodem agit Trutemius de vir. illust. Ord. S. Bened. lib. 3. cap. 103. & lib. 4. c. 154. Fuit ex monacho Stabulensi, 28. Tungrorum, & 19. Traiectensium Episcopus, ut annotariunt Placentius apud Democharem de sacrific. Misse, Tomo 2. capit. 37. & meus Catalogus Germanicus Episcoporum Leodiensium. Martyrio coronatus est anno 655. regiminis sui 2.

Otgeri) De quo Molanus in Add. ad Vsuardum, & in Indic. SS. Belgij, hac die. Fuit primum Monachus in Angliâ, deinde in monte S. Petri iuxta Ruramundam, qui nunc, mons S. Odiliæ vocatur; Vixit temporibus Pipini Brabantie Ducis.

Petri Episcopi) De quo Mart. Rom. cum Baronio, & Galefmius, hac die. Item Molanus in Add. ad Vsuardum, Maurolycus, & Felici, à quibus nominatur Archiepiscopus, sed eos errare manifestum est. Compostellana enim sedes Archiepiscopali dignitate non est ornata usque ad annum 1096. quo Dalmachius ex Monacho Cluniacense, & Episcopo Iriense, primus illius sedis Metropolitanus est creatus ab Urbano Papa 11. Petrus autem hic noster ex Abbate cœnobii, quod ante Alaria vocatur, factus est Episcopus anno 981. centum quindecim annis, ante Dalmachium. Agunt de eo Ioannes Vassus in Chronico ad annum 963. à quo ei tribuitur cognomen de Monsorio: & Franciscus Tarapha de regibus Hispaniæ in Veremando III. Rège. Hic est ille Petrus, qui cum beatissime Virgini Mariæ ad-

additissimus haberetur, composuisse fertur antiphonam illam deuotissimam toties in die ab Ecclesia repetitam, Salve Regina, ut auctor est Gulielmus Durandus in ration. diuin. offic. libro 4. cap. 23. & Claudius de Rota in Legendario, cap. 177. sed eos errare diximus in Hermanno contracto in explicatione ad duodecim ramum huius arboris. Ut ut sit, siue hic composuerit, siue Hermannus, satis fuit mihi probare, quod à Monacho composita sit.

Farsæ) Refertur huius Monasterii primaria constructio ad Sancti Laurentium Syrum, qui illuc cum sorore Susanna, circa annum Domini 220. adueniens, Ecclesiam in honorem sacratissime virginis Mariæ, ac Sanctorum Joannis Baptiste, & Joannis Euangeliste faciens consecrari, eodem loco Eremiticam vitam, & socialem ducentes, ad senectam usque permanserunt. Ambobus autem in cælum translatis in obseruantia regulari cœnabium remansit ad tempora Gothorum usque, à quibus in solitudinem redactum est, habitatoribus aut occisis, aut huc illucque dispersis.

- 1 Thomæ Abbatis) Tabule Monasterii Sancte Mariæ Farsensium à Donno Constantino Caietano, Siculo Siracusano, huius Congregationis Monacho, & cœnobii Sancti Nicolai de Arenis ciuitatis Catanensis, professo, mihi communicatę, de eodem agunt, hac ipsa diuitiana Vita eius ibidem MS. extare didici, sed nondum videre contigit. Patria ei fuit Gallia Maurigena (sic enim tabule loquuntur, ubi nomen sit hec Gallia ingenue profiteor me nescire) & sacratissime virginis Marię admonitu Farsense Monasterium, toti mundo celeberrimum, ab ipsis fundamentis refecit anno Domini 680. quod cum in omni sanctitate rexisset annis plus minus 26. mortem temporalium in sempiternam commutauit anno reparatę salutis 706. Qui successerunt ei Abbates, eo quem vides ordine reponebantur.
- 2 Haucspertus, Aquitanus, Tolosus, secundus Farsensis Abbas, perijt annis septem, mensibus quinque diebus duodeuiginti.
- 3 Lucerinus, Gallus Maurigena, S. Thomę discipulus: rexit annos sexdecim; menses 6. dies decem. Obijt 14. cal. Iulij, tempore Ducis Spoletani Transmundi.
- 4 Fulcardus Aquitanus, gubernauit annis 19. mensib. 6. dieb. 7. Obijt 4. nonas Decembris.
- 5 Guandelbertus, Aquitanus, Fulcardi affinis, cura pastorali relictā post annum vnum, & septem menses, in Monasterio S. Hippolyti Firmance ciuitatis, in abstinentia reliquum vite peregit.
- 6 Halanus, Aquitanus ex Monasterii probatione diuturna Eremiticus, annis aliquot iuxta Ecclesiam Sancti Martini de Macella habitauit.

- 7 *Thissimam uitam egit: Abbas autem factus, doctrina, & sanctitate claruit annis 9. mens. 3. dieb. 8. Obijt quinto nonas Martij.*
 8 *Probatus, Diaconus, Sabinus: obijt quarto idus Augusti, administrationis sue anno 11. mense 4. die. 15.*
 9 *Rangabaldus, Gallus, Abbatis officio functus est an. 3. mens. 7. dieb. 23. Obijt quinto nonas Martij.*
 10 *Alpertus, Parisiensis, Gallus, presuit an. 5. mes. 10. dieb. 15. Obijt dieb. 18. calend. Ianuarij.*
 11 *Mauroaldus, Vnormatiensis, Franco, uir religiosissimus; presuit ann. 12. mens. 4. dieb. 6. Obiit 8. cal. Nouembris.*
 12 *Benedictus, uir strenuus, rexit an. 10. mens. 5. di. 3. Obiit 3. idus Aug.*
 13 *Ingoaldus, immaculatae uir uitae: obiit 17. cal. Aprilis.*
 14 *Sicardus, hic ecclesiam S. Saluatoris construxit, & in crypta eiusdem ecclesia corpora SS. Valentini, Hilarij, & Alexandri martyrum honorifice recondidit: obiit 14. cal. Octobris, regiminis sui anno 14. mense 6. die. 10.*
 15 *Hildericus, presuit annis 11. mens. 6. dieb. 5. obiit idibus Septembris.*
 16 *Preto.*
 17 *Joannes. } tempore Ludouici Imperatoris.*
 18 *Anselmus.*
 19 *Teato.*
 20 *Nordopertus.*
 21 *Sperto.*
 22 *Vitalis.*
 23 *Petrus: hic anno Domini 890. Monasterium spoliauit.*
 24 *Ioannes II.*
 25 *Rimo, presuit anno vno, & ab Hugone Italia Rege pulsus est.*
 26 *Ratfredus, Hugonis Regis nepos, fuit Monasterio utilissimus, presuit annis 48. Floruit anno 930.*
 27 *Campo, uir pessimus, meliorem partem honoru Monasterij distraxit.*
 28 *Hildebrandus in schismate contra Camponem creatus, in Marehia firmana sedem fixit, in nullo Campione melior.*
 29 *Dagipertus, Campone pulso, Hildebrando oppositus, ob uitae integritatem, veneno sublatu est anno quinto sui regiminis elapso.*
 30 *Adam, Lucanus, a Joanne Papa Alberici filio Abbas factus, ob uitam flagitiosam, ab eiusdem Papae militibus Romae detentus est.*
 31 *Sarilus, siue Sarilo, cum Hildebrando multo tempore de Abbatia contendit.*
 32 *Ioannes III. tempore Ottonis Imperatoris.*

- 32 Albericus, tempore Gregorii Papa V.
 33 Hugo, eodem tempore.
 34 Guido, Hugonis nepos, viuentis Sergio Papa IIII.
 35 Guidopertus, uir pius, sponte abdicat.
 36 Suppo, nobilis, & doctus; vixit anno 1039.
 37 Almericus, cognomento Visus à pilositate, uir prelatum dignus.
 38 Berardus, uir omnibus virtutibus ornatus, & à teneris in Monastica disciplina educatus, anno etatis circiter 30. electus, confirmationem accepit anno 1048. præfuit annis 42. obiit anno 1089. Calendis Nouembris.
 39 Rainaldus, præfuit mensibus septem, diebus quatuor.
 40 Berardus II. primi consanguineus, cognomento Florentinus, creatus anno 1090. die 5. Junij: obiit anno 1099. die 15. Martij.
 41 Oddo, Longobardus, monachus Farfensis à puero, carus omnibus.
 42 Berardus III. nobilis & venerandus, sub Henrico IIII. Imperatore.
 43 Adenulfus, Abbas electus anno 1140. non longe post ab Innocentio Papa II. S.R.E. Cardinalis renunciatus est.

Hactenus Tabulæ prædictæ.

Nominatur à Panuino, & alijs, quidam Theodoricus Abbas Farfensis, qui à Clemente III. Antipapa primum Presbyter Cardinalis, deinde & ipse ei non multo post succedens, Syluester III. Antipapa dici voluit: verum in presenti catalogo deest, quod utrum scriptoris uitio, an aliqua alia causa id factum sit, ignoro. Reponi debet hic, statim post Berardum primum, 39. uidelicet in ordine.

Saluij episcopi) De quo Molanus in addit. ad Usuardum, hac die. Vitam eius describit S. Greg. Turon. de gest. Franc. lib. 7. cap. 1. & plura alijs in locis eiusdem item meminit: ut lib. 5. cap. 44. & 50. & lib. 6. cap. 29. Fuit, ut refert, primum Iudex secularis, deinde monachus, postea Abbas, ad extremum Albigenis Episcopus; migravit que à seculo anno 587.

TERTIO ID VS. SEPTEMBRIS.

Legione in Hispania, sancti Vincentij Abbatis & martyris. Tiburti Sancti Venerij, Abbatis Monasterij Sancti Benedicti in eadem ciuitate, qui tempore Othonis tertij Imperatoris, sanctitatis & abstinentia maximè claruit, multosque ad uiam ueritatis, suo exemplo reduxit.

SEPTEMBRIS II.

Vincentij) De eodem Mart. Rom. cum Baronio, hac die. Alphonso Villegas item in flore Sanctorum, & Thesaurus cõcion. tom. 2. de & de eo Dominus Franciscus Yuannex monachus Hispanus, in compo-

in illust. vir. ord. S. Benedicti. Fuit monachus, & Abbas S. Claudij Legionensis, cooperator S. Leandri in conversione S. Ermenegildi, Leonigildi Regis filij; martyrio coronatus est, sub eodem Leonigildo, ab Arrianis, ob catholica fidei defensionem, circa annum Domini 583.

Venerii Abbatis) De quo Maurolycus, & Felici, hac die. Res eius gestas sub compendio, refert Petrus in catalogo libro 3. cap. 66. Agit de eodem Baronius, die 13. Septembris, in notis ad Venerium, & S. Petrus Damianus in vita S. Romualdi Abbatis, capit. 24. qui tamen diuersus ab hoc nostro Venerio a Baronio reputatur, ex eo fortasse, quod a Damiano monachus solum uocetur, & a Petro in catalogo, Abbas: Sed temporum ratio, habitationis que locus, unum & eundem esse ostendunt. Vixit anno Domini 990.

PRIDIE IDVS SEPTEMBRIS.

IN Monasterio Vallis Umbrosæ, sancti Theauri Abbatis Generalis, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, & Martyris.

SEPTEMBRIS 12.

Theauri Abbatis) Tabulæ Reu. Pat. Vallis Umbrosæ a Florentia ad me transmissæ, hac die eundem reponunt, uti annotauimus ad quartum diem huius mensis. Et hac quidem die eius natalem a RR. illis Patribus recolit arbitror, quod cum ob populi furorem insepultus per octo dies iacuisset; ea die tumulatus fuerit.

IDIBVS SEPTEMBRIS.

Vaci, ex Broylo, depositio Sancti Amati Senonensis Archiepiscopi, & confessoris, cuius uirtutem Saluator omnium pius magnificauit in temporali uita, suorum gratia meritorum. In monasterio Luxouienti in Gallia Sancti Amati Abbatis, qui sanctitate clarus, migravit ad Dominum. In cœnobio Romarico, Sancti Amati Abbatis, & martyris. Rothomagi, depositio Sancti Maurilii episcopi, abstinencia, & sanctitate clari. In cœnobio Luttenfi, natalis Sancti Columbini Abbatis, discipuli sancti Deicolæ Abbatis, magnarum uirtutum uiri. Camalduli, Sancti Martini, Generalis illius ordinis tertii, cuius contractu, meritis beati uiri, multi languidi pristina sunt sanitate donati. In insula Palmaria, depositio Sancti Venerii Abbatis, & confessoris, qui tempore Sancti Gregorii Papæ, monasteria illius insulæ ad canonicam obseruationem restituit, & clarus miraculis in pace quieuit, cuius corpus Angelicis manibus sepultum est.

Amati Senonensis) De eo Mart. Rom. cum Baronio; Alolanus in addit. ad Vuardum, & in indic. SS. Pelgij, & Galefinius, hac die. Eius vitam ab incerto adfert Surius hac die tomo 5. Extat & Duci MS. apud Canonicos ecclesie S. Mariae, quæ ex eius nomine, nunc S. Eli Amati uocatur, in qua eius reliquie digno honore reconduntur in ara marmorea retro Altare maius. Fuit xxij. Senonum Archiepiscopus, ut annotant Demochares de sacrif. missæ, tomo 2. cap. 17. & Franc. Bellærestius in vniuersali Chronogr. in descriptione ciuitatis Senonensis, creatum anno 672. sed anno, ut ex Sigeberto apparet, 685. ab Ebroino Equitum Magistro, sede sua pulsus, à S. Mauronto Abbate benigne exceptus, & cenobio Broysli Abbas prepositus, eam functionem in magna humilitate administravit, & iam etate grandæus in Domino obdormiuit, anno 690. ut scribit Meyerus lib. 1. Annal. Flandriæ. Agit de eodem Petrus Cratepolius de episcopis Germania, decipitur tamen in equiuoco cum dicit eum assumptum ex monasterio S. Maurij ad Episcopatum: non enim huius noster, sed alter Amatus, de quo mox, noscitur fuisse monachus S. Maurij Agaunensis, & deinde S. Romarici Abbas. Irrepperunt item apud eundem duo non contemnendi errores, arbitror tamen Librariorum potius incuria, quam suo vicio, sed facile ijemendabuntur, si pro Theodorico rege Theodoricus, & pro episcopo Sedunensi, Senonensis reponantur.

Amati Abbatis) De quo Mart. Roman. cum Baronio; Vuardus, Beda, Ado, Galefinius, Maurolycus, & Felici, hac die. Perrus item in catalogo lib. 8. cap. 74. Res eius gestas, retulit Surius in tom. 5. hac die. Agit de eodem Trittemius de vir. Illust. ordin. S. Bened. lib. 3. cap. 11. & 90. Vixit Dagoberti Regis Franciæ temporibus, circa annum Domini 630.

Amati Abbatis) Notatur, hac die, à Trittemio de vir. Illust. ordin. S. Bened. lib. 3. cap. 309. qui tamen quo tempore, quoue martyrij gesta palmam meruerit eternam, non explicat. Putarem equidem eundem esse cum precedenti, sed monasteriorum, & mortis diuersitas, obstat videntur.

Maurilij episcopi) Hac die reponitur à Trittemio de vir. Illust. ordin. S. Bened. lib. 3. cap. 323. & lib. 4. cap. 120. Fuit primum monachus Fiscaris in Normandia, & deinde Archiepiscopus Rothomagensis 45. annis anno 1055. obiit anno 1067. regiminis sui 12. ut annotat Demochares de sacrif. missæ, tomo 2. cap. 20. Eius vitam, & nonnulla miracula narrat Monachus continuator Bedæ lib. 3. cap. 19. Sepultus est in ecclesia S. Maria Rothomagi.

Columbini Abbatis.] *De quo Galefinius, hac die. & Trittemius de illust. ord. S. Ben. lib. 3. cap. 77. Vixit anno 620. ac S. Deicola in regione Abbatis successit.*

Martini.] *Tabula Camaldulenses hac die de eodem agunt. Res eius gestas comprehendit Augustinus Florent. part. 1. hist. Camald. lib. 2. ca. 39. & 43. Migravit anno 1259. regiminis. 11. Florentie.*

Venerij Abbatis.] *De quo Mart. Rom. cum Baronio; Molanus in addit. ad Vsuardum, & Galefinius, hac die. Maurolycus vero, Felici, & Petrus in catalogo lib. 8. cap. 65. die tertio idus Septembris. Vitam eius extare didici apud Monachos S. Prosperi Regij, sed nondum videre contigit. Floruit tempore S. Gregorij Papa, circa annum Domini 600. Corpus eius digno honore reconditur in eodem Dni Prosperi cenobio: vbi translatus est tertio nonas Nouembis. Maurolycus, & Felici iterum de eodem agunt, hac die.*

DECIMOCTAVO CALEND. OCTOBRIS.

IN Blandinio, translatio Sancti Ansberti, Rothomagensis ecclesie archiepiscopi. In Mareolo, eleuatio Sanctae Bertiliae. Bruxellae, dedicatio ecclesiae, & ad illam translatio corporis beatae Gudilae uirginis. Florentiae, depositio Beati Lucae Manzoli, Praepositi ordinis Humiliatorum, & Sanctae Romanae Ecclesiae, Cardinalis amplissimi, summae doctrinae, & sanctitatis uiri.

SEPTEMBRIS 14.

Translatio S. Ansberti &c.) *De his duobus translationibus, & eleuatione S. Bertiliae, agit Molanus in addit. ad Vsuardum, hac die. De eadem eleuatione, meminit & in indic. SS. Belgij. De Ansberto egimus nono Februarij; de Bertilia, tertio Ianuarij: de Gudila octavo Ianuarij, idaeoque Lectorem ad illa remittimus loca.*

Lucae Manzoli.) *Tabulae Reuerendorum Patrum ordinis Humiliatorum, a Brixia ad me transmissae, de eodem agunt, hac die. Confirmatur, & a R. P. Valeriano Florentino Abbate S. Saluij, ordinis Vallis Umbrosae, in descriptione insignium, nominum, & cognominum, Cardinalium ciuitatis Florentinae. Agit de eodem Hieronymus Garimbertus, Gallesij Episcopus lib. 2. partis primae, factorum memorabilium nonnullorum Pontificum, & Cardinalium S. R. E. De eius ad Cardinalatum promotione, scribit Panuinus in epitome. Ab his omnibus nominatur Generalis totius ordinis Humiliatorum; tabulae attamen supracitatae, in quibus omnes Generales ordinis descripti sunt, nihil de hoc suo Generalatu loquuntur, vtrum commissus fuerit ignoro. Fuit natione Florentinus ex nobili Manzolorum familia, Praepositus Omnium Sanctorum in ciuitate Florentina, deinde*

ob insignem doctrinam à Gregorio Papa 12. Senis in Thuscia anno 1408. die 19. Septembris presbyter Cardinalis tituli S. Laurentij in Lucina, & Episcopus Fesulanus, renunciatus est; Obijt Florentiæ, 1411. hac die. & in ecclesia Monasterij sui Omnium SS. marmoreo sepulchro conditus est.

DECIMOSEPTIMO CALEND. OCTOBRIS.

Octava Natiuitatis Beatæ Mariæ Virginis, instituta ab Innocentio Papa quarto. In Monasterio Gemmeticensi, depositio Sancti Aichardi Abbatis, cuius corpus requiescit Haspris, præpositura Sancti Vedasti. Cordubæ, in Hispania, beatorum martyrum Emilæ, & Hieremiæ. Hi ciues Cordubenses, nobili familia nati, ab inuente ætate in Monasterio sancti Cypriani intra ciuitatem Cordubæ, in litteris eruditi, & sermonis Arabici periti, non Arabum carnificina deterriti, præ studio Christianæ religionis, in eorû superstitione inuecti, comprehenduntur, qui post carceris squalore penè confecti, demum libenti animo pro fide ceruices præbuerunt.

SEPTEMBRIS 15.

Octava Natiuitatis) De qua omnes Martyrologiorum scriptores hac die. Qua de causa, & quando instituta fuerit, diximus in explanatione primi rami, ad Innocentium quartum.

Aichardi Abbatis) De eodem Mart. Rom. cum Baronio, & Melanus in addit. ad Vsuardum, & in indic. SS. Belgij, hac die. Vitam eius composuit Fulbertus, quam adfert Surius tomo 5. hac item die. Fuit Abbas Gemmeticensis post S. Philibertum, claruitque anno Domini 680.

Emilæ, & Hieremiæ) Sive ut nonnullis placet Emilæ, vel Aemiliani; de quibus Mart. Rom. cum Baronio, & Galestinus, hac die. Aiti martyri, scripsit S. Eulogius in memor. Sanct. lib. 2. cap. 12. & Ambrosius de morales in chron. Hisp. lib. 14. c. 14. & Petrus in catalogo lib. 1. cap. 88. Passi sunt anno Domini 852. Vsuardus eosdem, 35. cal. Octobris reponit, quem sequuntur Maurolycus, Felici, & Petrus loco citato.

DECIMOSEXTO CALEND. OCTOBRIS.

IN Anglia, depositio sanctæ Edithæ uirginis, Edgari Anglorum Regis filiæ, quæ à teneris annis in Monasterio Vultoniz Deo dicata, sæculum hoc ignorauit potius, quam reliquit. In Monasterio Casinensi, obitus, Beati Victoris Papæ tertij, sanctitate uitæ, & miraculorum gloria clarissimi. Cordubæ in Hispania, sancti Rogati monachi & martyris, qui in foro, & in carcere, Christi fidem predicando, Mahumetis impiam superstitionem omni verborum grauitate detestando, coronam martyrij, clavis pro Christiana religione ceruicibus, simul cum alio Seruodei Syro, tulit.

SEPT 15

SEPTEMBRIS 16.

Edithæ uirginis) De ea *Mart. Rom. cum Baronio, Molanus in addit. ad Vsuardum, & Galefinius, hac die. Vitam eius ab incerto hac incerto die adfert Surius tomo 5. De eadem agunt, Continuator Bedæ, lib. 2. cap. 33. Polydorus Virg. in hist. Anglo. lib. 9. in principio. Petrus in catalogo lib. 11. cap. 70. qui Eggytham eam vocat. Vincentius in Speculo, lib. 23. cap. 33. a quo Eggytha nominatur. Chorog. Britanniæ folio 178. & 467. Alio nomine appellabatur, Goda, quod interpretatur, Bona; & uirginitatem professâ est monasticam in cœnobio S. Dionysij Viltoniæ iuxta Sarisberiam anno Domini 974. Migravitque à seculo anno 984. ætatis suæ 23. in eodem Monasterio sepultâ.*

Victoris Papæ III.) Depositionem huius, hac die, annotant Leo Ostiensis in Chronico Casinensi lib. 3. cap. 72. F. Onuphrius Panvini in epitome Pontif. Rom. & Carolus Sigonius lib. 9. de regno Italiæ ad annum 1087. Vitam, & res eiusdem gestas egregie prosequitur idem Leo libro 3. citato per totum. Platina, item, & Petrus Diaconus in lib. de Sanctis Montis Casini cap. 26. & de scriptoribus illius cœnobij. cap. 18. & alij infiniti. Reliqua de eodem uide in annotationibus nostris ad primum rannum, & in tractatu Pontif. & Cardinalium, ordinis monastici.

Rogellij Monachi) Alias, Rogelli. Cuius meminere *Mart. Rom. cum Baronio, & Galefinius, hac die. Passionis eius historiam habent, S. Eulogius in mem. Sancti. lib. 2. cap. 13. & Ambrosius de moral. in chron. Hisp. lib. 14. cap. 15. Fuit natione Iliberitanus, uico Parapanda, monachus in eodem Iliberitanus, Eunuchus & senex, passusque est anno Dom. 852.*

DECIMOQVINTO CALEND. OCTOBRIS.

Apu'd Leodium, sancti Lamberti, episcopi Tungrensis, qui cum regiam domum zelo religionis increpasset, cum rediens orationi incumberet, à nocētibus, & iniquissimis uiris de palatio regio missis, ex improuiso conclusus, intra domum ecclesiæ innocenter occisus, anlam cœlestis regni perpetuo uicturus intrauit. Apud Bingham, depositio sanctæ Hildegardis uirginis, & Abbatissæ, quæ tempore sancti Bernardi Abbatissæ, odorem suæ sanctitatis latè sparsit. Letijs, eleuatio sanctæ Hiltrudis uirginis. Cordubæ, sanctæ Colūbe uirginis & martyris, quæ omnibus uirtutibus mirificè exulta, Christi sponsi, quem unice coluit desiderio exardescens, gaudenti animo, datis, pro eo, ceruicibus, martyrium subiit.

SEPTEMBRIS 17.

Lamberti episcopi) Siue Lamperti: de quo *Mart. Rom. cum Baronio; Vsuardus, Beda, Ado, Molanus in addit. & annotat. ad Vsuar*

Vu 4 dum

dum, & in Indiculo Sanct. Belgij fusius; Galefinius, Maurolycus, Felicius & alij, hac die. Petrus item in catalogo lib. 8. cap. 86. Vincentius in Speculo lib. 23. cap. 135. & Trittemius de uir. Illust. ord. S. Bened. lib. 3. cap. 111. & lib. 4. cap. 162. & Mombricitus, tomo 1. Vitam eius à Stephano episcopo Leodiensi, decimo S. Lamberti successore, anno 910. composuit, refert Surius in tomo 5. de Sanctis, hac die. Ante eum eandem descripserat Godescalcus ecclesie Leodiensis Diaconus: Horum mentio est apud Sigebertum de uir. Illust. cap. 126. Tertius Martyris huius passionem recensuit ipse Sigebertus, ut de se fatetur eodem lib. cap. 172. Quam edidit, Nicolaus Canonicus S. Lamberti; quem quinto loco scriptus est. Dominus Reinerus monachus S. Laurentij Leodiensis. Eandem, uti iambicis in Tragœdiam redegerunt Patres Societatis Iesu Collegij Aquicinctensis in Vniuersitate Duacensi; quæ anno 1571. duobus diebus continuè recitata est in ecclesia parochiali S. Jacobi Duaci, præsentibus Reuerendissimo Attrebatensi Episcopo, & RR. Abbatibus, Aquicinctense, Marcianense, & alijs: Doctoribusque, & amplissimo ciuitatis Senatus magna auditorum frequentia, inter quos non defuisse me recolo. Fuit item ex monacho Stabulense, 29. Tungrensis, Traiectensis autem Episcopus 20. coronatusque est Martyrio anno Dom. 698. sui regiminis. 40. ut rectè annotauit Meyerus lib. 1. Annal. Fland. Demochares autem de Ierusal. mis. tom. 2. c. 37. anno 700. & Catalogus meus Germanicus 697. ipsam affirmant, quos aliqua correctione indigere arbitror. Plura de eadem in explicatione tertij rami huius Arboris.

Hildegardis uirginis) De eadem Mart. Rom. cum Baronio, & Molanus in addit. ad Vsuarium, hac die. Vitam eius à Theodorico Abbat. Libris quatuor descriptam anno Domini 1200. uel circa, adfert Surius in tomo 5. hac item die. quæ eadem, præposita est operibus eiusdem Sanctæ, anno 1566. Coloniae excusis. De eadem agunt Petrus in catalogo lib. 5. c. 33. à quo die 10. cal. Julij, reponitur. Vincentius in Speculo lib. 27. c. 83. Petrus Cratepolius de episcopis Germ. & Trittem. de uir. Ill. ord. S. Bened. lib. 2. cap. 119. & lib. 3. cap. 334. qui eius festiuitatem recolit ait die 4. calend. Octob. Reliqua de eadem uide in ramis huius Arboris.

Eleuatio S. Hiltrudis) De qua Molanus in addit. ad Vsuarium, & in indic. SS. Belgij, hac die. Facta est ab Erluino episcopo Cameracensi, in multo honore, circa annos Domini 1010. De eadem fusius agemus die 27. mensis presentis, eius natali sacra.

Columbe uirg. & mart.] De ea Martyr. Rom. cum Baronio, & Galefinius, hac die. Passionem eius describit Sanctus Eulogius in memor. libro 3. capit. 10. & in præfatione libri 1. Ambrosius de Morales in eadem

Chron. Hisp. libr. 14. cap. 21. Fuit natione Cordubensis, monialis cenobij Tabanensis, sub cura S. Elizabeth Abbatisæ, sororis suæ: passa est anno Domini 853. Celebratur eius festiuitas in diuersis locis Hispaniæ, diuersimodè, ut potè à Segontinis, qui Colomam eam appellant, & Portugallis, à quibus Comba vocatur, die 8. Ianuarij: tertio Aprilis à Cauriensibus: ab alijs, vltimo Decembris: Vnde verò diuersitas tanta processerit, egregiè ostendunt Morales loco citato, & Baronius in Annotationibus ad hunc diem, ad quos Lectorem remitto.

DECIMOQUARTO CAL. OCTOB.

IN Germania, Monasterio Andelaha, depositio S. Richardis Imperatricis, & uirginis, coniugis Caroli Crassi Imperatoris. Bergis, translatio corporis Sancti Vuinoci Abbatis.

SEPTEMBRIS 18.

Richardis Imperat.] *De qua Molanus in Add. ad Vsuardū, hac die. Tritemius verò de vir. Illust. Ord. Sancti. Benedict. libro 3. cap. 314. eandem die 14. calend. Septembris reponit. Agunt de eadem Hermannus contractus in Chron. Fragmentum historicum, Chronico Alberti Argentinensis præpositum: & Carolus Sigonius de Regno Italiae, lib. 5. in fine. De eadem egimus in tractatu Imperatricum sanctimonialium, ad quem Lectorem remittimus.*

Translatio corporis S. Vuinoci] *De eadem Molanus ibidè, hac die. Latius res eius gestas tractabimus die 6. Nouembris.*

DECIMOTERTIO CAL. OCTOBRIS.

Cantuariæ, Sancti Theodori Episcopi, qui à Vitaliano Papa in Angliam missus, Ecclesiam sibi creditam, mira uigilantia gubernauit, ac demū doctrina & sanctitate celebris, quieuit in Domino. In Territorio Lingonensi, depositio Sancti Sequani Abbatis, & confessoris, magnæ sanctitatis uiri. Cordubæ in Hispania, Sanctæ Pompeiæ uirginis & martyris, quæ parentum admirabili pietate, sanctitatisq; studio permota, fluxis rebus humanis abiectis, in religionem Deo dicata, in cœnobio Sancti Saluatoris ad radicem Pinnæ Mellarissæ uitam uirginalem, cum assidujs uigilijs, ieiunijs, precibus, sacrarumque litterarum studijs cõiunctam, egit: martyrii uerò desiderio flagrans, diuinitus actum est, ut ad iudicem Arabicū fidei hostem ueniret; apud quem religionem Christianam liberè professã, datis pro Christo ceruicibus, cœlesti corona redimitur. Camalduli, Sancti Simeonis Eremitæ. Messanæ, in freto Siculo, Sanctorum Nicandri Abbatis, & Sodalium Gregorii, Petri, Demetrii, & Elisabethe, quæ sub quodã specu, socialiter uiuèntes, pariter in pace quieuerunt,

SEPTEM-

Theodori Episcopi] De quo Mart. Rom. cum Baronio: Galefinus, Maurolycus, & Felici, hac die. Res eius gestas prosequitur Beda de gestis Anglorum, lib. 3. cap. 23. & 30. lib. 4. cap. 1. 2. 4. 5. 6. 12. 17. 18. 21. & 22. lib. 5. cap. 8. & 9. Has adferunt Lipomanus, Tomo 2. & Surius, To. 5. hac die. Agit de eodē Tritt. de vir. ill. Ord. S. B. lib. 3. c. 114. & lib. 4. cap. 60. Erat natione Tharsus, Monasticamq. vitam arripuit Romæ. & ob insignem uitæ sanctitatem, & doctrinam à Vitaliano Papa, VIII. Cantuariensis Archiepiscopus, creatus est anno Domini 668. Concilia duo, de rebus ecclesiasticis, & morum reformatione, celebravit, primum Herulfordii in Anglia, de quo Beda, lib. 4. cap. 5. alterum Heldisfeldæ in eadem Anglia contra Monothelitas, cui interfuit Ioannes Abbas missus ab Agathone Papa, qui de eo honorificentissimam mentionem facit in litteris suis, qua inserta sunt in act. 4. Sextæ Synodi; huius postremi, ut & præcedentis meminit Polydorus de gestis Ang. lib. 4. ubi de Theodoro agit.

Migravit ex hac uita anno Domini 690. potestatis suæ 22. etatis 88. In Territorio Lingonensi) Ado legit, in Territorio Minguonæ civitatis, mendosè tamen: qui error librariorum in advertentia fortasse irrepsit.

Sequani Abbatis] De eodem Marty. Rom. cum Baronio, & Vinandus, hac die. Beda item, & Galefinus, qui mendosè Sigonem, legunt. Maurolycus autem q. littera in g. mutata, Seguanum scribit: quem sequitur Felici, in cuius exemplari Segnanus pro Sequanus, impressus invenitur. Sequanum uerò legi debere docemur, cum veterum scriptorum, tum Gregorii Turonens. Episcopi auctoritate, qui eius uitam cap. 88. de gloria confes. describit, quam adfert Mosander in Tomo 7. Surius, hac die. Agunt de eodē Petrus in Catalogo, lib. 11. c. ult. & Trittemius de vir. Ill. Ord. S. Bened. lib. 3. cap. 302.

Pomposæ virginis] De ea Mart. Rom. cum Baronio, & Galefinus, hac die. Passionem eius describunt S. Eulogius in memor. Sanct. lib. 3. c. 11. & Ambrosius de Moral. in Chron. Hisp. lib. 14. c. 22. passamq. referunt anno Domini 853.

Simeonis Eremitæ] Tabulæ Camaldulenses de eodem agunt, hac die. De quo pauca quedam recenset Augustinus Florent. part. 1. Hist. Camald. lib. 2. c. 50. in fine.

SS. Nicandri & soc.] De iisdem Maurolycus, & Felici, hac die. Eorum geste, hæcenus me latent.

DVODECIMO CAL. OCTOBRIS.

IN Cœnobio Sonégias; translatio Sancti Vincentii confessoris Elnone, elevatio Sancti Amandi Episcopi, & confessoris: cuius

corpus post centum quinquaginta annos à transitu integrum inuentum est: atque de ore eius geminis ab inuentore dentibus ablatis, fuisse scribuntur fluxisse cruoris. Eodem die, S. Gerardi confess.

SEPTEMBRIS 20.

Translatio Vincentii, & Eleuatio S. Amandi) *De his Molanus in Addit. ad Usuardum, hac die. Egregia eorum facta prosequuti sumus in eorundem diebus natalitijs.*

Gerardi confess.) *De quo Mosander, Tomo 7. Suriij, hac die. cuius uita recensetur in uita S. Lydunina, cap. 7. partis tercie: que extat apud Suriium, Tomo 2. die 14. Aprilis.*

VNDECIMO CAL. OCTOBRIS.

IN Cœnobio Flauiacensi, Sancti Geremari Abbatis, cuius vita ad omnem religiosarum uirtutum, sanctitatisque laudem, insignis legitur. Crispini, eleuatio & remotio corporis Sancti Landelini Abbatis, ab Orhone Cameracensi Episcopo. In Monasterio Eystatensi, Translatio Sanctæ Vualburgis uirginis, & Abbatissæ, sororis Sanctorum Vuilibaldi, & Vuinnibaldi.

SEPTEMBRIS 21.

Geremari Abbatis) *De quo Galestinus in suo Martyrologio, hac die. Res eius gestas recensent Vincentius in Speculo, lib. 23. cap. 98. Petrus in Catalogo, lib. 11. cap. 61. & Tritemius de uir. illustr. Ord. S. Bened. libro 3. cap. 93. Fuit Abbas Flauiacensis primus, circa annum Do. 660. Baronius eum reponit 8. cal. Octob.*

Elenatio & Rem.) S. Landelini) *De iisdem Molanus in Additionibus ad Usuardum, hac die: Natalis eius incidit in diem 15. Iunij.*

Translatio S. Vualburgis) *Cuius meminit auctor uite eius (is mea sententia est Vuolfhardus Monachus) qui est apud Mosandrum, Tom. 7. Suriij, die primo Maij, hac quidem die factam asserens, sed quo anno, aut à quibus, uel ex quo loco, sub silentio præterit.*

DECIMO CAL. OCTOB.

Ciuitate Lauduno Clauato, depositio Sanctæ Salbergæ Abbatis, quæ in lege diuina erudita, uigilijs, & orationibus, atque ieiunijs assidue uacans, uirtutum & miraculorum gratia illustrem conuersationem duxit. In pago Tornodorenfi, Sancti Ioannis Abbatis, qui uixit centum uiginti annos ætatis, cuius oculi toto eo tempore non caligauerunt, nec dentes damna pertulerunt, neque eius memoria lapsa est. Corbeïæ Monasterio, natalis Sanctæ Eutrudis sanctimonialis, quæ omnibus uirtutibus ornata resplendit. Eodẽ die beati Homodei Eremitæ, Ordinis Vallis Umbrosæ, qui per spaciũ qua-

draginta annorum discalciatus incescit, & catena ferrea super nudo præcinctus est. Eodem die, Sancti Florentii Abbatis, & confessoris.

SEPTEMBRIS 22.

S Alaberge Abbatis] De ea Mart. Rom. cum Baronio: Molanus in Additio. ad Vsuardum, Galefinus, & Felici, hac die. Petrus vero in Catalogo, lib. 8. cap. 114. & Maurolycus die sequenti. Agunt de eadem Vincentius in Speculo, libro 23. cap. 30. & Trittemius de vir. illust. Ord. S. Benedicti. lib. 3. cap. 82. Claris parentibus nata est in suburbio Leucorū agri Lingonensis, Abbatissamq; egit Lauduni; non autem Lugduni, ut male annotant Petrus Galefinus, Felici, & Trittemius, floruitq; anno Domini 640.

Ioannis Abbatis] De quo Molanus loco citato, & Tabule Lerinenses, hac die. Vitam eius ex MS. adfert Surius, Tomo 5. hac die. Agit de eodem Gregorius Turonen. de gloria. confess. c. 87. Fuit primum Monachus Lerinensis, deinde Abbas Reomensis in castro Tornodorensi. Eundem reponunt die 28. Ianuarij, Baronius, Beda, Vsuardus, Galefinus, Maurolycus, & Felici. Res eius gestas ex MSS. adfert Mosander, Tomo 7. Surijs, hac die.

Lutrudis Sanctimonialis) Eius natalem hac die reponit Trittemius de uiris illust. Ord. S. Bened. libro 3. cap. 301. ubi vitam eius sub compendio describit. Eandem adfert Surius, Tom. 5. hac die, excerptam ex ea quæ scripsit Theodoricus Treuirensis Episcopus an. 950. fuit monialis in Monasterio S. Mauricij à se constructo, sororemq; habuit S. Pusimam, eiusdem Cœnobij sanctimonialem, de qua egimus die 23. Aprilis.

Homodei Eremitæ) Tabule Vallis Umbrosæ de eodem agunt, hac die. Fuit natione Ariminensis, & obiit anno Domini 1519. ætatis sue 90. Sepultus Vallis Umbrosæ.

Florentii Abbatis) Tabule Lerinenses de eodem agunt, hac die, dixerunt est ab illo Florentio, de quo agunt Baronius, Vsuardus, & alij: quoniam floruerit tempore adhuc me latet.

NONO CAL. OCTOBRIS.

IN Gemblaco Cœnobio, eleuatio corporis Sancti Guiberti confessoris Christi, in miraculis præclari.

SEPTEMBRIS 23.

Eleuatio corporis S. Guiberti] De qua Molanus in Addit. ad Vsuardum, hac die. & in Indic. Sanctorum Belgii, fusius; facta refertur anno Domini 1110. ab Oberto Episcopo Leodiensi, auctoritate Frederici Coloniensis Archiepiscopi, & assensu generalis Synodi, eandem sollicitate Sigeberto Monacho, ut & ipsius scriptore. Relationis eius & eleuationis historiam,

hancque in *Chronicis* quae facta est anno 1099, habet Gem-
manus, ut ex eodem *Chronicis* videtur.

OCTAVO CAL. OCTOBRIS.

In Pannonia, passio Sancti Gerardi Episcopi Canadincnsis, &
 Martyris, qui ab infidelibus lapidibus obrutus, & lancea perfos-
 sus, tandem capitis contusione martyrium complevit. In territo-
 rio Beluacensi, Sancti Gerardi Abbatis. Eodem die, translatio San-
 cti Othmari Abbatis. Saltzbergi, Sancti Ruperi eiusdem ciuitatis
 Episcopi, & confessoris. Item B. Benedicti Abbatis, Ordinis Vallis
 Vmbrosae, miraculis clari. In monasterio Nonantulae agri Mutinen-
 sis, passio Sanctorum Monachorum pro fide Christi ab Hungaris oc-
 cisorum. Eystati, translatio Sancti Vinibaldi Abbatis, fratris Sanctae
 Vvalburgae uirginis, & Abbatissae.

SEPTEMBRIS 24.

Gerardi Episcopi) De eodem Martyr. Rom. cum Baronio. Mola-
 nus in *Additio. ad Vsuarium, Galestinus, & Felici*, hac die. *Vitam*
 eius ex *MS. adfert Surius Tomo 5. hac item die. Extat, & apud Clarissi-
 mum Nicolam de Secretis, Patritium Venetum MS. ut auctor est Fran-
 ciscus Saffonius in descriptione Ciuitatis Venetae. Reperitur & in Sacristia
 S. Marci MS. & apud Canonicos S. Donati Murani, quam pro sua in-
 me humanitate communicauit mihi Reuerendissimus D. Antonius Grima-
 nus, Episcopus Torcellanus. Agunt de eodem Petrus in catalogo, lib. 8.
 cap. 145. qui eundem reponit 7. calē. Martij, sed is est translationis eius
 sacer. Tritemius de uir. illust. Ord. Sancti. Bened. lib. 3. cap. 239. & lib. 4.
 cap. 234. Ioannes Nauclerus *Chronographia*, lib. 2. generatione 35. circa
 finem. Antonius Bonfinius rerum Vngaricarum, decadis 2. lib. 1. & 2. non
 longe à principio: & postremo Petrus à Bugiano in *Historia sua Mona-
 stica*, diuio primo, qui eum Abbatem Sancti Georgij Maioris Venetia-
 rum facit; sed hallucinatum eum fuisse existimo: de monachatu qui-
 dem in eodem monasterio constat, ut etiam auctor est Nicolaus Doglion
 in *Historia Hungaria*, sed de Abbatia historia muta est. *Vitam* po-
 stea Monasticam duxisse, simul cum Mauro Monacho, in Cœnobio
 Beel sub Guntheri Abbatis disciplina, refert Bonfinius *Hungaricarum*
 rerum, decadis 2. lib. 1. cui consentiunt, Petrus, & Tritemius locis citatis,
 scriptorque uiræ eius talibus uerbis. Postquam seruus Domini se so-
 lam matrem reperit, tumultum populi deuitans, in eadem regione
 Ecerum, quæ uulgo Beel uocitatur, petijt, ubi per septem annos te-
 nianis, dictaminumque exercitijs deditus, incognitus, excepto Mau-
 ro*

ro Monacho, habitauit. Hæc ille, qui *Maurum*, Monachum appellat, quem *Bugianus* noster Fratrem Conuersum fuisse scribit, & martyrio simul cum magistro suo *Gerardo* coronatum; cuius martyrium non solum non produnt supracitati scriptores, sed nec nominis eius memoriam ullam agunt solo auctore uitæ *S. Gerardi* excepto. Quis autem fuerit ille *Guntbertus*, explicat auctor uitæ *S. Gothardi* Episcopi *Hildeshemensis*, quæ est apud *Mosandrum*, die 4. Maij, Tomo 7. Suriy. Erat enim, ut ait cap. 9. nobilis *Thuringus*, qui exemplis *S. Gothardi* tunc temporis Abbatis *Altabensis*, a seculari uita conuersus, peregrinatione *Hierosolymitica* primo assumpta, reuersus factus est deinde Monachus *Altabensis*, sub regula *D. P. Benedicti*, ut narratur c. 10. & tribus annis in *Monastica* perfectione completis, de Abbatis sui licentia, arctioris uitæ studio inflammatus, *Bohemiam* petijt, ubi in *Eremo Beel* Monasterio ad Regulam *Diui Benedicti* exactificato, cum pluribus Monachis, quos inter fuit noster *S. Gerardus*, uitam sanctissimam egit per spatium annorum 37. qui tandem meritis gloriosus, migravit in cælum, anno Domini 1047. Fuit *Gerardus* natione *Wenetus*, ex clarissima familia *Patritia de Secretis*, qui abdicato opimo *S. Marci* canonicatu, Monachum induit in Monasterio *S. Georgij* maioris, sub *B. Ioanne Mauroceno*, primo illius loci Abbate: cui successit in regimine *Ioannes Gradenicus*, qui uiuebat anno 1030. ut ex instrumentis antiquis *Archiepiscopi* eiusdem monasterij accepimus. De cuius *Ioannis Gradenici* Abbatis sui licentia, anno eodem 1030. *S. Gerardus* *Venetis* solatus in *Hierosolymitanum* per *Pannonias* aggredi cepit. Sed a *S. Stephano* Rege predicationis causa retentus, in monasterio *Beelagri Budensis*, soli *Maurum* monacho cognitum, septem annorum spatio contemplationi rerum *Diuinarum* uacauit. Inde a rege euocatus, anno regni sui ultimo, qui erat a *Cristophoro* nato 1037. & sedi *Canadinensi*, quæ est ad litus *Morij* fluminis, impositus, adeo strenue officium sibi commissum executus est, ut multæ per uerbo, quam exemplo ab infidelitate, quæ adhuc detinebantur, ad fidei puritas adduxerit. & tandem per martyrij gloriam ad cælum euolauerit, anno Domini 1042. uti fusius notauimus ad tertium huius *Arborum* muni.

Geremarij Seu *Germarij*, ut *Molanus* legit, de quo & *Mart. Romanus* *Bayonio*, & *Felici*, qui corruptè *Germanij* eum appellat, hac die. De eodem egimus 11. cal. Octob. qua die reponitur a *Galesinio*, & *Tritemio*.

Translatio *S. Othmarij* Ison Monachus *Sangallensis*, lib. 3. c. 1. ad *S. Othmari* apud *Surium*, To. 6. die 16. *Novembris*, hac die factam agnoscitur. anno Domini 867. *Feria 4. Indictione prima*. Est autem hęc translatio *Sancti* translatio.

Ruperti Episcopi) *Calendaria, quæ apud me sunt Germanicum, sci-
lect, & Salzburgense, de eodem agunt, hac die. Baronius uerò, & ceteri
Martyrologiorum scriptores, die 27. Martij, sed cum ea die Saltzburgen-
sis Ecclesia, ob dies forsitan quadragesima, nihil de eodẽ agat, sed ad præ-
sentem diem, eius transferat festiuitatem, quam sub octaua duplici cele-
brat, arbitror potius hac die natalis eius solemnitate recoli, quam 27. Mar-
tij, qua die de eodem susius egimus.*

Benedicti Abbatis] *De eodem Tabule Vallis Umbrosæ, hac die. Fuit
primum sacerdos, deinde monachus Vallis Umbrosæ, postremo Abbas de
Epolis, ubi obiit anno 1205. sub Martino Generali 14.*

Passio SS. Monachorum] *Tabule Nonantulane, Chroniconq, illius
cenobij, perbreue MS. horum passionem his uerbis annotant: Eodẽ an-
no, octauo calendis Octobris, Indictione tertia, occisi Monachi in
Nonantula ab Hungaris, & Abbas effugit cum centum Monachis.
Agit & de incendio Nonantulano, Monachorumq, dispersione, Carolus
Sgonius, de Regno Italie, lib. 6. ad annum 903.*

Translatio Sancti Vuinibaldi] *De qua auctor uita eius, qui est apud
Mosandrum, Tom. 7. Suriij, hac die. Videtur quidem facta eodem anno,
quo & sororis eius S. Vualburgis traslatio, sed quis fuerit iste annus ignoro.*

SEPTIMO CAL. OCTOBRS.

Cusantia in Territorio Bisuntino, depositio Sancti Hermenfre-
di Abbatis, & confessoris. In Glasconia, natalis Sancti Ceol-
fridi Abbatis, & confessoris, doctrina, & sanctitate conspicui. In
Bigardia maiori in Brabantia, eleuatio Sanctæ Vuiuine uirginis,
& Abbatissæ.

SEPTEMBRIS 25.

Hermentfredi] *Sine Ermentfredi, de quo Molanus in Add. ad Vsuar-
dum, hac die: & Trittemius de uir. ill. Ord. S. Bened. libr. 3. c. 307.
Ex Monacho Luxouienfi factus est Abbas Cusantia.*

Ceolfredi Abbatis] *De eodem idem Molanus, hac die, loco citato. Vi-
tam eius scripsit Beda, ut ipsemet fatetur in fine sue historie. Ante eum
eandem litteris mandarat Quichbertus Deirus, anno 724. Eius item me-
minit Trittemius de uir. illust. Ordin. S. Bened. libro 3. cap. 154. Migra-
tio Lingonis, anno Domini 717. etatis 74. Sacerdotij 44. Abbatialis
regiminis 35.*

Eleuatio Vuiuine] *De qua Molanus in Indiculo Sanctorum Belgij,
hac die. Natalis incidit in diem decimosseptimũ Decembris, ubi de ea age-
mus latius.*

SEXTO

SEXTO CALEND. OCTOBRIS.

IN agro Tusculano, Sancti Nili Abbatis, fundatoris monasterii Cryptæ Ferratæ magnæ sanctitatis uiri. Ciuitate Comenti, natalis Sancti Ioannis Medæ, ordinis Humiliatorum fundatoris præcipui, qui propter sanctissimæ uitæ famam, post mortem anno Domini millesimo quinquagesimo nono ab Alexandro tertio Pontifice in numerum Sanctorum adscriptus est. In monasterio Herueldensi in Germania, depositio Sancti Meginhardi Abbatis, sanctitate & pietate clari.

SEPTEMBRIS 26.

Nili Abbatis) *De eo Mart. Rom. cum Baronio, qui eius acta extirpata re testatur, hac die.*

Ioannis Medæ) *Tabulæ Humiliatorum à Brixia ad me transmissæ, de eodem agunt, hac die. Habui cum iisdem, nonnulla eius miracula lucide satis, sed breuiter conscripta. Eius meminit & Sigonius de rebus Italie lib. octauo, ad annum 1046. Obiit anno 1059. quo & Canonizatus est.*

Meginhardi Abbatis) *Sine Meginheri, cuius Natalis notatur hac die à Monacho Herueldensi in chronico historico, cum aliis rerum Germanicarum scriptoribus Basilea anno 1574. excuso. Obiit autem anno Domini 1059. regiminis sui Abbatialis anno uigesimo quarto completi.*

QUINTO CAL. OCTOBRIS.

Lætijs, natale Sanctæ Hiltrudis uirginis, quæ amore Christi spem in terris fugiens, ei quem elegerat, uiriliter adhaesit, bonique propositum laudabili fine conclusit.

SEPTEMBRIS 27.

Hiltrudis uirginis) *De qua Molanus in Addit. ad Usuardum, & in Indic. SS. Belgij, & Galestinus, hac die. Filia fuit Vuiberti Comitis, & sacrosancto uelamine contacta est à Theodorico Cameracensi Episcopo, circa annum 700. Sepulta est in cenobio à parentibus eius constituto, S. Lamberti Letijs.*

QUARTO CAL. OCTOBRIS.

IN Germania, Sanctæ Liobæ uirginis, & Abbatissæ, quæ de Britannia à Sancto Bonifacio Archiepiscopo aduocata, ut famulas Dei in monasteriis Germaniæ diuinis scripturis instrueret, multa miracula uiuens fecit; imo post obitum, in Monasterio Fuldæ, iuxta decretum Sancti Bonifacii sepulta, non paucis miraculis claret. Apud Latiniacum in Gallia, Sancti Fursei Episcopi, qui in Hibernia claruit. In Boemia, Sancti Vuenceslai martyris, Regis Boiemorum sanctitate

rite & miraculis gloriosi. Hic uirtutum omnium, & pietatis in primis fama celebris, quanto gratior piis & bonis uiris extitit, tanto potius illum Boleslaus frater, idolorum cultor, oderat: a quo ob Christianæ religionis studium occisus, in beatorum martyrum numerum relatus est: Cuius Sanctitati, quo die necatus est, testimonium Christus dedit, qui Regi Daciæ per uisum apparens, suo martyri ecclesiã edificari mandauit. De quo hoc præcipue legitur quod in religione Christi adeo deuotus extitit, ut dignitatis Regiæ oblitus, tempore messis & uindemæ ipse meteret, & uindemiaret, quod in sacrificiales hostias Sacerdotum manibus offerretur.

SEPTEMBRIS 28.

[Iobæ uirginis] De qua Mart. Ro. cū Baronio, Beda, Ado, Molanus in Addit. ad Ursardum, & Galefmius, hac die. Vitam eius a Radulpho Monacho iussu Rabani Episcopi, conscriptam, adfert Surius, Tomo. 5. hac die. Eandem paulo ante descripsit Mogo, siue Mago Monachus & Presbyter, ex relatu quatuor eius discipularum, Sanctarum scilicet Agathæ, Teclæ, Nanae, & Eolibe. Nomen habuit a dilectione. Lijt enim Germanicè, Dilectã significat; Fuitque Abbatissa in Schouerchem & Bischofzheim, in Germania circa annum Domini 760. Agunt de eadem Trittemius de uir. ill. ord. S. Ben. lib. 3. c. 173. & Petrus Cratopolius de Episcopis Germaniæ.

Furfei Episc.] De eodẽ Maurolycus, & Felici, hac die. Baronius autẽ, & alij die 16. Ianuarij, qua latius de eo egimus. Suspicio festiuitatem præsentem, Inventionis eius esse, quæ quarto ab eius obitu anno contigit.

Vuëceslai martyr] De quo Mart. Ro. cū Baronio, Molanus in Addit. ad Ursardum, Galefmius, Maurolycus, & Felici, hac die. Vitam eius ex lib. 4. & 5. Hist. Boemicae Ioãnis Dubraui Episcopi Olomucensis, adfert Surius Tomo. 5. hac item die. Eandem, teste Petro Diacono de uir. ill. mont. Cas. c. 6. sermone contexit; Laurentius Monachus Casinas & Episcopus. De eodẽ agunt Aeneas Siluius in Hist. Boiem. c. 14. & 15. Abbas Vrspergensis in chronico, & alij nonnulli. Quare autẽ eum inter professores regule Dni Benedicti apposuerim, hoc effecit ipsius S. Vuëceslai uotum, de quo Ioannes Dubrauius in Hist. Boiem. lib. 5. sic loquitur. Paulisper inter hæc suã uicem Drahomira remisisse uidebatur, postquam certior facta erat, Vuëceslauium tãdio uite aulicæ, & curarum publicarum, circũspicere locũ sepositum, in quẽ cū sodalibus Dni Benedicti cucullatis, ipse quoque sodalis futurus diuerneret. Nã & Romam ad Pontificẽ suos iam misisse inaudierat, qui peterent, ut illius autoritate liceret, in Boemia eiusmodi sodalitiũ institui. &c. Aeneas quoq; Siluius c. 15. Creuerat iam Vuëceslai nomen, miraq; populi charitate atq; admiratione

XX ratione

ratione celebrabatur. Sed quanto cæteris acceptior erat, tanto acriter in se odium fratris matrisq; concitabat, ac propterea licet dimittere seculum, & in Monachum tonderi destinasset, non potuerunt indolentes animæ Sancti uiri propositum expectare, sed impatientes mortuam Principis intentionem scelere præueniunt. *Hæc Siluius. Ex huiusmodi auctoribus colligere est, quod Vuenceslaus etsi opere monachus non fuerit, uoluntate, tamen & uoto ut Monachus uixerit, fecissetq; satis notis fuerit, ni morte uiolenta sublatus fuisset. Martyrio coronatus est, ut annotat Gebebertus in Chron. ann. 938.*

TERTIO CALEN. OCTOBRIS.

IN Mediolacensi Molasterio, iuxta Treuirim, nata Sancti Inuentii, archiepiscopi & confessoris, eiusdem antedictæ ciuitatis. Treuicæ S. Ursionis Monachi. Ipso die, inuentio corporis S. Gisleni, Episcopi, et confessoris. Item, reconditio reliquiarum S. Dysibodi Episcopi, in tumulo lapideo retro altare maius Monast. montis S. Dysibodi.

SEPTEMBRIS 29.

LVth uini] *Alias Lontuini, de quo Molanus in Ad. ad Ursionem hac die. Agit de eodem & Trit. de uir. ill. Ord. S. Ben. lib. 3. c. 188. lib. 4. c. 72. Fuit filius Geruini Ducis Lotrechij, ac nepos S. Clodulphi de Strastæ Ducis, ex Gunza filia, & fundator cænobij Mediolacensis, in quo coma deposita primum Monachus, deinde Abbas, postremo Treuirij Episcopus 57. factus est. Floruit anno 670. & in suo cænobio sepultus est. Agit de eodem Franc. de Rosieres, tom. 3. Stem Lothar. Hist. cap. 47.*

Ursionis] De eo Molanus loco citato, Maurolycus, & Felici, hæc de De reliquo mihi obscurus.

Inuentio S. Gisleni] Idem Molanus ibidem die præsentis eandem uenit. De eodem agemus latius die nono Octobris.

Reconditio reliquiarum] De hac agit Dodechinus Abbas in appo dice ad Marianum ad annum 1143.

PRIDIE CAL. OCTOBRIS.

IN Anglia, S. Honorij Archiepisc. Cantuariensis, & confessoris, uirandæ sanctitatis, & doctrinæ. Bambergæ in Germania translatus S. Ottonis Episcopi, & confessoris Pomeranorum Apostoli: qui quamuis engrauerit è uita 6. nonas Iulij, eius tamen festiuitas hac die recollatur, qua sacrum ipsius corpus postea fuit translatum.

SEPTEMBRIS 30.

Honorij] *De quo Mart. Rom. cum Baronio; Molanus in Ad. ad Ursionem, & Galestinus, hac die. Vita eius describit Beda in hist. Angl. lib. 2. c. 18. & 19. quam adferunt Aloysius Lipomanus Episc. Veronensis.*

tom. 2. & Surius, tom. 5. hac die. De eodem agunt Polydorus in histo. Anglorum, lib. 4. & Trit. de vir. ill. ord. S. Ben. lib. 3. c. 62. & lib. 4. c. 54. Fuit ex Monacho S. Andreae Romæ, & discipulo S. Gregorij Papæ, quintus illius sedis Archiepiscopus; & migravit ex hac vita an. 654.

Transl. Othonis Episc.] De eadem, Molanus in Add. ad Vsuardum, Galefmius, & Trit. de vir. ill. ord. S. Ben. lib. 3. c. 330. hac die. Facta referunt ab Andrea Abb. Bâbergense, apud Surius, T. 0. 4. die 2. Julij, an. 1189. qui solennitatem eius festivius recolit à fidelibus, hac ead. die testatur.

OCTOBER.

CALENDIS OCTOBRIS.

SEBASTIAE, Sanctorum martyrum, Michaelis, & 36. Monachorum, qui Saracenorum Regis suavisu, atque cruciatuum terroribus, à Christianæ fidei cultu diuelli cum non potuissent, ad omnia pro Christi gloria fortiter perferenda confirmati, datis gaudenti animo ceruicibus, martyrij coronâ consecuti, euolarunt ad Dominum. Condato, S. Vualnulphi, ex Ep̄o, Monachi, & confess. Ciuitate Treuiris, S. Nicetij Episcopi, totius sanctitatis uiri, qui ab ipso ortus sui tempore mirabiliter clericus designatus est. In portu Ganda, depositio S. Bauonis confess. Hic primo miles, abiecta militia ad cœlestē disciplinam à S. Amando Tungrorum Episc. institutus, pecuniam, & opes pauperibus, piisque operibus in elemosynâ contulit, ac Monasterium in primis construxit, ubi aliquot annis uitam sanctissimam ducens, miraculis clarus migravit ad Dominum. Ipso die Dedicatio & consecratio Ecclesiæ Patriarchalis Sanctiss. P. N. Bened. in sacro monte Casino, ab Alex. Papa II. In cœnobio Prumiensi, depositio S. Lotharij Monachi, & confessoris, Romanorum quondam Imperatoris.

OCTOBRIS I.

Michaelis, & sociorum] De iisdem Galefmius ex Græcorum monumentis, hac die. Ratione superius pluribus in locis allegata hic appositi. Vualnulphi] De quo Mola. in Add. ad Vsuardum, & in ind. SS. Belgij, hac die. Erat natione Scorus, vit amq̄, Monasticā duxit primū apud Monachos S. Gisleini, ex quo secedēs Angelico ductu ad Monast. S. Mariae Condati peruenit, & ibi usq; ad obitū suum Domino militauit. Floruit an. 640. Nicetij Episcopi] De eodem Vsuardus, Maurolycus, & Felici, hac die. Vitam eius adfert Surius, T. 0. 5. ex cap. 17. Gregorij Tur. de uita patrū. qui & cap. 94. de gloria confessorū eiusdem meminit. Petrus in Catalogo, lib. 11. cap. ultimo, eundem, nonis Decembris reponit. Agit de eodem Petrus

trus Cratepolius de Episcopis Germaniæ. Creatus est ex monacho & Abb. S. Maximini Treuirenſis, eiusdem ciuitatis episcopus, & moriens in ead. Monasterio sepultus est, circa annum Domini 570. vel paulo amplius.

Bauonis) De quo Mart. Rom. cum Baronio; Vſuardus, Ado, Galfridus, Beda, Maurolycus quoque & Felici, qui corruptè Paonem legunt, hac die. Theodoricus Abbas S. Trudonis vitam eius conscripsit, quam refert Surius Tom. 5. hac die. Agunt de eodem Petrus in catalogo lib. 9. cap. 10. Vincentius in Speculo lib. 23. c. 6. & 7. & Tritem. de vir. ill. ord. 2. Ben. lib. 3. c. 63. Pater eius fuit Agilulphus Hasbaniæ Comes; nomen eius erat Allouinus, cognomē Bauo, vt refert Molan. in ind. SS. Belgij, qui emigrasse ex hac uita an. 631. at Sigebertus in chron. & Meyerus li. 1. de nal. Flan. an. 630. decessisse scribunt. Eius & meminit Petrus Cratep. de episcopis Germaniæ. Quiescit Gandau in ecclesia SS. Bauonis, & Ioan. Bapt.

Dedicatio & consecratio &c.) Tabulæ Casinenses de iſdem agunt, hac die. Tota autem dedicationis & consecrationis huius historia, qua D. N. Alexandro Papa Secundo facta est, Archiepiscopis tredecim, Episcopis quadraginta tribus, magnaue Principum & Potentatum cateris, presentibus, describitur à Leone Ostiense in chron. Casinensi lib. 3. c. 28. & 29. Agit de eadem dedicatione, idem Alexander Papa in priuilegio suo, de reuelatione corporis beatissimi P. N. Benedicti, quod primum est inter alia priuilegia, quæ excusa leguntur post finem Chronici Casinensis.

Lotharii Monachi) Hac die obiisse rectè annotat Franciscus de Boſſes, to. 3. stem. Lothar. fol. 168. Alius. n. dies ab historicis notatus, natus, 29. Septemb. ann. 855. non mortis temporalis est, sed Imperij. eo. n. die anno rebus mūdānis se abdicans, Imperio mortuus dicitur. sanctitatis eius insigne fert testimoniū, Primus Cabilonensis Episcopus, in topographia SS. his uerbis: Herbipolis, siue Arctāunum ciuitas magnæ Germaniæ. Hic Lotarius Imp. qui renūciauit imperio, fundans cœnobium, octo annos solitarius uixit, & ad Christum confessor migravit. Hac P. mus. Migravit anno monachatus octauo, Christi 863.

SEXTO NONAS OCTOBRIS.

IN territorio Atrebatēsi, uilla Siricinio, passio S. Leodegarij Augustodunen. Epi, quem uariis iniuriis, & diuersis suppliciis, afflictum Ebroinus maior domus regię, interfecit. Constantinopoli, S. Theophili Monachi, qui cum Leonem Ifauricum aduersus factas impioſas edicta promulgantem coram argueret, iussus est læuissimè carceri & diu in carcere detineri; demum in exilium pulsus, multis ætatis ac laboribus confectus, migravit ad Dominum. Andaino. Mense natalis S. Beregisi Abbatis admirandæ sanctitatis.

Octo

OCTOBRIS 2.

[Eodegarij] De eodem Martyr. Rom. cum Baronio, Beda, Vsuardus, Ado, Galefinius, Maurolycus, & Felici, hac die. Vrsinus ad Anfualdum Episcopum Pictaviensem, vitam eius conscripsit, quam habet Surius, Tomo 5. hac die. Alius quidam inssu Erminarij Augustodunensis Episcopi, secundi post Leodegarij, eandem descripsit, que extat MS. Agunt de eodem Vincentius in Speculo, lib. 23. c. 123. 124. & 125. Petrus in Catalogo, lib. 9. cap. 13. Mombritius, To. 1. Claudius de Rota in Legendario, cap. 143. Tritemius de vir. ill. Ord. S. Ben. lib. 3. c. 135. & lib. 4. cap. 173. Molanus in Indic. SS. Belgij. S. Antoninus in Sum. Hist. part. 2. & alij. Ex Abbate S. Maxentij Pictaviensis, factus est Episcopus 28. Augustodunensis, ut annotat Franciscus Belforestius in Cosmographia sua in descriptione illius civitatis. Passus est ann. 685. ut scribit Sigebertus in Chronico.

Theophili Monachi] De quo Mart. Rom. cū Baronio, & Galefinius, ex Menologio Græcorum, hac die, Vixit sub Leone Isaurico Imperatore circa annos Dom. 720. & cum multo ante illa tempora Regula S. P. N. Beati illis in partibus observari sit solita, potuit forte & iste sub eiusdem magisterio militasse.

Beregiti Abbatis] De eo & Molanus in addit. ad Vsuardum, & in indiculo Sanctorum Belgij latius, hac die. Monachus primum extitit in cœnobio S. Trudonis, deinde Pipino Duce, & Pletrude eius uxore procurantibus, extruxit Monasterium Andainum, a continguo fonte Andaina, in Sylva Arduenna, ubi primus Abbas presuit anno circiter 680.

QUINTO NONAS OCTOBRIS.

A pud antiquos Saxones, passio, & translatio Sanctorum martirum duorum Euualdorum, qui cum essent Presbyteri, & Monachi, & Christum prædicare ibi cepissent, comprehensi sunt à Paganis & occisi: ad quorum corpora noctu, multa diu lux apparens, & ubi essent, & cuius essent meriti declaravit. Quorum corpora successu temporis Coloniam translata sunt, & in Ecclesia Sancti Cuniberti digno honore recondita. In Hispania, depositio Sancti Froilani Legionensis Episcopi, & confessoris, doctrina, & sanctitate conspicuit. In Bronio Monast. natale, & trãsl. S. Gerardi Abbatis, qui post militiam temporalẽ Christi tirocinio mancipatus, huius Monasterij extitit fundator deuotus, iussione BB. Apostolorum Petri, & Pauli. Hic postea auctore Christo fuit pater, & Abbas 18. cœnobiorum.

OCTOBRIS 3.

A pud antiquos Saxones] Hi sunt Vuestphali, qui Rheno flumine separantur à Ducatu Gheldria, & Cluiis.

X x 3 Duo-

Duorum Euualdorum] De iisdem Mart. Rom. cum Baronio, Beda, Vsuardus, Ado, Galestinus, Maurolycus, Felici, & alii, hac die. Passio eorum scripsit Beda in Hist. Angl. lib. 5. c. 11. hanc adfert Surius, Tom. 5. hac die. De his item agunt Petrus in Catalogo, libr. 9. c. 15. à quo Euualdi uocantur. Molanus in Indic. SS. Belgii. Cratepolius de Episcopis Germanie, & alii. Ambo in Monasterio Ripensi, in Anglia, uitam duxerunt Monasticam, horum unus Euualdus cognomento Niger, de quo Trut. de uir. illust. Ord. S. Ben. lib. 3. c. 139. alter Euualdus Albus, dicebatur, de quo Trut. ibidem c. 140. De iisdem egimus & nos alibi, in explicatione scilicet terræ huius Arboris rami. Cauendus est grauis ille error, qui apud Galfridum, Maurolycum, & Felici, reperitur de S. Vuillibrordo Episcopo, qui beatus passiois duorum Euualdorum adscribitur, Vuillibrordus enim, ut ad diem 7. Nouemb. annotabimus, in pace obdormiuit, nec à quoquam palma martyrii coronatus scribitur.

Coloniam translata sunt] Hac translatio, hac eadem die facta narrantur à Surio, per D. Annonem, huius nominis, secundum, anno 1074. Cratepolius uerò anno circiter 700. per Annonem primum factam referre. Sed decipitur in equiuoco. Passi sunt anno 693.

Froilani] Huius natalis hac die annotatur ab Alphonso de Villegas in flore Sanctorum Hispanie, qui eius uitam adfert. Eandem describunt Ambrosius de Morales in Chron. Hisp. lib. 1. 5. cap. 7. Franciscus Taraphus de Regib. Hisp. in Alphonso II. Rege, qui Froillanum legit, & hac die obitus testatur. Lucius Marinus Siculus, de rebus Hisp. lib. 5. non longe à principio. Ex Monacho, & Abbate de Moreruela propè Zamoram, creatus est Episcopus Legionensis quartus, & migravit à seculo ætatis ann. 73. ætatis 5. Christ. 825. ut uult Villegas; sine ut Moratio placet an. 873.

Natale S. Gerardi] De eodem Mart. Rom. cum Baronio, Molanus addit. ad Vsuardum, & Galestinus, hac die. Vitam eius à quodam dicitur Monacho ad Guntherum Abbatem Broniensem descriptam, adfert Surius, To. 5. hac die. Eandem composuerunt Odo Abbas Cluniacensis, adfert Trut. lib. de Script. Ecclesiasticis, & Gregorius Terracensis Episcopus, ut scribit Petrus Diaconus de uir. ill. montis Casini, c. 32. Arbitratur Baronius eam esse, quam adfert Surius, hac die. De eo item agunt Trut. de uir. illust. Ord. S. Ben. lib. 3. c. 270. à quo Gerhardus appellatur, Abbas Broniensis, b, & n, ac i, litteris, in p, & m, commutatis. Molanus in Indic. SS. Belgii, & Meyerus, lib. 2. Annal. Flad. Ex Monacho S. Dionysii Parisios, factus est fundator & Abb. primus Bronii in comitatu Namuroensi (quod Monasterium à suo noie nunc S. Gerardus uocatur) & migrator oium ferè canob. Flandriæ; obiit ann. 958. Bronii, ubi & sepulchrum.

Translatio S. Gerardi] *De eadem idem Molanus, loco citato. Facta est hęc transl. siue elenatio, an. 1113. ut refert idem Molanus in Ind. SS. Belgii.*

QUARTO NONAS OCTOBRIS.

Mellana in Sicilia, passio S. Donati, Monachi & martyris, discipuli S. P. N. Ben. Abbatis, qui captus à Saracenis, cum Christū negare noller, gladio percussus est. Ciuitate Parisijs, S. Aureæ uirginis, & Abbatillæ, recē: arum sanctimonialium matris, cuius corpus requiescit in Ecclesia S. Eligij propē palatium Parisijs.

OCTOBRIS 4.

Donati Monachi] *De eodem Mart. Rom. anno 1583. excusum, hac die. Vita eius partim describitur à Gordiano Monacho in uita S. Placidi, & partim à Tritt. de uir. ill. ord. S. Ben. lib. 3. c. 6. Passus est an. 541. nimentē adhuc P. N. S. Ben. pridie quam S. Placidus pateretur.*

Aureæ uirginis] *De eadem Mar. Ro. cum Baronio; Vsuardus, Galestinus, Maurolycus, & Felici, hac die. Precedenti uerò Ado. Eius meminere S. Audoenus in uita S. Eligii, lib. 1. c. 17. & lib. 2. c. 53. Vincent. in Spec. lib. 23. c. 69. 70. & 71. qui eius Elevationem hac ipsa die factam postea affirmat. Petrus in Catalogo, lib. 9. c. 23. & Tritt. de uir. ill. ord. S. Ben. li. 3. c. 85. Claruit temporibus Dagoberti Regis in Gallia, circa ann. 630.*

TERTIO NONAS OCTOBRIS.

Mellana in Sicilia, SS. Martyrū Placidi, Faustini, Firmati, & aliorum triginta Monachorum, qui à Manucha pirata, pro fide Christi necati sunt. Romę S. Gallæ uiduæ, filia Symmachi Patrij, quæ uiro suo defuncto apud Ecclesiam S. Petri multis annis, orationi, elemosynis, alijsq; sanctis operibus intenta, uocante eam B. Apostolo ad cœlestia regna migravit. Zamorę in Hispania S. Atilani Episcopi, quem sanctē factorum, uitæq; diuinitus actę laude clarum, Urbanus II. Pontifex Max. in Sanctorum numero adscripsit. In cœnobio Cluniacensi, depositio S. Aymardi Abbatis, sanctitate, & miraculorum gloria celebris. Budicæ, Monasterio Diœcesis Paderbornensis, S. Meinulphi, Diaconi & cōfess. Traiecti in Hollandia, depositio S. Rixfridi Episcopi, & cōfess. doctrina, & pietatis operibus clari.

OCTOBRIS 5.

Placidi & sociorum] *De quibus Mart. Ro. cum Baronio: Beda, Vsuardus, Ado, Galestinus, Maurolycus, Felici, & alii, hac die. Passionem eorum scripsit Imp. Iustiniano iubente, duplici stylo, Græco uidelicet & Latino, Gordianus Monachus. Latinā adserunt Lippomanus, To. 4. & Surianus, To. 5. hac die. Græca uerò in Latinum conuersa, extat MS. in cœnobio monis Casini tali exordio. In claro & renitenti triumpho: quæ est apud*

Surium, To. 7. secundo loco eam composuit D. Stephanus Anticiensis Episcopus, quam uidi MS. ibidem sic incipientē, Sub S. Spiritus disciplina. Tenui etiam ibidem repperi sub noīe Petri Diaconi, quam se composuisse idem Petrus laetetur in Chron. Casin. lib. 4. c. 68. quæ sic incipiebat. Gymnosophilantissimos. Habetur & alia eiusdem in lib. de Sanctis mont. Casini. c. 9. Ceterum idem Petrus Sermones 14. de S. Placido, quorū primus sic incipit, Beatus igitur Placidus. D. Theodinus Monachus in eiusdem martyris solemnitate, alios duos sermones ad fratres habuit, & primi quidem initium est, Hodierni diei; alterius uerò, Præsentis festi memoria; qui omnes reperiuntur MS. in bibliotheca Casinensi, & in libello quodam Camera R. P. Abbatibus deputato. In eadem libraria pulpito septimo, reperiuntur nonnulli versus Heroici de eodem Sancto, qui ex inscriptione uidentur esse S. Petri Desimiani Hostiensis Episcopi. Decantatur & horum martyrium in tribus subsequentibus Hymnis, qui reperiuntur MS. in cœnobio S. Zenonis Veronæ, in quodam Breuiario in membranæ, ex quo eosdem desumpsi.

IN FESTO PLACIDI, ET SOCIORVM EIVS, AD VESPERAS HYMNVS.

P laude turba Monachorum,	Magnos habes aduocatos,
De triumpho sociorum,	Super Cælos exaltatos,
Quos coronat Rex cælorum,	Summo Regi semper gratos,
Inter choros Angelorum.	ad rogandum preparatos.
Laude satis non tacere,	Quorum meritis saluari,
Cernens tuos præualere,	Poscimus, & illustrari,
Et in mensa confedere,	Super niuem dealbari,
Cum cæteris tyronibus.	Et in cælis collocari.
Qui pro Christo cruentati,	Regi Sanctorum omnium,
Et de pugna laureati,	Sit laus per cuncta sæcula,
Velut Reges purpurati,	Qui istos per martyrium,
Et in thronis collocati.	Magnos fecit in gloria. Amen.

AD NOCTURNOS, HYMNVS.

O vantes Christi martyres,	Cum agno melos canitis,
Gesta miranda canimus,	Super montes aromatum.
Quorum tormenta corporū,	Nos quoque tibi psallimus,
Dira fuisse cernimus.	Ignosce delinquentibus,
Genis quoque rubentibus,	Hostis confractis uiribus,
Vestro cruore roseo,	Nosque redde cœlestibus,
Fulgentibus, candentibus,	Deo Deorum omnium,
Omnī decore niueo.	Salus honor & gloria,
Hos roseis & fulgidis,	Qui tuis per martyrium,
Florum coronis aureis,	Donas immensa præmia. Amen.

AD LAUDES HYMNVS.

Vti per orbem canitur,
 Sacrum schema certaminis,
 Monachorum extollitur.
 Præcellis decus ordinis.
 Quorum de arce prodeunt,
 Triginta quinque milites;
 Qui cum triumpho redeunt,
 Poli scandentes limites.
 Noltri sunt decus ordinis,
 Noltri sunt Duces agminis;

Nobis que sæda criminis,
 Dimitte Rex certaminis.
 Dona superna scandere,
 Sacrosque hymnos promere,
 Ad laudes horum martyrum,
 Infunde iubar luminum.
 Summi Patris fastigio,
 Laudis melos dulcissimum,
 Qui nobis per martyrium,
 Largitur omne præmiū. Amē.

Extant & in *Brenarijs nostris*, annis 1568. & 1572. excusis, tres alij in eius laudem hymni pulcherrimi, quos olim composuit R. D. Raynaldus, cœnobij Casinensis Abbas, & S. R. E. Cardinalis. De eorundem Passionibus plures habentur epistolæ post finem chronici Casim. Leonis Ostiensis, & Petri Diaconi; Siculorum, videlicet monachorum ad S. P. N. Benedictum, una; Gordiani monachi, ad S. Maurum, & Vigilium Papam, dua. Iustiniani Imperatoris ad eundem Papam Vigilium, una; & ipsius Vigilij, Placidi, & Sociorum passionem approbantis, ad eundem Iustinianum Imp. responsiva; nonnullæque aliæ eiusdem Imp. & Theodora Augustæ, ad S. Placidum Nepotem suum, dum uiueret, directæ. Agunt de eodem, & Socijs, Petrus in catalogo lib. 1. cap. vlt. Leo Ostiensis in chron. Casin. lib. 1. cap. 1. & Trittemius fufius de vir. illust. ordin. S. Ben. lib. 3. e. 1. aliique quamplurimi: quos breuitatis causa prætereo.

In Passione, quam scripsit Gordianus, quæ adfertur a Surio tom. 5. ali qua animaduersione digna reperiri, Baronius auctor est, in annotat. ad hanc diem. Et eadem, qua Gordianus, censura, corrigendi mihi videntur, Molanus in addit. ad Vsuardum; Galefinius, Maurolycus, Felici, Trittemius, omnesque alij qui Gordianum sequuntur de Abdala Saraceno Hispania Rege. Hæc est enim illa opinio, quam animaduersione dignam iudicauit R. Baronius. Saracenorum siue Agarenorum nomen, multo ante hæc tempora Orbi innotuisse, pernegare non possum; de ijs enim & Rege eorum Alamundario, qui postea ad Christi fidem peruenit, agit Zonaras Annal. Tomo 3. & Cedrenus, anno nono, & decimo Anastasij Imperatoris, qui erat à Christo nato annus 499. & 500. at Abdallâ in Hispania Regem fateri, omnino à ueritate alienum est. Theudius enim Vsfgharum Rex 13. tunc temporis Hispanias regebat, erat que hic annus 541. regni ipsius undecimus, ut ex Vafgo, & alijs Hispanicis scriptoribus liquet; quibus etiam referentibus, patet, Saracenos siue Arabes usque

usque ad annum Domini 714. Hispanias non intrasse, nec quemquam suorum Regum Abdalle nomen habuisse, usque ad annum 755. quo Abdalla huius nominis primus regnare cepit. cui anno 776. successit Abdallas secundus, primi Filius. Restè igitur Baronius, non à Saracenis, sed Agarenis, sed à Piratis quorum Dux erat Manucha, occisos affirmat. Qui autem fuerint hi Piratæ, difficile est peruestigare. Procopius lib. 1. de bello Persico agit de quibusdam Saracenis, qui dicti sunt Blemmii, quos & fidem Christianam Iustiniano Imperante suscepisse affirmat; Hos ut tequam conuerterentur, rapinis, & cædibus, monachorum precipue, nondum repleuisse, auctor est Nicephorus lib. 14. cap. 54. & alii. Petrus Pella de Canibus Meßanensis, in quadam epistola sua ad R. P. D. Michaelem Abriani à Concordia, totius Religionis Casinensis Presidem, arbitratum hos fuisse Saracenos, vel Gothos, sic loquens: Circa lo dubio di Abdala rispondo esser statitre, si non erro; ma quello che meno si alligatana dal Santo, è di circa anni, 120. lo qual può succedere, ò per errore, di computo, che molte uolte succede di maggior numero, & dependere da uno solamente, ouero che questo Moro Abdala aia campato longissimamente, si come ha accaduto à moltissimi, & ne dirò alcuni. Hippocrates Cous uisse anni 161. Nestore, 300. Tito discipolo di San Paolo 201. Ioannes de temporibus 361. Galeno 140. Dorotheo præful Antiocheno, 120. Cronio anachoreta, 155. Seneca poeta, 114. Patritio secondo Vescouo Niuernense, 121. Hugo successore di San Bernardo, 117. Et non è certo da marauigliarsene, per quello si uede hoggi nell'età nostra più debole. Circa l'anno 540. nel tempo di San Benedetto, & del martyrio di San Placido, Torila ultimo Re de gli Gothi, Arriano crudelissimo, entrato nel dominio s'ingegnò di ricuperare la Italia tolta da Belisario à Gothi, & onde messo insieme vn poderoso essercito, se ne andò à Napoli, & finalmente, n'ebbe la uittoria, non senza sangue. Et di quindi mise à sacco, & affisse in absentia di Belisario tutta la Italia. Et entrato in Roma la saccheggiò & arse, rouinando parte de le mura, & lasciandola quasi desolata. Il medesimo fece con la sua crudeltà in molte Città di Toscana, & specialmente in Perugia, doue fece tagliar il capo à Herculano Episcopo della Città. Nauigando poi nella Sicilia, ottenne tutta quella Isola, secondo che haueua prophetizzato San Benedetto, che gli disse, che haurebbe la Città di Roma, & che entrerebbe nella Sicilia, & che nel 14. anno del regno suo farebbe uinto & morto, si come successe, che finalmente fu uinto & morto in Puglia da Narsete Generale di Iustiniano. Da onde
io son

io son stato alquanto scrupoloso che'l fatto di San Placido haueffe accaduto da Totila, & non Abdala, & che la historia fosse stata deprauata, si come piu uolte ha successo. Ma io tandem mi uoglio piu tosto accostar con Abdala. *Hec ille. Et certe quod ad etatem, & annos Abdale attinet, tanquam friuola, & tanto uiro indigna, sub silentio pretereo. Ad Totilam, uerosimilis quidem pre foribus uidetur eius opinio, at temporum ratio obsistit. Nam ut apud Procopium, Paninum, Sigoniam, & alios uidere est, non nisi anno Domini 541. Sancto Placido iam martyrio coronato, Totila super Gothos regnare cepit; & sequenti, paulo ante S.P.N. Benedicti mortem, Casinum montem ascendit; Siciliam uero ingressus non legitur, usque ad annum 546. ut optime annotat Sigonius lib. 19. de regno occidentali: & anno Domini 552. regni sui. 11. (non autem. 14. ut uult Villa de Canibus) a Narsete uictus & occisus est. Qui ergo sint isti Piratæ ex huius uiri, quamuis alias doctissimi, oratione non habemus. Si quid tamen ualet hoc in loco coniectura, quod sentio breuiter aperiam. Piratæ isti populos illos Hunnorum representare mihi uidentur, qui a Suida, & Sigonio, Abares, uocantur, quorum incursionibus & rapinis, maxima Asia, & Europe pars deuastata legitur & depredata: & Suidæ quidem uerba hæc sunt. Abares interuencione Bulgari deleuerunt. Abares autem hi Sabinores expulerant, cum ipsi à gentibus, litus Oceani incolentibus profligati fuissent, quæ quidem gentes suam regionem deseruerant, ob caliginem ex Oceani æstu exortam, & Gryphum multitudinem ingruentem. His itaque malis agitati impetum in finitimos fecerunt. Eadem ferè habet Sigonius lib. 20. de regno occidentali, sic inquit: Eodem anno, (559. scilicet) noua gens Hunnorum, qui Abares dicebantur, ad ripas Istri uenit, & annum per hiemem congelatum nacta, flumine transmissa, in Mæsiam, prouinciam Romanam irrupit, ac uariè populari agros hostili exemplo incepit. Hi in omnibus rebus reliquorum Hunnorum cultui, præterquam in religatione capillorum, similes exitere. Hæc Sigonius. Ab his igitur passos S. Placidum & Socios, pro comperto teneo: Affinitas enim maxima quæ intercedit inter Abares, siue Agares, Abarenos, uel Agarenos, mihi coniecturam parit: & hæc fortassis nominum affinitate deceptus Gordianus, Agarenos, pro Abarenis siue Abaribus posuit, noui uocabuli, illisque temporibus incogniti adhuc & inusitati, uim & energiam non intelligens. Quod autem Sigonius illo anno, qui erat à morte SS. Placidi, & Sociorum decimus octauus, Mæsiam aggressos dicat, non sic arbitror intelligendum, quasi tunc primum ex regionibus suis egressi fuerint, sed quod illo anno, Mæsiis, & Pro-*

& Prouincijs adiacentibus innotuerint, ut colligere est ex eius libris præcedentibus, in quibus alijs sæpius de Hunnorum uastationibus & incursionibus agit. Et hæc quidem de coniectura nostra, qui fuerint isti Piratæ, dicta sufficiant. Si quis tamen meliora habuerit, ut ea in medium proferat rogo. Nonnullos alios errores reperire licet in eodem Gordiano, ut cum Theodoricus Rex, & Augustus Romanus vocatur, & huiusmodi: Sed hi leuiiores sunt, talesq; qui à Lectore quamuis modicum in historijs versari facile emendabuntur.

Faustini, & Firmati] De his etiam Mart. Rom. cum Baronio, & alij supracitati, quorum aliqui Faustum, pro Faustino habent: adiunguntque hæc item die Donatum, sed præcedenti passum fuisse demonstrant.

Gallæ uiduæ] De qua idem Mart. Rom. cum Baronio, Galefimus, Maurolycus, & Felici, hac die. Eius vitam & obitum scripsit S. Gregorius dialog. lib. 4. cap. 13. ex quo ceteri, ut Tritemius de vir. ill. ord. Sancti Ben. lib. 3. cap. 13. Petrus in catalogo lib. 9. cap. 25. Claruit non longe post obitum S. P. N. Benedicti. Quid de hac festiuitate sentiamus, diximus ad diem. 6. Aprilis.

Attilani episcopi] De eo Mart. Rom. cum Baronio, Molanus in addit. ad Ursardum, & Galefimus, hac die. Vitam eius descripsit Lucius Marinus Siculus, de reb. Hisp. lib. 5. quam adfert Mosander in Tom. 7. Serrij, hac die. Agunt de eodem Villegas in Flore Sanctorum; Thefaurus concion. Tom. 2. Ambrosius de morales in chron. hisp. lib. 15. cap. 44. & Franciscus Tarapha de regib. hisp. in Alphonso 2. Rege. Fuit monachus de ueruela sub cura S. Froilani (quem nonnulli corrupto uocabulo Florianum nominant) Abbat, deinde Zamorensis Episcopus: obiitque, ut uult Villegas anno Domini 825. & in numerum Sanctorum relatus est ab Urbano Papa secundo, anno ut uidetur 1092. non autem 1002. ut male annotarunt Marinus, & Mosander: Urbanus enim sedere cepit anno 1088. & sedit usque ad 1099. Corrigendus est, & alius Marini scriptulus, qui dicit hanc Canonizationem factam fuisse, regnante Henrico Hispania rege, quod quam a ueritate sit alienum omnibus historijs legentibus manifestum est, Henricus enim huius nominis primus, non nisi regnare cepit in Hispania anno 1215. uel ut alij uolunt 1214.

Aymardi Abbatis] Chronicon Cluniacense MS. huius natalis reperit, hac die. Tritemius uero, qui Adamarum legit, de uir. ill. ord. S. Ben. lib. 3. cap. 218. Idibus Septembris. Vocatur & à nonnullis Ademardus. Fuit filius Comitis Engolismensis; Abbasque Cluniacensis tertius, creatus anno 944. abdicauit ob priuationem oculorum anno 954. nouemque post annos plenus dierum obiit, 963. sepultus in ueteri ecclesia Sancti Iohannis.

in petro Altare S. Mariae, ad cuius sepulchrum sequens epitaphium sibi,
& S. Mayolo commune, legitur.

Sedibus in claris,
Aymarde; Mayole, locaris.

Meinulphi Diaconi] De eodem Molanus in addit. ad *Vsuardum*; hac die. Agit de eodem Petrus Cratepolius de episcopis Germania, a quo Episcopus (sed Librariorum errore id factum puto) nominatur. Natus est in Westphalia anno 777. fundatorque extitit canobij Bridicensis seu Budicensis, quod sanctimonialibus inhabitandum dedit.

Rixfridi episcopi] Notatur huius natalis hac die à Cornelio Kempio Doccomensi in catalogo episcoporum, qui fuerunt Frisones, quem coronidis loco historia sua Frisia apposuit. Agit de eodem S. Ludgerus episcopus in vita S. Suiberti episcopi, quâ Pontificis huius iussu eleganti stylo composuit, quae est apud Surum Tomo 2. Eiusdem meminerunt Barlandus, & Gerardus Nouiomagus in catalogis Episcoporum Traiectensium. Patria ei fuit Frisia, Monasterium (vt arbitror non enim nominatur à Ludgero) S. Saluator Traiecti: ex quo euocatus, septimo loco sedi Traiectensi impositus est anno 828. & sessionis suae anno nono, Christi 836. paradysi gaudia feliciter intravit.

PRIDIE NONAS OCTOBRIS.

TRENITIS, depositio Sanctae Modestae uirginis, & Abbatissae secundae monasterii Sanctae Mariae in Horreo Dagoberti Regis, sanctitate & miraculorum gloria clara.

OCTOBRIS 6.

MODESTAE uirginis] De qua Galestinus, hac die: item & Trittemius de uir. ill. ord. S. Ben. lib. 3. cap. 143. falluntur tamen, cum putant eandem esse cum S. Modesta Abbatisa, de qua die. 4. Nouembris agimus, cuius & mentio habetur in uita S. Gertrudis, cap. 3. quae uixit anno 660. Nostra enim de qua nunc agimus fuit Abbatisa secunda Monasterij Horrei, ut etiam fatetur idem Trittemius loco citato, idque confirmant liber de Monasterijs Germania; & Franciscus Yvannez monachus Hispanus in compendio uir. ill. ord. S. Benedicti; Successitque in regimine S. Irmine Abbatisa, anno Domini 710. ut patet ex eodem Trittemio lib. 3. cap. 13. ubi de S. Irmine agit: quo anno tamen ad sponsum suum migravit, hactenus ignoro.

NONIS OCTOBRIS.

IN Anglia, Sanctae Osthæ uirginis, Reginae, & martyris. Hæc Redualdi Anglorum Orientalium Regis filia, sub cura Sanctae Mo.

Moduuenæ, Abbatissæ Silvæ Arderæ primum tradita, deinde à parentibus Sigeno Saxonum Orientalium Regi desponsata, sed non nupta, tandem Sanctæ Edithæ Abbatissæ, Sororis suæ regimini, in monasterio Ailesburij, se subdens, consecrationem accepit ab Acta & Beduino Episcopis: quo in loco cum tota Deo defixa esset, à Danis Piratis confossa, & capite truncata, illud per stadia ferè traxit usque ad ecclesiam Sanctorum Petri & Pauli miraculosè portanti, & sic per martyrii palmam animam Deo immaculatam reddidit anno Domini sexcentesimo quinquagesimo tertio. In cœnobio Butbacensi apud Frislariam, depositio Sancti Humberti, Prioris illius cœnobii, conuersionis sanctissimæ uiri.

OCTOBRIS 7.

O Sithæ uirginis.] *De ea Galestinus, hac die, Regis eius gestas, & passionem posteritati reliquit Albericus Vcerus Canonicus Regularis, quas adfert Surius Tomo 5. hac die. Agit de eadem Chorogr. Britannia, folio 350. Mater eius fuit Vuildeburga, Pende Merciorum Regis filia. Humberti, Prioris.] Hac die notatur eius natalis à Trittemo, de uir. ill. ord. S. Bened. lib. 3. c. 271. Qui tamen quo tempore claruerit non refert.*

OCTAVO IDVS OCTOBRIS.

A pud Dononitum, solemnitas sanctæ Ragenfredis uirginis, & Abbatissæ. In Vualciodoro, translatio sancti Eloqui Abbatis & confessoris. Patauii, depositio sancti Compagni Prioris, cuius corpus quod penitus incorruptum cernitur, quanti apud Deum sit meriti ostendit.

OCTOBRIS 8.

Ragenfredis uirginis.] *De qua Molanus in addit. ad Vsuariæ, hac die. Fufius uero in indic. SS. Belgij. Fuit filia Aldeberti Comitis Anstrouandiæ, & Regina, neptis Pipini Regis, ac prima Dononij Abbatissæ, secundo milliaro à Valencenis in Hannonia, circa annum 790. Translatio S. Eloqui.] De quo idem Molanus ibidem, & in indiculo. SS. Belgij, hac die. Fufius de eo agemus tertio nonas Decembris in eius depositione.*

Compagni Prioris.] De eodem Tabulæ Camaldulenses, & Angustinus Florent. in hist. Camald. parte 2. lib. 4. cap. 11. hac die. Vitam eius habet Scardeonius in hist. Patauina lib. 2. classe. 6. Iacet Patauy in ecclesia sanctimonialium S. Mariæ de Porcilia, ubi primus Prior fuit, cum hoc elogio.

Hic in capsâ iacent ossa, uel corpus Domini Compagni, primi Prioris Sanctæ Mariæ de Porcilia, qui obiit anno 1264.

SEPTI-

SEPTIMO IDVS OCTOBRIS.

A pud Casinum, Sancti Deusdedit Abbatis, qui a Sicardo tyranno detrusus in carcerem, illic fame & arumnis confectus reddidit spiritum. In Hannonia, Sancti Gisleni episcopi Atheniensis, qui relicto episcopatu monachi uitam in monasterio Sanctorum Petri & Pauli in Cella, a se constructo exercuit, & multis uirtutibus & sanctitate clarus, migravit ad Dominum. Cuius corpus multis post annis de terra, hac item die, eleuatum est. Aquiscincti, obitus Beati Gofuini Abbatis, qui rumores nec audiebat nec referebat libenter. Eodē die Canonizatio Sancti Rodosindi, quondam Compostellani episcopi, per Clementem Papam tertium.

OCTOBRIS 9.

Deusdedit Abbatis.] De eodem Mart. Rom. cum Baronio, hac die. Cuius res gestas referunt Leo Ostiensis, in chron. Casim. lib. 1. cap. 24. Petrus de Sanctis Casinensib. cap. 26. Tritemius de uir. ill. ord. S. Bned. lib. 3. cap. 274. Fuit Abbas illius cœnobij quintusdecimus, ac sedit annos sex incompletè, migravitque à seculo anno Dom. 834.

Gisleni episcopi.] De eodem Mart. Rom. cum Baronio, Molanus in addit. ad Vsuardum, & Galefinius, hac die. Vitam eius ex MS. adfert Sotius Tomo 5. hac die. MS. extat in Cella, siue S. Gisleni oppido & Monasterio, tribus miliaribus à Montibus Hannonie. Ibidem MS. habentur de uita S. Gisleni, Rounerus, uel Reinerus ad Radbodum Abbatem: & Philippus Abbas Bone spei: ac duo diuersi metrici scriptores. Plura de eo idem in indiculo Sanctorum Belgij. Ex Monacho Basiliano, & Archiepiscopo Atheniensi, factus est professor Regula S. Benedicti; uicique temporibus Sanctorum, Amandi, Autberti, Landelini, & aliorum Christi confessorum & monachorum, circa ann. 640.

Cuius corpus &c. eleuatum est) De hac eleuatione agit idem Molanus in addition. ad Vsuardum, hac die. Quo autem tempore contigit ignoro.

Gofuini Abbatis.) De eo idem Molanus loco citato, hac item die. Vita eius eo referente extat in Monasterio Aquiscinctensi per Alexandrum Abbatem eius successorem: & per alium anonymum aliquanto posteriorem. Est autem cœnobium Aquiscinctense non longe à Ciuitate Duacensi situm, percelebre his nostris temporibus ob adificationem Collegij Aquiscinctensis à Reuerendo Patre Domino Ioanne Lentailleur Abbate, in Uniuersitate Duacensi ad Studiosorum commoditatem anno 1570. factum. Illud inhabitant Societatis Iesu Reu. Patres, iuuentutis Collegij moderatores.

Canoni-

Canonizatio S. Rodofindi.] *Hæc Canonizatio bis facta est, semel in Hispania ab Iacinto Cardinale anno 1156. Secundo Roma ab eodem cum iam Papa factus esset Clemensque tertius vocatus, anno Dom. 1194. Pontificatus sui. 5. hac die, vt annotat Morales in hist. Hispan. lib. 16. cap. 36.*

SEXTO IDVS OCTOBRIS.

Eboraci in Britannia, Sancti Paulini episcopi, discipuli beati Gregorij Papæ, qui cum alijs ad prædicandum euangelium illuc ab eo missus, Eduuinum Regem Nordamhumborum, eiusq; populum ad fidem Christi conuertit. Iotro monasterio, Sanctæ Telechildis uirginis & Abbatissæ. Aurelianus, depositio Sancti Geraldii monachi, sanctitate, & abstinentia, ac miraculorum gloria clari. Ipso die, Dedicatio Ordinis Cœlestinorum, ubique locorum præfati Ordinis vna die solenniter celebranda. In Galliis iuxta Aream: Sancti Venanti Eremitæ, & martyris uerè nobilis.

OCTOBRIS IO.

Paulini episcopi.] *De eo Mart. Rom. cum Baronio: Beda, Vrsidus, Ado, Galesinius, Maurolycus, & Felici, hac die. Res eius gestas copiosè describit Beda in hist. Angl. lib. 2. à capite nono inclusiue, ad 21. exclusiue: & lib. 3. cap. 14. in quo eius transitus narratur. Has adferunt Lippomanus Tom. 2. & Surius Tomo 5. hac die. De eodem agunt Petrus in catalogo lib. 9. cap. 44. Trittemius de vir. ill. ord. S. Ben. lib. 2. c. 58. & lib. 4. cap. 53. Polydorus in hist. Angl. lib. 4. & Demochares de sacrif. missæ, Tomo 3. cap. 39. a quo notatur Eboracensis episcopus primus, quem episcopatum administrauit, Beda referente annos, 19. mens. 1. & dies 21. Migravit ex hac uita anno 654.*

Telechildis uirginis.) *De eadem Molanus in addit. ad Vsuarium, hac die. Cætera me latent.*

Geraldii monachi.) *De quo Maurolycus, & Felici, hac die. Viam eius describit Petrus in catalogo lib. 9. c. 45. & hac item die obiisse refert.*

Dedicatio ordinis Cœlestinorum.) *De qua Molanus in addit. ad Vsuarium, & Tabule RR. PP. Cœlestinorum, hac die.*

Venanti Eremitæ.) *De quo Molanus in addit. ad Vsuarium, & in indic. SS. Belgij, hac die. Filius fuit S. Amalbergæ, & occisus est à Legionibus in nemore, ubi vitam religiosam ducebat; Vixit anno 690.*

QUINTO IDVS OCTOBRIS.

In Scotia, Sancti Canici Abbatis. In Anglia, Sanctæ Edilburgæ uirginis, & Abbatissæ, Sororis Sancti Earcunualdi Episcopi, quæ multis uirtutibus & signis refulsit.

OCTOBRIIS II.

CAnici Abbatis.) De eo Mart. Rom. cum Baronio, Galefimus, Man-
robycus, & Felici, hac die. Petrus uero in catalogo lib. 11. cap. ulti-
mo, sequenti. Res eius gestæ hæc tenent me fugerunt.

Edilburgæ) Siue Eihelburgæ, vii Molanus in addit. ad Uuardum,
& Galefimus, legunt, hac die. Vitam eius describit Beda lib. 4. cap. 7. &
9. Errant Molanus & Galefimus, qui caput. 8. lib. 3. citant, ibi enim agit
Beda de alia S. Edelburga Abbatisa cœnobij Brigenfis in Gallia, filia
Anne Anglorum Orientalium Regis. De hac nostra agit & Trittemius
de uir. ill. ord. S. Ben. lib. 3. cap. 120. Fuit Abbatisa Monasterij Berchyn-
genfis ad ripam Thamesis fluminis, anno circiter Dom. 680.

QUARTO IDVS OCTOBRIIS.

EBoraci in Anglia, Natalis Sancti Vuilfridi, eiusdem ciuitatis epi-
scopi & confessoris, admirabilis sanctitatis, & patientiæ uiri.
Luxouij, Sancti Eustasij Abbatis, & Confessoris. In Monasterio
Eiche ad Mosam, depositio Sanctæ Harlindis uirginis & Abbatisæ.
Camalduli, Rodulphi Eremitæ, & quarti Prioris Generalis totius
Ordinis Camaldulensis, miraculis clari.

OCTOBRIIS 12.

Vuilfridi) alias Vuillefridi, & Vualfridi, seu Vuilfredi, de quo Mart.
Rom. cum Baronio, Molanus in addit. & annotat. ad Uuardum, ac
Galefimus, hac die. Res eius gestas comprehendit Beda in hist. Angl.
lib. 3. cap. 28. & lib. 4. cap. 12. & aliquot sequentibus, usque ad 26. Has
referunt Lippomanus Tom. 2. & Surius Tom. 5. Plures alij vitam eius se-
runtur composuisse, primo Heddius Stephanus, Cantia monachus, Acca
Episcopi Haugulstadenfis hortatu, circa annum 720. tum Odo Seuerus
Cantuariæ Episcopus: deinde Fridegodus Cantuariæ Diaconus, qui florue-
runt anno 959 postremo Petrus de Blesis anno 1160. De eodem præte-
rea agunt Petrus in catalogo lib. 11. cap. ultimo, sub corrupto nomine Kil-
fridi. Polydorus in hist. Angl. lib. 4. & nouissime Trittemius de uir. ill. ord.
S. Bened. lib. 3. cap. 170. & lib. 4. cap. 63. Fuit ex Monacho & Abbate
Ripenss cœnobij, quintus Eboracensis Archiepiscopus, ut annotat De-
mochares, de sacrif. missæ, Tom. 3. cap. 89. errat tamen, nam ut ex Mat-
theo. Quest. mon. & Polydoro liquet, secundus Eboracensi ecclesiæ præ-
fuit Episcopus, creatus post longam uacationem anno 664 Obijt ut refert,
Beda in epitome sue historiæ anno Domini 732. sui regiminis 45. Ma-
thæus uero migrasse refert anno Domini 711. cuius opinioni, temporum
rationi magis consentanea libenter subscribo.

Y y Eustasij

Eustasij Abbatis.) De eodem Maurolycus, & Felici hac die. Natus incidit in diem. 29. Martij, & ibi de eo egimus: utrum presens festinus sit ipsius translationis, aut fortè commemorationis, Lectorem quirit.

Harlindis uirginis.) De qua Molanus in Calendario Belgico, & in indic. Sanctorum Belgij, latius hac die. Fuit prima illius loci Abbatissa circa annum Domini 740.

Rodulphi Eremitæ.) De eodem hac die Tabula Camaldulensium. Vitam eius describit Augustinus Florent. in hist. Camald. par. 1. cap. 33. & 66. Obijt, anno Domini 1106. gubernationis sue. 23.

TERTIO IDVS OCTOBRIS.

Vienna in Austria, Sancti Colmani episcopi & martyris: Hic ex monacho Lindisfarnensi, ad eiusdem ciuitatis Episcopatum uocatus, maximam Saxonum multitudinem, & inter reliquos Peadam Regem Merciorum, ex Ethnicismi & Gentilitatis feruitute in Euangelij libertatem uindicauit; demum Britannia relicta, per multas regiones Germaniæ uerbum Dei seminando, & complurimos ad fidem Christianam conuertendo, est peregrinatus, quousque per Austriam rediret, a nonnullis Christi hostibus impie trucidatus, gloriosam martyrij palmam consecutus, ibidem magna populi conueratione colitur. Taronis, depositio Sancti Venantij Abbatis, & Confessoris. Apud Sublacum in Latio, Sanctæ Chelidoniz uirginis, & Abbatissæ. Augustæ uindelicorum, Sancti Simpetri Episcopi & Confessoris; qui Caroli, Magni Imperatoris ex Symphorianæ Sorore Nepos, necnon Autberti Austrasiæ Ducis filius, rebus caducis abiectis, monachus primum Murbacensis, Abbas deinde nouissimè Episcopus Augustanus factus, cum laudabiliter ac utilissimè annis multis ecclesiam sibi commissam gubernasset, miraculè clarus migravit ad Dominum. Eodem die, triumphus Sancti Lamberti episcopi in Steps. Colonia in Monasterio Sanctorum Pantaleonis, Cosinæ & Damiani, inuentio corporis Sancti Maurini, Abbatis & martyris: quod anno Domini incarnationis nongentesimo sexagesimo quarto, dum fundamentum eiusdem Ecclesiæ effoderetur, cum huiusmodi inscriptione repperitum est; Hic requiescunt ossa bonæ memoriæ Maurini, qui in actio ecclesiæ martyrium pertulit, sub die quarto Idus Iunij. Item, Sancti Gerbrandi Confessoris, & primi Abbatis in Floricampo, Ordinis Cisterciensis. Ipso die, Dedicatio Ecclesiæ Monasterij Claraualensis, Ordinis Cisterciensis.

OCTOBRIS 13.

Colmanni Episcopi) De eodem Mart. Rom. cum Baronio, & Calendarium Saltzburgense, hac die. Ioannes Stabius Maximiliani primi Caesaris historicus, huius uitam & martyrium Sapphico carmine egregie depinxit, quod carmen adfertur à Surio Tom. 5. hac die. De eodem præerea agunt Hæctor Boetius de regib. Scotia, lib. 9. in Ferguhardo. 11. Rege. Ioannes Lesleus de reb. gestis Scotorum, lib. 4. in eodem Rege. Petrus Cratepolius de episcopis Germania, & Trittemius de uir. ill. ord. S. Bened. lib. 4. cap. 153, à quibus Colomannus uocatur: & Demochares de sacrif. missæ, Tomo 2. cap. 39. à quo annotatur tertius Lindisarnensis Episcopus: præfuit episcopatu annis tribus, & anno 664. In dila locum suum substituto, ad monasterium suum, primum reuersus est, deinde Euangelij causa in Germania sededens, non longe post occisus est. Ex his auctoribus citatis redarguitur Baronius, qui in notis ad hunc diem, asserit passum anno Domini 1012.

Venantij Abbatis.] De eo Mart. Rom. cum Baronio, Vsuardus, Gallesinus, & Felici, hac die. Maurolycus uero quinto idus, id est, nundisertius. Vitam eius ex cap. 16. Greg. Turon. de uita Patrum, refert Surius hac item die, Tomo 5. Agunt de eodem idem Gregorius de gloria confess. cap. 25. & lib. 10. hist. Franc. cap. 31. in Licinio episcopo: Petrus in catalogo lib. 11. cap. ult. hac die: & Trittemius de uir. ill. ord. S. Ben. lib. 3. cap. 33. Fuit Monachus primum S. Martini Turonensis sub Syluino Abbate, deinde Abbas: floruisseque uidetur anno Domini 560. paulo ante, uel post.

Chelidonia uirginis.] De qua Mart. Rom. cum Baronio, hac die. Acta eius extant MS. in Sacristia Monachorum Sublacensium: Natus est Cellis in Calabria, Abbatissamque egit in Monasterio quodam apud Sublacum, quod nunc à suo nomine S. Chelidonia nominatur.

Simperti Episcopi.] Sine Symberti; De quo idem Molanus in add. ad Vsuardum, hac die. Vitam eius composuit Agilbertus, Prior uocabij Sanctorum Vdalrici & Asæ, in quo requiescit hic Sanctus, tempore Maximiliani primi Imperatoris, quo regnante eleuatus est. Extat MS. Louanij, & alicubi excusa in 4. De eodem agunt Belforescius in sua Cosmographia, in descriptione ciuitatis Augustana: Petrus Cratepolius, de episcopis Germania, & Demochares de sacrif. missæ, Tomo 2. cap. 35. à quo numeratur undecimus illius ciuitatis episcopus. Migravit anno Domini 809. episcopatus sui 30.

Triumphi S. Lamberti.] De quo idem Molanus loco citato; & in indit. SS. Belgij, hac die.

Y y 2 Inuen-

Inuentio corporis S. Maurini.] Cuius meminit idem Molanus ibidem, hac die. Inventionis huius historiam adfert Surius Tomo 3. die 10. Iunii; qua uidelicet martyrio coronatus est, ut eius epitaphium iudicat: composita est autem huiusmodi historia à Stephano monacho anno 900. iussu Christiani Abbatis S. Pantaleonis.

Gerbrandi conf.] Idem Molanus ibidem, huius quoque meminit, hac die. De quo, nil aliud quod dicam inuenio.

Dedicatio Claræuallensis.] Facta est huiusmodi dedicatio anno Domini 1115. ut annotat Cesarius monachus lib. 1. cap. 1. illustrium miraculorum; qui tamen diem retinet, quem produunt Calendaria Clituensis.

PRIDIE IDVS OCTOERIS.

Herbipoli, Sancti Burchardi, primi illius ciuitatis episcopi; quæ licet ex hac uita migrauerit die secunda Februarii, eius tamen festiuitas hac die à fidelibus plenius recolitur. In territorio Bubuacensi, Sanctæ Andragisinae uirginis, & Abbatissæ. Eodem die depositio Sancti Dominici, cognomento Loricati. In latio, Sancti Bernardi confessoris. Ipso die Sancti Patris Cosmæ Hagiopolitani, & poetæ, episcopi Maiumæ.

OCTOBRIS 14.

Burchardi Episcopi.) De quo Mart. Rom. cum Baronio, Molanus in addit. ad Vsuardum, & Galefnius; Calendarium meum Germanicum uero, quinto idus mensis presentis. Vitam eius composuit Egidius Monachus S. Chilianus iuxta Herbipolim, quam adfert Surius Tomo 5. hac die. Agunt de eodem, sed. 6. idus Octobris, Tritemius de vit. ill. ord. S. Ben. lib. 3. c. 186. & lib. 4. cap. 184. & in chron. Hirsingæ Petrus Cratepolius de episcopis Germaniæ. Belforestius in Cosmogonia catalogo episcoporum Herbipolensium, & Demochares de sacrif. m. Tom. 2. cap. 35. fusè satis. Plura de eodem habentur in uita S. Burchardi apud Surius Tomo 3. Ex monacho Mûschellæ in Anglia, factus est secundus Herbipolensis Episcopus, à S. Chiliano, anno Domini 771. consecratus à Rom. Pont. Zacharia; presuit prudentissimè annis 40. Obiitque in cænobio Hohemburgo, quod ipse construxerat, anno 791. die secundo Februarii. Quare autem eius festiuitas hac die solennitè recolatur, adhuc minimè cognoscere potui.

Andragisinae uirginis.] Sive Angadrisinæ, uel Angadrisinæ; De qua Molanus in addit. ad Vsuardum, hac die. De ea latius egimus die 6. Aprilis, qua reponitur à Tritemio.

Domi-

Dominici Loricati.) *De eodem Mart. Rom. cum Baronio; & Molanus, in addit. ad Vsuardum, hac die. Vitam eius scripsit S. Petrus Damianus Cardinalis, ad Alexandrum Papam Secundum, quam adfert Surnas Tom. 5. hac die. Floruit anno 1050.*

Bernardi conf.) *De quo idem Mart. Rom. cum Baronio, hac die. Quirres eius gestas, MS. extare refert.*

Colmæ Hagiopolitani.) *De eodem Molanus in addit. ad Vsuardum, hac die. Plura de eo in uita S. Ioannis Damasceni apud Surium Tom. 3. die 6. Maij. Fuit natione Italus & Abbas S. Sabæ iuxta Hierusalem, magister, & nutricius eiusdem S. Ioannis Damasceni, circa annum Domini 700. Felici de eodem die sequenti.*

IDIBVS OCTOBRIS.

IN Prussia, Sancti Brunonis episcopi Ruthenorum & martyris, qui euangelium in ea regione prædicans, ab impijs tentus, manibus, pedibusque præcisus, capite truncatus est. In Germania, Sanctæ Teclæ Abbatissæ, quæ à Sancto Bonifacio vocata ex Anglia, & Virginitibus præfecta, sanctitate conspicua quieuit in pace. Vigornia in Anglia, translatio Sancti Osualdi episcopi & confessoris, miraculis clari. Cracouia, depositio Sanctæ Heduuigis Ducissæ Silesiæ, ordinis Cisterciensis sanctimonialis, & uidua: quæ pauperum obsequio dedita, etiam miraculis claruit; quam & Clemens Papa quartus catalogo Sanctorum adscripsit. In territorio Remensi, translatio Sancti Basoli Abbatis & confessoris, quæ facta est ab Hincmaro Archiepiscopo, uiro uenerabili.

OCTOBRIS 15.

BRunonis Episcopi.) *De eodem Mart. Rom. cum Baronio; & Molanus in addit. ad Vsuardum, hac die. De eodem agunt Petrus Cratopolus de episcopis Germaniæ, Trittemius de uir. ill. ord. S. Ben. lib. 2. cap. 85. lib. 3. cap. 230. & lib. 4. cap. 116. & in lib. de scriptoribus ecclesiasticis. Albertus Crantzius Metropolis lib. 4. cap. 3. & hist. Saxon. lib. 4. cap. 28. Fuit ex Illustri Baronum de Quersfurt Stemmata procreatus (ideoque notatur Trittemius in lib. de scriptor. eccles. qui eum Italum facit) & Monachus Magdeburgensis (non autem Casinensis, ut malè habet Sixtus Senensis lib. 4. Bibliothecæ Sanctæ, qui & ipse in eodem, quo Trittemius, quem ipse sequitur, errore versatur) deinde Archiepiscopus Ruthenorum, qui martyrio coronatus est anno Domini 1008. Resiqua de eodem uidero in Annotationibus nostris ad Archiepiscopos Ruthenorum, lib. 2. cap. 30.*

Y y 3 Teclæ

Teclæ Abbatissæ.) De qua Mart. Rom. cum Baronio, hac die. Eius quoque fit mentio in uita S. Bonifacii episcopi apud Surium Tom. 3. die. 5. Junij. & apud Trittemium de uir. ill. ord. S. Ben. lib. 3. cap. 172. Fuit Abbatissa Erzingensis circa annum Domini 740.

Translatio S. Ofualdi Episcopi.) De ea Molanus in addit. ad Vsuardum, & Galefinius, hac die. Senatus Brauonius Vuigornie monachus anno 1170. uitam eius descripsit, quam adfert Surius hac die Tom. 5. Ad præterea de eodem Polydorus in histor. Angl. lib. 6. & 7. Trittemius de uir. ill. ord. S. Bened. lib. 3. cap. 227. & lib. 4. c. 101. ubi typographorum in- aduertentia, pro Vuigornienſi, dictio Vuintonienſis irrepſit. Fuit primus monachus Floriacensis in Gallia, deinde Vuigornienſis Episcopus; postremo Archiepiscopus Eboracensis decimus nonus; obiit anno Domini 972. postestatis suæ 21. die 28. Februarii. Hac die postmodum translatus.

Hedunigis Ducissæ.) De eadem Mart. Rom. cum Baronio; & Molanus in addit. ad Vsuardum, hac die. Calendarium autem meum Germanicum, die sequenti. Res eius gestas recensent Surius Tom. 5. hac die; & Martinus Cromerus in hist. Polon. lib. 7. Cronica cronicarum. & Petrus Cratepolius de episcopis Germaniæ; & alii. Fuit filia Bertholdi Ducis Meraniæ, Carinthiæ, & Istriæ, & uxor Henrici Barbatii Silesiæ Ducis, post cuius obitum, una cum filia sua S. Gertrude, uiam monasticam professæ est in cœnobio Trebnicensi, in honorem S. Mariæ, & S. Bartholomæi Apostoli consecrato, anno 1219. obiitque anno 1243. Auctori- tate quam adfert Surius est Engelbertus monachus ord. Cisterc.

Catalogo Sanctorum adscripsit.) Hæc Canonizatio in eius uita facta refertur hac die anno 1267. à Clemente quarto. Petrus Cratepolius uero celebratam dicit septimo Cal. Septembris, sed tunc est eius Translatio.

Translatio S. Baloli.) De hac Molanus in addit. ad Vsuardum, hac die. Agemus nos de eo sexto Calendas Decembris.

DECIMOSEPTIMO CALEND. NOVEMBRIS

IN Derno Monasterio, Sancti Bercharii Abbatis, & martyris; cuius sepulchrum longo tempore oleum scaturire uisum est, cunctis infirmitate depressis saluberrimum. In Alemania apud Arbonam, depositio Sancti Galli Abbatis & confessoris, miræ sanctitatis uir, discipuli beati Columbani. Moguntia, natalis Sancti Lulli, Archiepiscopi & confessoris, qui Bonifacio martyri, digne succedere meruit. In monte Falconis, beatissimi Baldrici Monachi & confessoris, cuius uita crebris miraculis declaratur. Ciuitate Nouema, Sancti Mommelini Episcopi & confessoris. Duaci, trasitus Sancti

Sancti Gurdii Eremitæ & confessoris, qui requiescit in ecclesia
Sancti Amari.

OCTOBRIS 6.

Becharii Abbatis.) De quo Mart. Rom. cum Baronio; & Molanus
in addit. ad Vsuardum, hac die. Vitam eius composuit Vincentius in
Speculo lib. 23. cap. 114. & 115. hanc adfert Surius, hac die, Tom. 5.
citat tamen librum. 24. Vincentii, quod facit & Baronius in notis huius
diei; errare tantos viros in hac citatione dicere non ausim, scio tamen hu-
ius Sancti res gestas, in exemplari meo Venetiis anno 1590. apud Nico-
lum excuso, reperiri lib. 23. citato, & non 24. De eodem agunt Petrus
in catalogo, lib. 8. cap. 22. & Tritemius de vir. illust. ordin. Sancti Bened.
lib. 3. cap. 109. Reponitur à Maurolyco, Petro, & Felici, die Calen-
datum Septembris. Ex Monacho Luxoviensi, & discipulo Sancto-
rum Nivardi, & Eustasii, factus est primus Abbas Altiullarensis,
& martyrio coronatus est anno Domini 661. ut annotat Sigebertus in
Chronico.

Galli Abbatis.) De eodem Mart. Rom. cum Baronio; Vsuardus,
Ado, Galefinius, Maurolycus, & Felici, hac die. Vita composita
est à Vualafrido Strabone Abbate Augiensi, quæ adfertur à Surio, hac
die, Tomo 5. Eandem postea metricè composuit idem Vualafridus, qui
floruit anno 840. Agunt & de eo Petrus in catalogo lib. 9. cap. 72. Trit-
emius de vir. illust. ordin. S. Bened. lib. 3. cap. 76. Ioannes Lesleus. de reb.
gesti. Scotor. lib. 4. in Chenneto Rege. Mōbrūtius to. 2. Hermanus cōtractus
in Chron. ad an. 631. & Petrus Cratepolius de episcopis Germaniæ. Plu-
ra item de eodem reperies in vita Sanctorum Columbani Abbatis, &
Barthardi episcopi, lib. 2. cap. 2. apud Surium Tomo 5. & 6. aliisque
pluribus in locis. Migravit ex hac vita anno 640. etatis sue. 95.

Lulli Archiepiscopi.) De quo Mart. Rom. cum Baronio; Ado,
Molanus loco citato, & Galefinius, hac die. Vitam eius ex breuiario
Moguntino adfert Surius Tomo 5. hac die, De eodem agunt Vincen-
tius in Speculo lib. 23. capit. 157. Hermanus in chron. ad annum 754.
Tritemius de vir. illust. ord. S. Ben. lib. 3. cap. 193. & lib. 4. cap. 78. & in
chron. Hirsaugie. & Demochares de sacrif. missæ, Tomo 2. cap. 34. à quo
numeratur 18. eius sedis Episcopus, Archiepiscopus vero 2. Migravit
ex hac vita anno 787. regiminis sui. 32. Vocatur à Crantzio Saxon.
lib. 2. cap. 15. Lullo.

Baldrici monachi.) De eodem Molanus in addit. ad Vsuardum, hac
die; & Tritem. de vir. illust. ord. S. Ben. lib. 3. c. 152. Fuit monachus Mon-
tis Falconis, sed quo tempore non proditur.

Mommoleni episcopi] *Sive Mummoleni, de quo idem Molanus ibidem, & Galestinus, hac die. Fuit ex monacho Luxoviensi. 21. Nouembris episcopus. ut notatur à Trittemio de vir. ill. ord. S. Ben. lib. 3. c. 106. & lib. 4. ca. 161. & Demochare de sacrif. missæ, Tom. 2. cap. 15. qui ait profuisse an. 26. & migrasse hac die anno 691. Agit de eo, & Molanus in indic. Sanctorum Belgij.*

Gurdielli Eremitæ] *Sive Gordiani; cuius meminit Molanus in addit. ad Usuardum, & in indic. SS. Belgij, hac die. Vitam monasticam sive Eremiticam egit in ea Insula, quæ nunc est Aquisinclum canobium, quod sibi datum est à Sichero anno 1079.*

DECIMOSEXTO CALEND. NOVEMBRIS.

Constantinopoli, Sancti Andreae Cretensis monachi, qui ob cultum sacrarum Imaginum, sub Constantino Copronymo sæpius uerberatus, dum al locum supplicij raptaretur, in uia amputato altero pede, reddidit spiritum, & innumeris postea miraculis claruit. Lauduno clauato, natale Sanctæ & Illustrissimæ Austrudis, uirginis & Abbatissæ, quæ ab ipsis infantia rudimentis, mira Dei gratia prædita, etiam uirtutibus, ac miraculis gloriosa, migravit ad Christum. Ipso die. Dedicatio Ecclesiæ Monasterij Cisterciensis, & Ordinis.

OCTOBRIS 17.

Andreae Cretensis] *De quo Mart. Rom. cum Baronio; & Molanus in addit. ad Usuardum, hac die. Auctores qui res eius gestas sequuntur, uide apud Baronium in notis ad hunc diem.*

Austrudis uirginis] *De ea Molanus loco citato, hac die: quo tamen tempore claruerit adhuc me latet.*

Dedicatio ecclesiæ] *Facta legitur hac ecclesiæ, & Ordinis Dedicatio anno Domini 1098. ab Hugone Lingonensi Episcopo, & Apostolicæ sedis legato, ut scribit Casarius monachus lib. 1. cap. 1. illust. miraculorum. Calendaria Cisterciensia diem nobis subministrarunt.*

DECIMOQVINTO CALEND. NOVEMBRIS.

Andegauis, Sancti Herblandi Abbatis. In Britannia, translatus Sancti Brioci episcopi & confessoris, quando sacrum eius corpus ex Andegauo, ubi obierat, ad suam sedem relatum est. In territorio Leodiensi, passio Sancti Mononis Eremitæ, & monachi, à Leotronibus occisi, magnæ sanctitatis uiri.

OCTOBRIS 18.

Herblandi Abbatis] *De quo Molanus in addit. ad Usuardum, hac die. Maurolycus item & Felici, qui Hermelandrum legunt. Verum autem sit ille Hermelandus, de quo egimus die. 25. Martij, adhuc ignotum. Transla-*

Translatio S. Brioci.) *Quam annotat hac die Robertus Cenalis de re Gallica lib. 2. peiroche. 6. factamque ait anno Domini 1110. Tumuli eius inscriptio hæc erat. Hic iacet corpus beatissimi confessoris Brioci in Britannia episcopi; quod Hylispodius Rex Britannorum ad suam Basilicam deponendum curauit.*

Mononis.) *Huius martyrium adfert Mosander ex MS. Tomo 7. Suri hac die. Fuit natione Scotus, & vitam Eremiticam duxit in territorio Leodiensi, anno Domini circiter 640.*

DECIMO QUARTO CALEND. NOVEMBERIS.

IN Hibernia, Sancti Ethbini Abbatis Neftenensis, discipuli Sancti Similiani. Oxoniæ, Sanctæ Fridesuudæ uirginis; hanc cum Algarus Princeps, qui eius nuptias ambibat, ad stuprum raptaret, non sine euidenti miraculo, oculis captus est, uerum mox uirgo suis precibus Deum Algaro placauit, qui rursus uidere cœpit. Duaci translatio Sancti Amati episcopi & confessoris. Eodem die, Sancti Amabilis Abbatis Aruernensis & confessoris, qui obiit Calendis Nouembris, sed eius festiuitas hac die plenius recolitur. In cœnobio Epternaco, translatio Sancti Vuillibrordi episcopi & confessoris.

OCTOBRIS 19.

Ethbini Abbatis.) *De eodem Mart. Rom. cum Baronio: Molanus in addit. ad Vsuardum, Maurolycus, & Felici, hac die. Vitam eius ab incerto adfert Surius Tomo 5. Agunt de eo Vincentius in Speculo lib. 21. cap. 114. & 115. Petrus in catalogo lib. 9. cap. 84. & Tritemius de uir. ill. ord. S. Bened. lib. 3. cap. 44. Fuit monachus & Abbas cœnobij Tauraci in Silua Neftenensi, circa annum Domini 610. obiitque anno etatis sue 83.*

Fridesuudæ uirginis.) *Alijs Fridesuudæ; de qua iudem Baronius, & Molanus, hac die. De eadem agunt Polydorus in hist. Angl. lib. 5. & Britanniæ Chorog. fol. 288. Fuit filia Didani Ducis, & concepto uoto sanctimonialis sit Oxoniensis, circa annum Dom 730.*

Translatio S. Amati.] *De qua Molanus in addit. ad Vsuardum, & in indic. Sanctorum Belgij, hac die.*

Amabilis Abbatis.] *Huius uitam ab incerto, adfert Surius Tomo 5. hac die. Eius & meminit Gregorius Turonens. de gloria confess. cap. 33.*

Translatio Sancti Vuillibrordi.) *De qua Molanus in indic. Sanctorum Belgij, hac die. Quo uero tempore facta sit non memorat.*

DECIMOTERTIO CAL. NOVEMBRIS.

IN pago Remensi, depositio Sancti Sindulphi confessoris; cuius uita, quam fuerit Deo accepta, testantur ipsius miracula. In Monasterio Toleiensi, depositio Sancti Vendelini Abbatis, qui cum esset Scotorum Regis filius, regno paterno posthabito, Christo, regi regi seruiens uitam suam regularibus disciplinis supposuit, & ob præclaras animi dotes Fratribus Abbas datus, miraculis clarus in pace quieuit. Gneznæ in Polonia, translatio Sancti Adalberti Episcopi & martyris, ex cœnobio Tremesniensi ad eam ciuitatem.

OCTOBRIS 20.

Sindulphi conf.] De quo Mart. Rom. cū Baronio. & Molanus in Add. ad Vsuardum hac die. Vitam eius composuit Alemannus Altmullartensi Monachus, ut refert Sigebertus cap. 99. de uir. illustribus. Agit de eodem Tritemius de uir. ill. Ord. S. Ben. lib. 3. c. 46. Fuit discipulus S. Basili Abbatis Remensis, anno circiter Domini 600. aut paulo amplius.

Vendelini Abbatis] Sive Vuendelini; cuius meminit Molanus loco citato, & cal. germ. hac die. Vitam eius sub compendio describit Petrus Cretepolius de Episcopis Germaniæ, sed quo claruerit tempore nō refert. Probat tamen illud Franciscus Irenicus, lib. 11. germ. exegesis cum ait discipulum fuisse Sancti Pirminij Abbatis qui floruit anno 720. & Abbatem primum illius cœnobij. De eo egimus in tractatu de filijs Regum, ad Monachismum conuersis. Molanus confessorē fuisse narrat, & forsit an esset Sanctus Vandelinus Monachus Treuirenſis Frater S. Arnulphi metropolitani Episcopi, de quo agit Franc. de Roſieres Tomo 3. stem. Loth. Hist. cap. 41. & Tritemius de uir. ill. Ord. S. Ben. lib. 3. c. 79. qui floruit anno 620.

Translatio S. Adalberti] Hac die factam refert Matthias de Mechoiua rerū Polonicarū, lib. 2. c. 8. De eadem agit Martinus Cromerus de reb. Polonię, lib. 3. in Boleslao primo Rege. & Baronius ad nonū cal. Martij.

DVODECIMO CAL. NOVEMB.

Birce, Sancti Vuimonis Bremensis Episcopi, qui Gothis uerbis Dei prædicauit. Casini, depositio Sancti Gebizonis Monachi, miraculis clari. In agro Turonensi, Sancti Vulfi conuersi, conuersarii Sanctissimæ uiri. Eodē die in Sithiu, inuentio Sancti Audomari Episcopi Morinensis, & confessoris. In cœnobio Fontanella, Sancti Cadedi Monachi, cuius corpus ibidem magna cum deuotione ueneratur. Ipso die, Sancti Bertholdi Episcopi & martyris, Ordinis Cilleciensis, & Liunorum Apostoli.

OCTOBRIS 21.

Vimonis] De quo Molanus in Add. ad Vsuardum, hac die. Sigebertus

bertus Monachus Corbeiensis, ac S. Vnimonis discipulus, & in Gothia comes gemino stylo vitam eius descripsit, Metro. scilicet & Prosa: ut testatur Trittemius in chronico Hirsaugia. De eodem agunt Albertus Crantzio in Metrop. Saxon. lib. 3. c. 5. 6. & 16. Helmoldus in chron. Slavorum lib. 1. c. 6. & 8. Demochares de Sacrificiis Tomo 2. c. 38. a quibus Vnimo vocatur, & Trittemius de vir. ill. Ord. S. Ben. lib. 3. c. 216. & lib. 4. c. 95. a quo nunc Vnimo, aliquando uero Vimo appellatur, constituiturq; ab omnibus sextus Bremensis Archiepiscopus, ad quam sedem, ex Monasterio Corbeio Saxonie, in quo vitam Monasticam professus fuerat, ascendit, sedique annos 16. ac Birca totius Gothie & Suedie Metropoli ex hac uita migravit anno 936. ut recte, cum Crantzio, & alijs, annotat Albertus Abbas Stadenfis in chronico ad eum annum. Animaduertendus est lector quod quamuis Trittemius lib. 3. citato, Bremensem hunc episcopum in ordine Nonum constituat; & lib. 4. Sextum ei locum tribuat; in hoc tamen erroris non esse redarguendum, ibi enim de Episcopatu agit, quem nono loco administravit uere, si tres priores Uvillehadum scilicet, Vuillicum, & Lendericū, qui Bremensem ecclesiam sub Episcopi nomine gubernarunt ante quam illa sedes Archiepiscopalis fieret, connumerauimus: hic uero de Archiepiscopatu, cui sexto loco ab Anshario preffuit.

Gebizonis Monachi] Huius uitam composuit Petrus Diaconus, quae extat in lib. de ortu & uita iustorum montis Casini. cap. 62. ex qua, hac die migrasse cognouimus.

Vulfi conuersi] Tabule Benedictinorum, Surio referente qui eius uitam ex lib. 8. c. 15. Gregorij Tur. Hist. Franc. adfert, To. 5. & 7. huius natalem reponunt, hac item die fuit discipulus S. Aredij Abbatis.

Inuentio S. Audomari] De qua Molanus in Addit. ad Vsuardum, hac die. Reliqua uide in eius natali die 9. Septembris.

Candedi monachi] Cuius natalem, hac die annotat Trittemius de vir. ill. Ord. S. Ben. lib. 3. c. 269. Sed tempus quo uixit reticet.

Bertholdi Episcopi] Ex quodam Calendario MS. huius natalem, hac die, annotant. De eodem, eiusque predicatione, & martyrio agunt Belforinus in cosmographia in Liuonia descriptione; Crantzio metropolis lib. 7. c. 14. & Petrus Cratepolius de Episcopis Germanie. Cæsus est ab infidelibus circa annum 1180. Fuit & alius eiusdem nominis Comes tempore Caroli magni Imp. qui uitam Monasticam duxisse fertur in monte Ezelio; deinde Eremiticam in opaco nemore in Heluetijs, apud Fontem, qui nostræ Domine uocatur, ubi demum a duob. latronibus interfectus est anno D. 863. ut refert Petrus Cratep. de Episcop. Germanie. Corpus eius in Monasterio Einsidelenfi sepultum, usque in hodiernum diem miraculis refulget.

V NDECIMO CAL. NOVEMBRIS

IN urbe Gabalitana, Sancti Lupentij Abbatis Basilicæ Sancti Priluatii, & martyris. Casini, Sancti Bertharii Abbatis, & martyris; Hic pericula Monasterio imminenti contemplatus, Monasterium superius muris, turribusq; firmissimis in modum castelli munivit: atq; oppidum ad crepidinem montis, circa Monasterium Domini saluatoris instituit, quod Sancti Benedicti ciuitatem uocauit. In quo monasterio à Saracenis, qui Garilianum tenebant, ad aram beati Martini, dum sacrificium & hostiam Deo offerret, factus est ipse hostia Christi, crudelissimè mactatus, cum aliis pluribus Monachis. Et hoc mirabile dictu, quod dum Saraceni totum Monasterium deuastantes incendere conarentur, ad probandam gloriosi martyris Bertharii merita præclara, & insigne ipsius martyrium, perficere minime potuerunt, nè gloriosi martyris corpus nondum humatum iniuriæ pateret.

O C T O B R I S 22.

Lupentii Abbatis) De quo Molanus in *Addit. ad Vsuardum*, hac die. *Eius res gestas prosequitur Gregorius Turon. in histor. Franc. libro 6. capit. 37. quas adfert Mosander in tomo 7. Suriij, hac item die. Occisus est iubente Brunichilde Regina, circa annum 580. paulo ante vel post.*

Bertharii Abbatis) *Tabule Casinenses de eodem agunt, hac die. Vita eius extat Casini MS. tali exordio, Tempore quo sacrum Imperium Res item eius gestas prosequuntur Leo Ostiensis in Chron. Casinens. lib. 1. à cap. 35. inclusiuè, ad 48. exclusiuè. Petrus Diaconus de Sanctis montis Casini, cap. 27. & in lib. de vir. ill. eiusdem cœnobij, cap. 12. Tristenius de vir. ill. ord. S. Bened. lib. 2. cap. 72. & lib. 3. cap. 321. & libro de Scrip. Eccles. & Carolus Sigonius de Regno Italiae, lib. 5. fuit natione Gallus, ex regio stimate, successitq; Basacio Abbati, decimus nonus in ordine, an. 857. presuit an. 27. mens. 7. Martyrio coronatus est an. Domini 884. Eius corpus iacet in sacello suo nomini sacro in dextera Ecclesie parte. Doctissimus cum esset multa opera posteritati reliquit, quorum indicem reperies in catalogo Abbatum Casinensium.*

D E C I M O C A L. N O V E M B R I S.

IN Pago Pictauiensi, S. Benedicti cōfessoris. In uilla Amania, super fluium Mosæ, natalis Sanctæ Odæ uiduæ, amitæ S. Huberti Episcopi. Elnone, restitutio corporis S. Amandi, Epi, & confessoris.

O C T O B R I S 23.

Benedicti) De quo Mart. Rom. cum Baronio, *Vsuardus, Mauricius, & Felici, hac die.*

Odæ

Odæ uidetur) De ea Molanus in *Addit. ad Vsuardum*, & in *indiculo Sanctorum Belgii* latius, hac die. Agit de eadem Franciscus de Rosieres, *tom. 3. stemmatum Lotharingæ, historia capitali, 47.* fuit filia Gunzonis *ducis Ducis & vxor Arnoldi, siue Anchisis, agnomento Buggisi, Austrasie Ducis, siue ut Molano placet, Childeberti Regis Franciæ, sororq; Dagoberti, & mater Sanctorum, Arnulphi Episcopi Metensis, Modoaldi, & Ferreoli Episcoporum, Vandelini Monachi, ac Sanctarum Afræ & Seueræ Abbatissarum. Vitam cœnobialem egit, viro defuncto, Amanij prope Herym oppidum Leodiense, vbi quiescit in Ecclesia collegiata sui nominis. Floruit anno Domini 590.*

Relictorio S. Amandi) De eadem Molanus in *Addit. ad Vsuardum*, hac die. Reliqua uide in eius natali die 6. Februarij.

NONO CAL. NOVEMBRIS.

Verrano Monasterio, Sancti Martini Abbatis. In Campania Sancti Marci Monachi, & Solitarii, cuius præclara opera S. Gregorius scripsit. In Britannia minori transitus Sancti Maglorii Episcopi, & confessoris, cuius corpus honoratur & colitur in cœnobio Digni Maglorij, ciuitate Parisijs. In territorio Turonico, castro Lucas, Sancti Senoch Abbatis, & confessoris.

OCTOBRIS 24.

Martini Abbatis) De quo *Mart. Rom. cum Baronio: Vsuardus, Galestinus, Maurolycus, & Felici*, hac die. Ado verò ad quintū idus Decembris. Baronius hunc agnoscit pro eo de quo loquitur Gregorius Turon. de glor. confess. c. 57.

Marci Monachi) De quo *Mart. Rom. cum Baronio*, hac die, agunt, & de eodem sub nomine Martini, Petrus in catalogo, lib. 9. c. 102. Galestinus, Maurolycus, & Felici, qui Imp. Iustini senioris temporibus floruisse scribunt, eumq; faciunt, cuius memoria est apud S. Gregorium, dialog. libr. 3. cap. 16. qui tamen à Baronio non Martinus sed Marcius, hac die vocatur, & rectè: loquitur enim Gregorius de Marcio, qui in monte Marsico vitam solitariam duxit; corrigendi igitur ueniunt præfati auctores Petrus, & alij, & loco nominis Martini in eorum libris Marcius reponendum. Eius, & meminit Petrus Diaconus de SS. montis Casini, c. 4. sed sub Martini nomine, in quo emendandus uenit.

Maglorii Episcopi) De eodem *Mart. Rom. cum Baronio; Molanus in Addit. ad Vsuardum, Galestinus, Maurolycus, & Felici*, hac die. Eius uitã habet Surius ex *MS. hac die. Agunt de eodẽ Vincentius in Speculo, lib. 21. cap. 121. Trittemius de uir. ill. ord. S. Bened. libr. 3. c. 50. & lib. 4. cap. 47. Demochares de sacrific. Missæ, Tom. 2. c. 23. Robertus Cœnalis de re Gallica,*

lica, lib. 2. perioche 6. à quibus numeratur secundus Dolensis Episcopus, et Monacho, & Abbate Dolense ad eam sedem gubernandam assumptus circa annum Domini 612. Sigebertus in Chronico agit de eodem ad annum 566. & Petrus in Catalogo, lib. 9. cap. 103. à quo Maior vocatus, quo nomine decepti Maurolycus, & Felici duos diuersos, pro uno, confiterentur, arbitrati ex nominum Maiorij, & Maglorij, varietate, personas ipsas fuisse varias.

Senoch Abbatis) De quo Molanus in Addit. ad Vsuardum, hac die Maurolycus item, & Felici, sed sub Enoch nomine. Gregorius Turon. de gloria confess. c. 25. & de vita patrum. cap. 25. eius vitam describit, quam adfert Surius, Tom. 5. hac die. Fuit Abbas Turonensis territorij, ut refert Tritemius de vir. illust. ord. S. Bened. libr. 3. cap. 34. vixitq. anno 580. & anno etatis 40. diem obiit.

OCTAVO CAL. NOVEMBRIS.

Beuriga, Ambitaco Monasterio, Sancti Dulcardi confessoris. Eodem die Sanctæ Hildemarchæ Abbatis, miraculis claræ. Item, Translatio secunda reliquiarum Sancti Othmari Abbatis, facta anno octingentesimo sexagesimo quarto, à Salomone Constantiensis Episcopo. In Monasterio Hirsaugiensi, depositio Sancti Ruthardi Monachi, sanctitate conspicui.

OCTOBRIS 25.

Dulcardi) De quo Molanus in Addit. ad Vsuardum, hac die: *etiam in men res geste me latent.*

Hildemarchæ Abbatis) Hac die obiisse, refert auctor vitæ S. Vindregisili Abbatis apud Surium, Tomo 4. die 22. Iulij: ubi eius vita summatim describitur.

Translatio Secunda) Vualafrius Abbas in vita S. Othmari Abbatis, cap. 5. apud Surium, Tom. 6. die 16. Nouembris, hac die restat scriptam, eodem quo taxauimus anno.

Ruthardi Monachi) Huius natalis, hac die reponitur à Tritemio in Chronico Hirsaugiæ; eumq. obiisse asserit anno 865.

SEPTIMO CAL. NOVEMBRIS.

Frislarij, Sancti Aluini Episcopi, & confessoris, qui multos rebo. & exemplo, populos, ad Christi adduxit. ouile. Traiecti, ordinatio Episcopatus Sancti Amandi: & Elnoye ex nobio, translatio corporis ipsius ab Ecclesia Sancti Petri & Pauli, in Basilicam Sancti Stephani prothomartyris, agente beato Eligio Pontifice, atque Dedicatio eiusdem Basilicæ. Laubijs, eleuatio Sancti Erenni Episcopi.

OCTO

OCTOBRIS 26.

Albini Episcopi) Cuius natalem, hac die, annotat Tritemius de vir. ill. ora. S. Bened. lib. 3. cap. 267. agit. & de eo, lib. 4. capit. 190. Fuit ex Monacho Huensis insule, primus Frislarvensis Episcopus in opido Burbach; qui Episcopatus iam dudum esse desit. Vocatur ab eodem Tritemio Apostolus Thuringorum.

Ordinatio, Translatio, Dedicatio, S. Amandi: & Elevation S. Ermini) De his omnibus Molanus in Additionibus ad Usuardum, hac die: in quorum nataliis, eorum res gestas sumus latius prosequuti.

SEXTO CALEN. NOVEMBRIS.

Enone, commemoratio ordinationis Sancti Amandi Episcopi, que licet die precedenti, sicut & translatio corporis, & ecclesie dedicatio facta fuisset, tamen hac die specialius recolitur. Eodem die Marcianis, elevation corporum, Sanctarum Eusebie virginis, & Gertrudis Abbatissarum. In Blandinio, aduentus corporis Sanctissime virginis Christi Amalbergæ. In Monasterio Hydruntino, obitus beati Vuerdini Abbatis, prophetie spiritu clarissimo.

OCTOBRIS 27.

Commemoratio ordinationis) De qua Molanus in Additio. ad Usuardum, hac die. Elevation Eusebie) De eadem Molanus ibidem, hac die, quam tamen in indiculo SS. Belgij, factam ait die 4. cal. Decembris.

Gertrudis) Eius meminit idem Molanus ibidem; & in indiculo Sanctorum Belgij, hac item die. Natalis incidit in diem sextum Decembris, de qua tunc agemus.

Aduentus corporis S. Amalbergæ) De quo Molanus, ibidem, hac die. Facta est autem huiusmodi translatio, à Raymelino Tornacensi Episcopo, ex Tempelca canobio, ad civitatem Gandavensem, procurante Balduino Ferro, Flandrie Comite, anno 870. ut annotat Meyerus, libro secundo Annal. Flandrie.

Vuerdini Abbatis) Sive ut alij legunt Tubertini, cuius obitus notatur hac die in Prophetia sua, in eius sepulchro reperta, quam recitat D. M. Jan Jovius, Doctorem Frisus in mercurio suo Gallobelgico, an. 1594. Colonia excuso, libro 6. Que fuerit hæc eius prophetia, & qua occasione inuenta sequenti R. P. Pauli Cosentini Abbatis Epistola ad Principem Bisignanum scripta clarè cognoscetur.

Copia d'una lettera dell'Abbate P. Paulo di Cosenza

al Principe di Bisignano.

Vilitando io la mia Abbatia, come V. E. sà, posta sopra quell'ame-
no colle, mi uenne vn desiderio grande, di far accommodar,

& abbellir la Chiesa d'essa Abbazia, se bē le site antichità me nē dō
 suadeuano, poiche è tenuta per esse la piu antica Chiesa della Dio-
 cese di Colenza, & doppo molti pensieri contrarij, mi sono finalmē
 te risoluto di farla accommodar, massime, che minacciaua ruina uer-
 so il Cimiterio, uicino alla Cappella di S. Marco, ma questo non è
 stato mio pensiero, ma prouidenza Diuina, poiche s'è scoperta una
 cosa mirabile, come V. E. intenderà; Cauando li muratori nel Ci-
 miterio, per fondare un barbacane, come dicono, trouorono, da una
 braccia sotto terra, una sepoltura latericia, fabricata artificiosamen-
 te, che mostraua d'esser antichissima, subito il capo maestro uenue
 à ritrouarmi, e dirmi questo fatto, desiderando hauer ordine da me
 di quanto douea fare: era meco allhora il Sig. Pietro Antonio Ga-
 dino, il qual subito leuato in piedi m'inuitò per ueder questo sepol-
 chro d'andar al Cimiterio, andammo di compagnia col segretario
 mio, & il Capellano mio, & un cameriere; & facemmo chiamar l'Ab-
 bato Angelo, Vicario de' Monaci ch'officiano in questa Chiesa: Iui face-
 mo cauare nel Cimiterio il terreno in cerchio al detto sepolchro in
 modo che restò tutto scoperto, era, come s'è detto, latericio, fabrica-
 to sopra quattro base pure latericie, & era longo diciotto palmi,
 alto & largo otto, con alcuni ornamenti di marmo profilato; il co-
 perchio era accommodato in uolta; cercammoui un pezzo se u'ap-
 pariua alcune lettere, ma non se ne uidde mai alcuna, erano però
 nelle base alcuni quadri, ne quali erano scolpite le Croci, & i Mitre-
 ri della Passione, & in una apparua un bastone pastorale, ma non li
 discernuano niente, ò poco, si che giudicassimo, che u' fusse stato
 sepolto qualche Vescouo. Io feci aprire, ma modestamente, & apere-
 to s'inuitò un poco di poluere, uedessimo, che iui era sepolto un co-
 dauero disfatto, cioè, senza carne, ma u' eran l'osse intere con i co-
 pelli, & peli della barba canuta, & longa, era l'ossa delle mani haueua
 una lamina d'argento, nellaquale erano scolpite l'infrastrate pure
 le latine.

*Cum Sancta Ciuitas fulgebit splendore Stelle Soliterum me uidetis
 Hoc est corpus Abbatis Uerdini Hidruntini sepulti, 6. Kal. N. uenerunt
 anno 1279. (aliq 778.) à Virgineo partu.*

Sotto la testa hauea una casetta di marmo longa due palmi, laqua-
 le fu aperta, & in essa non si trouò altro che un canone di piombo,
 longo un palmo, con il suo coperchio, qual fu leuato, & in esso era
 una carta pergamina, piegata in giro, & senza una minima macula
 fu cauata fuora, & fu spiegata, & trouò parimente scritto con lette-
 re la-

he latine, & tale era la scrittura.

Ego Abbas Verdinus, Hydruntinus, cum ab Angelo meo custode ad-
monitus essem, tempus resolutionis meae instare, quae mihi prius reuelata fue-
rat ventura in apertione sexti sigilli ista in hac membrana scripsi, & in
ista capsula marmorea seruauit, mandans in virtute sanctae obedientiae Ia-
cobo Hydruntino, & Mauro Panormitano discipulis charissimis, ut ip-
sam in hoc sepulchro, una cum cadauere meo deponerent. haec sunt verba
prophetiae huius. Cum in fide Petri fulgebit stella coruscans praeter homi-
num expectationem electa, in maxima electorum controuersia, cuius splen-
dor uniuersam ecclesiam irradiabit, sepulchrum cadaueris mei aperietur.
Hic bonus pastor custoditus ab angelis multa reaedificabit, quia conscien-
tia eius in manu Dei erit. Eius vigilantia, & sollicitudine eleuabuntur al-
taria, & Ecclesia discooperta cooperientur. Tunc graciosus iuuenis de po-
steritate Pipini ueniet peregre, ad uidendum huius pastoris claritatem, qui
pastor mirifice collocabit hunc iuuenem in Gallicana sede haecenus uacan-
te, cui imponet Diadema Regni ipsamque, in adiutorium regni uocabit. Non
post multos annos stella cadet, eritque luctus ingens, nam cum eo tunc tem-
poris sepelietur Occidentalis Aquila septuagenaria, relicto pullo sub primo-
nem custodia: unde omnia ruent in peius. Fera pessima cum cauda ama-
rissimo ueneno plena in suum intrabit cubiculum in tantumque maxi-
ma serpentum quantitas multiplicabitur, ita quod in dies per uniuersa cu-
bicula clericorum transibunt, & dignitates Sacerdotales in maxima san-
guinis effusione peruenient, eruntque angustia, & fames per uniuersa mundi
loca, in tantum, quod maior pars gentium mortem clamabit. In diebus il-
lis multae solemnes ciuitates peribunt. per direptiones tam interorum, quam
externorum, potissime in Italia, tam in Regno Neapolitano, quam Ethru-
uia: timenda, tremendaque, sunt quantum credi posset: Hydruntina patria mea
iterum a Dracone Mahometano uastabitur. Roma singulariter concutie-
tur. Florentia quoque imminuetur: tunc expectans formidandam uindi-
ctam sub Duce suo & nidus philosophorum Bononia aequaliter euacuabi-
tur, Lombardia tota funditus conteretur, & terra Mediolani, & Genua
isemiam hostium tribulationes incurrent. Sic mihi ostendit Dominus.
Turca cum lignis futuris Venetias polluent, & hic non spectantibus pra-
uenient intentabunt. Totum Regnum Siciliae peribit. Deus propitius sit ser-
uis suis, multa Monasteria funditus corruent ob uenenum Aquila Septe-
trionalis, maximus sanguis effundetur, ob duas pugnas Gallorum, & Ba-
savorum. Viam auertat Deus iram suam.

QVINTO CAL. NOVEMBRIS.

Civitate Meldis, Sancti Faronis, Episcopi & confessoris, qui illustri genere natus, sexaginta sex annis Ecclesie Meldensis prefuit, & sanctitate clarus migravit in cœlum. Faniæ, depositio Sancti Dodonis Abbatis, discipuli S. Vrsuarii Episcopi. Marcianis, translatio S. Eusebiæ uirginis & Abbatissæ.

OCTOBRIS 28.

Faronis Episcopi) Alias Pharonis; De quo Mart. Rom. cum Baronio, Vsuardus, Galestinus, Mauroly, & Felici, hac die. Vita eius ex MS. adfertur à Swio, tom. 5. Fulcuinus Scholasticus Meldensis, eandem camine composuit, que, ut refert Molanus extat MS. Gemblaci. De eodem agunt Vincentius in Speculo, lib. 23. cap. 17. 18. & 19. Petrus in catalogo, lib. 9. cap. 117. Trittemius de uir. ill. ord. S. Bened. libr. 3. cap. 74. & lib. 4. cap. 139. & Demochares de sacrificio. Missæ, to. 2. cap. 19. à quo nomen datur uicesimus Meldensis Episcopus, creatus anno 620. ex Monacho Luxouïensi. Fratres ei fuerunt Sancti Charnoaldus Laudensis, & Vuallbertus Meldensis, Episcopi, Monachi, & ipsi Luxouïenses, S. Phara uero Abbatissa Brigenfis, eius soror fuit; patre Hagnerico, Burgundia Primæ, & Leodegunda matre nati.

Dodonis Abbatis) De eodem Molanus in Additio. ad Vsuardum, & in indiculo Sanctorum Belgij, hac die. Trittemius uerò de uir. ill. ord. S. Bened. libro 3. cap. 268. sequenti. Ex Monacho Lobiesi factus est Abbas Puelariensis, circa annum Domini 730. Quiescit Faniæ, oppido Hamouini, non longè à Malbodio Monasterio.

Translatio S. Eusebiæ) Cuius meminit Molanus in indiculo SS. Belgij, & hac die factam asserit.

QVARTO CAL. NOVEMBRIS.

In Gallia, ciuitate Vienna, depositio Sancti, ac beuissimi Theodarij, Abbatis & confessoris: & translatio ipsius in loco Vallis Ripianæ. Villa Meldricis, Sæctæ Ermelindis uirginis, quæ præclaris parentibus nata, uirginitatem suam duodennis Deo deuouit, atque seruauit: & in insula Meldrice in Brabantia, animam suam ei reddidit sanctificatam castitate uirginali, obedientia regulari, mira abstinentia, & eremitica uita. In Monasterio Spanheimensi natalis Sanctæ Margaritæ Priorissæ, sororis Sanctæ Idæ Comitissæ Spanheimensis, & sanctimonialis Bingenfis.

OCTOBRIS 29.

Theodarij Abbatis) De eodem Mart. Rom. cum Baronio, Theodorum legit; Ado, Molanus in Addit. ad Vsuardum, & Galestinus, hac

hac die. Eius translationem, hac eadem die factam esse auctor est Ado in Martyrologio. Tempus quo floruerit haec mihi incognitum.

Villa Meldricis) Est in Brabantia & Hugaria adiacet, vulgo Meldert dicta.

Ermelindis uirginis) De qua Molanus in Addit. ad Vsuardum, & in Indiculo SS. Belgij, hac die. Vixit circa annum Domini 600. Eius corpus miraculorum gloria clarum, 48. annis post mortem, de terra eleuatum est procurante Duce Pipino, patre Sancta Gertrudis Abbatisse. Huius uita ex antiquis codicibus adfert Surius, to. 5. hac item die, & to. 7. Mosander.

Margaritae Priorissae) Huius natalem, hac die, reponit Trittemius in chronico Hirsauiae, sub Henrico Abbate. Fuit monialis Sancti Ruperti Boygensis, anno circiter 1190. Eandem reponit Bugianus in Hist. Monastica, pridie huius diei, sed fallitur.

TERTIO CALEND. NOVEMBRIS.

Cantuariae, in Anglia, depositio S. Aegelnorhi Archiepiscopi, & Confess. qui post multa uirtutum insignia demonstrata, scientia, & sanctitate gloriosus migravit in caelum.

OCTOBRIS 30.

Aegelnorhi Archiepiscopi) Sic Matthaeus Westmonasteriensis, qui in floribus historiarum ad annum 1038. eius depositionem, hac die annotat: alij uero ut Trittemius de uir. illust. ord. S. Bened. lib. 3. c. 247. & Polydorus lib. 7. in fine, & lib. 8. in principio Egelnothum, Achelnothum, sive Arhelnothum, legunt. Fuit primum Monachus in Anglia, sed cuius canobij Trittemius non aperit, qui huius rei auctor est; deinde Archiepiscopus Cantuariensis 30. Obijt ut Matthaeo placet, anno 1038. sive 1040. ut uult Polydorus, dicit enim eodem anno obiisse, quo Haraldus Rex

PRIDIE CAL. NOVEMBRIS.

Ratisponae, depositio Sancti Vuolfgangi Episcopi, & Confessoris miraculis clari. Fossis, natalis S. Foillani Episcopi, qui de Hibernia uenit ad Vltimum germanum suum, qui Fossense regebat monasterium. Et in saltu, qui rustica lingua Carbonarias uincupatur, martyrizatus est. Cuius uita, uirtutibus gloriosis, & miraculis copiosissimis, illustratur. Coloniae Sanctae Noitburgis uirginis & Simonialis, quae translata quietit prope Confluentiam, in monte Sancti Beati.

OCTOBRIS 31.

Vulfgangi Episcopi) De eodem. Mart. Rom. cum Baronio; Ado, Molanus in Addit. ad Vsuardum Galestinus, Manrolycus, & Felix hac die. Eius uitam adfert Surius ex MS. tomo 3. Aliam asserit se nullo Baronio in annotat, ad hunc diem. Argunt de eodem, Trittemius

de uir. ill. ord. S. Ben. lib. 3. c. 229. & lib. 4. cap. 223. & Petrus Cratepolius de episcopis Germaniæ. Fuit monachus primum Augiensis ut eius natus erat uita; siue ut Tritemio placet Treuirensis; deinde Ratissponensis Episcopus, obiitque, ut ait Baron. ann. Domini 999. assignatur tamen a Lamberto & Cratepolio annus 994. Vuolzgagus Germanicè, Latine interpretatur Lupambulus; unde uersus;

Struxerat ædiculam Mandrita Lupambulus istam.

Foillani episcopi. De quo Molanus loco citato, & alij, hac die. Passionem eius primus scripsit Hillinus quidam metricè. item & gesta miraculorum eius, quæ habentur ad S. Foillanum extra Rhodium. Eadem postea conuersa est in Prosam à quodam Anonymo. Agunt de eodem Tritemius in Speculo lib. 22. cap. 10. Beda lib. 3. cap. 19. de gest. Angl. Petrus in catalogo lib. 8. cap. 126. in tractatu de Forseo Fratre eius. Tritemius de uir. ill. ord. S. Bened. lib. 3. cap. 89. & postremo Molanus in notis SS. Belgij. Pater eius Philtanus Hiberniæ Rex, Fratres Sæcti Fursus & Vitanus; quibuscum Monasterium Caobersberg in Angliâ ingreßus, ibidem Abbas effectus & ad prædicandum euangelium Episcopus constitutus, à S. Martino Romano Pontifice, tandem martyrio coronatus est cū tribus discipulis circa an. 660. Vocatur à nonnullis Foillanus; ab alijs Foillanus, à quibusdã Follarius, & ab alijs aliter, prout litteræ in impressione inueniuntur.

Noitburgis uirginis. De ea Molanus in adu. ad Psuaru, hac die. Eius uitam habet Surius Tomo 5. De eadem agunt Tritemius de uir. ill. ord. S. Bened. lib. 3. cap. 266. & Petrus Cratepolius de episcopis Germaniæ. Fuit filia Pipini Brabantie Ducis, & Pletrudis, sanctimonialisque Adalsterij Capitoli Coloniæ; quod iam dudum ab ordine desecit. Floruit an. 700.

NOVEMBER.

CALENDIS NOVEMBRIS.



Estinitas Omnium Sanctorum, quam in honorem beate Deditæ genitricis uirg. Mariæ, & Sanctorum martirum Bonifacii Papa quartus, & Monachus, dedicauit templo Pantheonis, febr. & generalè instituit agi quotannis in Vrbe Roma. Sed & Gregorius, item quartus & Monachus, postmodum decreuit, eandem festiuitatè, quæ uariis modis, iam in diuersis ecclesijs celebrabatur, in honore Omnium Sanctorum, solemniter hac die ab uniuersa Ecclesia perpetuo obseruari. Ciuitate Baiocas, Sancti Vigoris Episcopi & confessoris tempore Childeberti, Francorum Regis, qui Sanctus prænunciatus ab Angelo, priusquam nasceretur in mundo. In Blandino; depositio Sanctissimi Patris Florberti, primi Abbatis cœlestij.

Andiniensis. In Alsatia iuxta Paffenborne, depositio Sancti Richardi Monachi, & Eremitæ, miraculis claris. Eodem die, Sancti Severini monachi, de Tybuttina ciuitate. In Sithiu Monasterio, depositio Sancti Audomari episcopi. Ipso die, Sancti Amabilis Abbatis, & confessoris. In Hispania, Monasterio Sanctæ Mariæ de Salceda, Sancti Hermenegildi monachi. In Monte Sancti Dysibodi translatio reliquiarum eiusdem Sancti, à ueteri ecclesia in nouum Monasterium.

NOVEMBRIS I.

Festiuas Omnium Sanctorum.] De hac festiuitate, omnes Martyrologorum scriptores, hac die. Quæ ratione, quo tempore, & à quibus, hæc duæ festiuitates institutæ à monachis Pontificibus fuerint, fusius enarrauimus in explicatione rami primi, in Bonifacio 4. & Gregorio 4. Sermonem de eadem festiuitate habet pulcherrimum Dominus Rabanus Mozuninus Archiepiscopus, qui legitur ab Ecclesia Romana, & alijs, in lectionibus huius diei. Est & alius S. Petri Damiani apud Surium Tomo 6. Plures reperiuntur, & apud S. Bernardum Abbatem, & alios in primis Catholice ecclesie scriptores, quos magna ex parte enumerat Baronius in annotationibus ad hanc diem.

Vigoris Episcopi.] De quo Mart. Rom. cum Baronio. Ado, Vsuarius, Galesinius, Maurolyeus, & Felici, hac die. Eius vitam recitant Surius, hac die. Tom. 6. Petrus in catalogo lib. 10. cap. 5. Vincentius in Speculo lib. 21. cap. 39. & 40. Trittemius de uir. ill. ord. S. Ben. lib. 3. cap. 27. & lib. 4. cap. 131. & Demochares de sacrif. missæ Tom. 2. cap. 21. à quo numeratur eius sedis Episcopus octauus; assentimur tamen hac in parte Baronio, qui decimo loco præfuisse narrat. Fuit genere Attrebas, nobilissimo sanguine procreatus, & monachus cænobijs Sancti Vedasti, quod est in eadem ciuitate, floruit circa annum Domini 560.

Florberti.] Sicut alij legunt Floriberti, cuius meminit Molanus in indic. ad Vsuarium, & in indic. SS. Belgij, hac die. De eodem agit Meyerus lib. 1. Annal. Fland. ad annum 633. Fuit primus Abbas cænobiorum Gandensis scilicet, & Blandiniensis, quæ S. Amandus in honorem S. Petri extruxerat; sed cum paulo post nomen cænobijs S. Petri Gandensis, in S. Bawonis conuersum fuisset, Blandiniense solum S. Petri appellationem sibi retinuit. Est autem Blandinium mons in sinistra Scaldis ripa.

Richardi monachi.] Huius natalis annotatur hac die à Trittemio in Chronico Hirsaugie, in tractatu de Volpoldo, Abbate 25. & obiisse refertur anno 1262.

Seuerini Monachi.) De eodem Mart. Rom. & alij supracitati, hac
Z z 3 die.

die. Eius corpus ut Baronius refert iacet Tyburi in ecclesia S. Laurentij. De eodem agit Petrus in catalogo lib. 11. cap. ultimo. Quo tamen floruit tempore, haftenus ignoro.

Audomari episcopi.] Reponitur hic, hac die ab Adone, ab alijs vero & Surio die nono Septembris, ubi de eo agimus.

Amabilis Abbatis.] Hac die migrasse testatur auctor vitæ eius, qui est apud Surium Tomo 5. die 19. Octobris. Agit de eodem, uti ibidem citamus, Gregorius Turon. de gloria confess. cap. 33. Fuit Abbas Arvernensis, uixit que, ut colligere licet, circa annum Domini 570.

Hermenegildi monachi.] Ambrosius de morales in hist. Hispa. lib. 16. cap. 18. huius natalem hac die annotatum habet: aitque monachum fuisse in cœnobio Sanctæ Mariæ de la Salzeda, & sepultum ibidem cum sequenti Epitaphio:

In hoc tumulo requiescit famulus Dei Hermenegildus,
Qui obiit die quinta feria, quinto Nonas Nouembris.

Era 981. Fratres & Sorores orate pro nōs.

Erat annus ille Ere 981. à Christo nato 943. primusque dies mensis Nouembris, ut interpretatur Moralius, cum enim, ut dicit, hic mensis non habeat, nisi quatuor Nonas, oportet ut ipsarum Calendarum dies, accipiatur pro die quinta Nonarum Nouembris.

Translatio S. Dysibodi.) De qua agit Dodechinus Abbas in appenda dice ad Marianum, hac die, factamque refert anno Domini 1139. sub Constantino, quarto illius cœnobij Abbate.

QUARTO NONAS NOUEMBRIS.

Commemoratio omniū Fidelium defunctorum, a Sancto Odilonensi, natale S. Ambrosij Abbatis, qui primus apud Lugdunum Monasterij Insulæ Barbaræ pater, & magnis uirtutibus clarus, cum illuc ob religionis egregiæ normam translatus fuisset, beato fine in Domino requieuit. Montibus Hannoniæ, translatio S. Ualdetrudis in duæ sanctimonialis. Camalduli, depositio Beati Petri Dagnini, sanctitate celebris.

NOUEMBRIS 2.

Commemoratio omnium defunctorum.) Eandem recitant omnes Martyrologiorum scriptores hac die. De ea agunt fusius Baronius in annali ad primam diem Ianuarii, & ad hanc presentem. Chronicon item Claudensense in Odilone Abbate, Vincentius in Speculo lib. 24 c. 102. 103. 104 & 105. Petrus in catalogo li. 10. c. 8. Iacobus de voragine in Legendarijs & alij infiniti. Institutionem eius explicauimus in ramis huius Arboris ad Odilonem Abbatem.

Ambro.

Ambrosij Abbatis) De eodem Mart. Rom. cum Baronio. Beda, Vsuarius, Ado, Galesinius, Maurolycus, & Felici, hac die. Tritemius verò de vir. illust. ord. S. Ben. lib. 3. c. 273. precedenti. Agit de eodem & Petrus in catalogo, lib. 10. c. 15.

Translatio S. Vualderrudis) De qua Molanus in Addit. ad Vsuarium, hac die. Natalis eius 5. idus Aprilis.

Petri Dagnini) De eo Tabula Camaldulenses, hac die. Acta eius recitatur ab Augustino hist. Camald. parte 1. lib. 1. c. 47. Fuit primus Eremiti Prior perpetuus, creatus à S. Romualdo, anno 1016. presuit annis 35. Obijt anno Domini 1051.

TERTIO NONAS NOVEMBRIS.

IN Monasterio Claravallensi, depositio Sancti Malachiae Episcopi Connerthenensis in Hibernia, qui multis uirtutibus suo tempore claruit. Eodem die, natale Sancti Pirminij Episcopi, admirabilis sanctitate uiri. Castro Corboilo, depositio Sancti Guinali Abbatis, & confessoris; cuius uita & miracula habentur. In Anglia, Sanctae Vuenefride, uirginis & martyris, quam Cadocus, filius Alani Regis, occidit pro castitate. Ibidem, eleuatio corporis Sanctae Edithae uirginis, & sanctimonialis. Regij, translatio reliquiarum Sancti Venerii Abbatis, & confessoris. In monte Casino, Depositio Sancti Amici confessoris, miraculis & sanctitate clarissimi.

NOVEMBRIS 3.

Malachiae Episcopi) De quo Mart. Rom. cum Baronio. Maurolycus, & Felici, hac die. Molanus verò; & Surius, qui eius uitam à S. Bernardo editam, & sermonem eiusdem, de eodem adfert tom. 6. die 5. Novembris; in quam diem transfertur à Cisterciensibus, in hanc verò ab alijs citatis, ob festum Mortuorum: ea enim die obijisse produnt uita eius scriptores. Extant eiusdem Bernardi ad eundem epistola 315. 316. & 317. Vitam eius adfert Mombritius, tomo 1. Agunt de eodē Vincentius in Spectulo, lib. 27. à cap. 105. inclusiue, ad 124. exclusiue. Petrus in catal. lib. 10. cap. 27. & Tritemius de vir. illust. ord. S. Ben. lib. 3. c. 333. & lib. 4. c. 124. Fuit primus Monachus Bencorensis in Hibernia, deinde Episcopus Connerthenensis, postremo Ardinacensis Archiepiscopus; migravitq. Claraualis, anno 1148. etatis suae anno 54. die secundo Nouembris, & ibidem sepultus est.

Pirminij Episcopi) Alias Pirmimi; cuius meminere Mart. Rom. cum Baronio; & Molanus in Addit. ad Vsuarium, hac die. Eius uitam, Molano teste, scripsere Quarmannus Comes à Dilingen, Episc. Constantiësis, qui an. 1034. obiit: & Henricus Comes à Caluae Augiensis Abbas, circa

an. 1210. Fuit primus Angiæ Diuini Abbas, & Episc. ordinatus est ad prædicandū Dei verbū. Agunt de eodem Trit. de uir. ill. ord. S. Ben. li. 3. c. 265. & lib. 4. c. 191. Hermannus cōtractus in Chronico ad an. 724. & 727. Petrus Cratepolius de Episcopis Germaniæ. Baronius, Tritemius, & Eusebius genium, sequens, vocat eum Meldensem Episcopum, eiq̃, locum, quem quinto cal. Nouembris Faroni Episcopo dederat, viceſimum videlicet sibi ipsi contradicens, assignat; sed quo pacto id fieri possit non video. Faron. creatus est Episcopus anno 620. vti ea die ex Demochare annotauimus & viceſimus in ordine ab eodem, ad Tritemio, Belforestio, & ipso Baronio agnoscitur; sed cum centum annis post eum uixerit Pirminius, ut ex contr. Eto, & Cratepolio liquet, nequaquam credendus est huic sedi viceſimo, vti ipse ait, loco præfuisse. Demochares præterea in catalogo Meldensium Episcoporum, & Belforestius, huius Pirminij memoriam nullam agunt. Possit tamen esse, quod ideo Episcopus Meldensis credatur fuisse, eo quia ad illas partes ad prædicandū Dei Euangelium missus fuerit. Chorepiscopus enim, siue regionalis, qui per regiones ad seminandum Dei uerbum distendit, vocatur à Contracto in recentiori Chron. loco citato; cuius uerba hæc sunt: Sanctus Pirminius, & Chorepiscopus à Carolo Angiæ in salute præfectus, serpentes inde fugauit, & cœnobiale uitam ibi instituit anno tertio: & paulo post, Sanctus Pirminius ex Angia pulsus, Erenem pro se constituit Abbatem, & ipse Allatiam, alia instructura cœnobii petijt: hæc Contractus. A Cratepolio uero dicitur fuisse Episcopus in Baharia, cuius tamen loci non exprimitur; ab alijs etiam nonnullis Episcopus Argentimensis uocatur, at in catalogo non reperitur.

o Guuali Abbatis) De eo Molanus in Adit. ad Usuardum, hæc die. Aliud de eodem, quod dicam non habeo.

V. uenefridæ uirginis) De qua idem Molanus ibidem, & Galeſinus, hæc die. Vitam eius composuit Ropertus Abbas Salopiensis, qui claruit anno 1140. quam recitat Surius, tomo 6. Eandem multis ante seculis descriptam perat Elerius Cambrius fundator cœnobij, in quo S. Venefrida Abbatissam egit anno circiter Domini 660. Eius meminit Britann. Chorograph. folio 548.

Eleuatio corp. S. Edithæ) Hac die facta, asserit auctor uitæ eius apud Surius, tomo 5. die 16. Septembris, anno tertio decimo ab eius morte, id est, anno Domini 997.

Translatio Sancti Venerij) Eius meminit Petrus in catalogo, libro 3. cap. 65. hæc die. Facta est autem tempore Ludouici Pij Imper. ab Apollinari Lunensi Episcopo, qui sacras reliquias à Palmaria insula, ad cœnobium Sancti Proſperi tranſtulit.

Amici

Amici confessoris) Huius natalem communicavit mihi D. Nicolaus de Licio, Neapolitanus, & Monachus Casinensis, ex Breuiario suo ubi erat annotatus, sub festo Duplicis minoris. Fuit Monachus Casinensis, cuius vita ibidem reperitur per Lectiones distincta; quis tamen eam compulerit, non proditur. De alijs rebus eius gestis, aut quo tempore claruerit, nihil aliud rescire potui, nisi quod sacrum eius corpus digno honore requiescat in Ecclesia Sancti Petri de Auellana, Monast. Casinensi subiecta.

PRIDIE NONAS NOVEMBRIS.

Iuxta Aquilgranum in Porceto, depositio Sancti Gregorij Abbatis, qui cum esset Græciæ Regis filius, proprijs sumptibus Monasterium construxit, eiq̃ue primus Abbas præfuit, ac sanctitate clarus migravit in pace. Treuiris Sanctæ Modestæ uirginis, & Abbâtissæ, quæ sanctam uirginem Gertrudem in spiritu obijisse didicit.

NOVEMBRIS 4.

Gregorij Abbatis) De quo Molanus in Add. ad Vsuardum, hac die. Quod fuerit Græciæ Regis filius, primusq̃ Porceti Abbas, testatur Cæsarius Monachus Cisterciensis illustrium miraculorum, libro 8. cap. 76. Monasteriũ verò illud nunc habitatur à sanctimonialibus Ord. Cisterc. Modestæ uirginis) De eadem Mart. Rom. cum Baronio; & Molanus in Add. ad Vsuardum, & Galefinius, hac die. Tri. temius verò de iur. ill. Ord. S. Bened. lib. 3. cap. 143. die sexto mensis Octobris, sed errant in equiuoco, ibi enim agitur de altera S. Modesta, quæ fuit Abbâtissa Monasterij S. Mariæ in Horreo secunda, successitq̃ S. Trinitatis, anno D 710, hic verò de S. Modesta Abbâtissa quidem etiam Treuirense, cuius tamẽ Monasterij non explicatur (arbitror ego S. Simphoriani, ubi & S. Seuera præfuit) quæ floruit tempore S. Gertrudis, cui post mortem suam apparuit, ac testatur uita eiusdem Sanctæ, cap. 3. apud Surium, tom. 2. Migravit hæc nostra, vt Tritemius refert, anno Domini 680. Agunt de eadem Marcolycus, & Felici, die sequenti.

NONIS NOVEMBRIS.

Casinus, inuentio corporum Sanctorum Paulini, & Augustini, discipulorum Sancti Patris nostri Benedicti, ad quos u. n. probanda merita Dæmoniacum curare Dominus dignatus est. Claræ uallis, Sancti Malachiæ Episcopi. Treuiris Sancti Fibitij Abbatis, & confessoris, miraculis clari.

NOVEMBRIS 5.

Inuentio corporum) Hac ipsa die factam esse, refert Petrus, libr. 4. cap. 24. historiæ Casinensis, anno Domini 1103, cum dedicaretur noua Ecclesia Sancti Stephani.

Mala-

Malachię Episcopi) De eodem Molanus, hac die: cuius vitam erit Surius, hac ipsa die refert tomo sexto. Baronius verò, & alij, die tercio nonas Nouembris.

Fibitij Abbatis) De quo Mart. Rom. cum Baronio, hac die. Agit, & de eodem Molanus in Addit. ad Usuardum, sed Episcopum eum appellat; Episcopum tamen non fuisse colligimus, cum ex Chronico Monast. Germ. vbi Abbas simpliciter nominatur, tum ex catalogo Episcoporum Treuerensium apud Democharem, tomo 2. cap. 33. inter quos numeratus non reperitur. Vocatur à Maurolyco, & Felici, hac item die, Fabritius Episcopus, in quo emendandi ueniunt.

OCTAVO IDVS NOUEMBRIS.

A pud Bergas, in territorio quod uocatur Voromholt, depositio Sancti Vinoci Abbatis, egregij Christi confessoris, cuius uita, uirtutibus & miraculis plena, refulsit. Qui in predicto loco, multo tempore in Dei opere perseverans, & plurimos in Dei seruitio aggregans, iisdem multo tempore ministravit, & in senectute bona collectus est ad patres suos. Fundis, Sancti Felicii Monachi. Lemouicis, in Aquitania, Sancti Leonardi Abbatis & confessoris, discipuli Sancti Remigij Episcopi, qui mira operatur, maxime in captiuis. Cella Monasterio, restitutio Sancti Patris Gisleni Episcopi. In Monasterio Vallis Umbrosæ, depositio Beati Rustici Abbatis, tertij illius Ordinis Generalis.

NOUEMBRIS 6.

Vinoci Abbatis) De quo Mart. Rom. cum Baronio, Ado, Molanus in Addit. ad Usuardum, & in indic. SS. Belgij, & Galefinus, hac die. Vitam eius Bergis MS. extare refert Molanus, & primum quidem librum scripsit auctor incertus, secundum & tertium composuit Drogo, eius loci Monachus. Utrum tamen ea sit; quam adfert Surius, tomo 6. impressionis Venetę, & Mosander, tom. 7. nescio. De eodem agunt Vincentius in Speculo, libr. 23. cap. 106. Meyerus, lib. 1. Annal. Flandrię. & Robertus Cenalis de re Gallica, libr. 2. perioche sexta. Pater eius fuit Iudicail Britannię Armoricę Rex, & Monachus; Frattes SS. Iudicail, & Iudocus, ambo itidem Monachi. Obijt anno Domini 716.

Felicii Monachi) De eo Mart. Rom. cum Baronio; Maurolycus, & Felici, hac die. Eius meminit Gregorius, libr. 1. Dialog. c. 3. & Petrus in catalogo, libr. 10. c. 31. Vixit anno Domini 570. uel circa.

Leonardi Abbatis) De eodem Mart. Rom. cum Baronio, Ado, Molanus, Galefinus, Maurolycus, & Felici, hac die. Trittemius uero de uita ill. ord. S. Bened. lib. 3. cap. 29. die 8. idus Octobris. Vitã eius ab incerto dicitur fuisse

per Surius, tomo 6. & Mombritius, tom. 1. De eodem agunt Vincentius in Speculo, li. 21. c. 11. & 12. Petrus in catal. lib. 10. c. 29. Claudius de Rota in Legendario c. 150. & alij. Fuit Abbas Nobiliacensis, obiit que ut Trittemius refert anno Domini 559.

Restitutio S. Gisleni] De eadē Molanus in Ad. ad Vsuardū, hac die. Rustici Abbatis] Tabula Vallis Umbrosa prima, de eodem agunt. hac die. vltimæ uerò eundem reponunt die 12. Martij. Fuit natione Florentinus, ac discipulus S. Ioannis Gualberti, obiit que anno Domini 1092. regiminis sui 16.

SEPTIMO IDVS NOVEMBRIS.

IN Frisia, depositio Sancti Vuillibrordi Episcopi Traiectensis, qui à beato Sergio Papa ordinatus Episcopus, in Frisia, & Dania Euāgelium prædicauit: & miraculis clarus in pace quieuit. Argentorati, Sancti Florentij Episcopi, & confessoris, qui Scotorum indigena, in flore adoleſcentiæ patriam, parētes que deseruit, & accitis sibi eiusdem propositi socijs, Arbogasto, Theodato, ac Hildulpho, Domino Duce fines attingit Alſatiæ temporibus Dagoberti Regis, cuius filiā Rathildim à natiuitate cæcam, & mutam, suis ad Deum precibus, sanauit, & Arbogasto in cathedra succedens, multis uirtutum floribus gloriosè refulsit. Eodem die, eleuatio Sanctæ Hunegundis uirginis.

NOVEMBRIS 7.

Villibrordi Episcopi] De eodem Mart. Rom. cum Baronio, Ado, Molanus in Addit. ad Vsuardum, Galeſinius, Maurolycus, & Felici, hac die. Vitam eius composuit Alcuinus Abbas metro, & prosa, hæc adfert Surius, to. 6. Marcellus Monachus, & Presbyter in uita S. Suiuiberti, cap. 6. uitam eius se scripsisse testatur, quam M. S. reperiui Molanus refert: qui etiam flores eiusdem collectos, ait per Radbodum Episcopum. Homiliam de eodem habuit Alcuinus, ut ipse de se fatetur in eius uita. De eodem agunt Petrus in catalogo, lib. 11. cap. vltimo. Molanus in indice Sanctorum Belgij. Petrus Cratepolius de Episcopis Germaniæ. Trittemius de uir. ill. ord. S. Bened. libr. 3. cap. 137. & libr. 4. cap. 67. Cornelius Kempius de origine Frisorum, lib. 3. cap. 22. & alij. Adrianus Barlandus de Episcopis Traiectensibus, & Gerardus Nouiomagus in catalogo eorundem: & Beda in hist. Angl. lib. 5. cap. 11. & 12. Ex Monacho cænobij Ripensis in Anglia factus est Episcopus Frisorum, & consecratus est à Sergio Papa, anno Domini 696. Romæ in templo S. Cecilie, & ad nomen suū Barbari pronuntiationem deuotandam, ab eodem uocatus est Clemens: priori nihilominus nomine ut plurimū appellatus reperitur: diuersimodè tamen à diuersis: à nonnullis enim Vuilbrodus, ab alijs Vuldebrodus, à quibusdam

busdam Vilebrordus, & ab alijs aliter. De eodem pluribus egimus in explicacione rami quarti. Obijt Epternaci, Monasterio à se extructo.

Flotentij Episcopi) De quo Mart. Rom. cum Baronio; & Molanus in Addit. ad Vsuardum, hac die. Res eius gestas ex M.S. adfert Surius, tomo 6. De eodem, & eius Monachatu in Monasterio Haselachy, quod Dagobertus Rex ei edificauerat agit Ioannes Lesleus de gesti. Scotor. lib. 4. in Eugenio VI. Rege. Petrus Cratopolius item de Episcopis Germaniæ. Frisciscus Irenicus Germ. exegeleos, lib. 3. cap. 46. & Demochares de Sacrific. Missæ, Tomo 2. cap. 35. à quo numeratur quartus illius sedis Episcopus, creatus anno 663. cui presuit annis duodecim. Obijt q̄, anno 675. Sepultus in suo Scotorum cœnobio ad amnem Bruschium.

Eleuatio S. Hunegundis) Hæc eleuatio, hac die, facta refertur in eiu uita que est apud Surium, tomo 4. die 25. Augusti.

SEXTO IDVS NOVEMBRIS.

Bremæ, Sancti Vuillehadi, primi eius ciuitatis Episcopi, qui una cum Sancto Bonifacio, cuius discipulus fuit, in Frisia, & Saxonia Euangelium propagauit. Sueffione in Gallia, Sancti Godefridi Episcopi Ambianensis, magnæ sanctitatis uiri, qui ex Abbate Sæcæ Mariæ Nouingenti ad eam sedem translatus, oues sibi concreditas uerbo, & exemplo suauiter paut.

NOVEMBRIS 8.

Vuillehadi) De quo Mart. Rom. cum Baronio; Ado, Molanus in Addit. ad Vsuardum, & Galefinius, hac die. Vita eius fideliter conscripta est à quodam Anonymo, quam adfert Surius, tomo 6. qua magna ex parte uidetur excerpta ex Crantzio in hist. Saxonie metrop. lib. 1. c. 7. & 8. & in Saxonia, lib. 2. cap. 14. & 15. Agunt de eodem Tritemius de uir. illust. ord. S. Bened. lib. 3. cap. 195. à quo Vuilhardus uocatur Petrus Cratopolius de Episcopis Germaniæ, & Demochares de sacrific. Missæ, tomo 2. cap. 38. Ex Monacho Epternacensi S. Vuillibrordi, factus primus Bremsis Episcopus, anno 788. sedit annos duos, menses tres, dies 26. Obijt quem Frisia in uilla Plexensi, ex qua Bremam relatus, ibidem in Ecclesia S. Martini sepultus est. De eodem egimus in ramo quarto.

Godefridi Episcopi) De eodem Mart. Rom. cum Baronio; Molanus loco citato, hac die. Vitam eius composuit Nicolanus Sueffionensis ad S. Crispinum Monachus, quam habet Surius, tom. 6. Obijt anno D. 1114. Episcopatus 11. etatis suæ 50. Fuit in ordine 34. illius sedis Episcopus.

QUINTO IDVS NOVEMBRIS.

Constantinopoli, Sanctarum uirginum, & sanctimonialium, Eustolæ Romanæ, & Sopatræ, filiarum Mauritiij Imperatoris; quæ ab Eustolia

Castolia Monasticam vitam edocta, bonis operibus plena, quieuit in pace. In Monasterio montis S. Dyfiodi, depositio B. Fulchardi, tercij eius loci Abbatis, sanctitate conspicui.

NOVEMBERIS 9.

Eustolie Romanæ, & Sopatræ) De his Martyro Rom. cum Baronio, & Græci in Menologio, qui earum acta referunt, hac die. Res earum gestas breuiter recenset Antonius Gallonius, libro de uitis SS. Romanarum. Fuit Eustolia primum sanctimonialis Romæ, sub Regula S. P. Benedicti: deinde Constantinopolim se transferens sua sancta conuersatione, Sopatræ ad Monasticæ vitæ exercitia colenda mirabiliter accendit, quæ à Sancto proposito auelli non potuit donec à Patre Mauritio licentiam obtinuit Monasterium construendi, in quo postea sub eiusdem S. Eustolie cura sanctis assistens, miraculis clara obdormiuit.

Fulchardi) Cuius mortem assignat hac die, Dodechinus Abbas, in appendice ad Marianum, fuit tertius eius loci Abbas, creatus anno 1128. die 16. Julij, & obiit anno 1136. hac die. regiminis sui anno octauo, mense 3. die 25.

QUARTO IDVS NOVEMBERIS.

In Anglia, Sancti Iusti Episcopi, qui vna cum Augustino, Mellito, & alijs, à B. Gregorio Papa in eam insulam missus ad prædicandum Euangelium, ibidem sanctitate celebris, obdormiuit in Domino. Ibidem, in Monasterio Malbesburienfi, Sancti Ioannis Scoti, qui graphijs puerorum confossus, martyrij coronam adeptus est. Retire in Vandalia, Sancti Ioannis, Scoti, Episcopi Magnopolensis, & martyris, qui pro confessione Christi fustibus caesus, deinde per singulas Vandalorum ciuitates ad ludibriũ ductus, quum à Christi nomine flecti nõ posset, manuum, pedum, & capitis abscissione, palmam martyrij promeruit.

NOVEMBERIS 10.

Iusti Episcopi) De quo Mart. Rom. cum Baronio; Molanus in Addit. ad Ursardum, & Galefinius, hac die. Res eius præclare gestas prosequitur Beda de gestis Angl. lib. 1. c. 29. & lib. 2. c. 3. 5. 6. 8. & 18. & in epitome. Polydorus in hist. Angl. lib. 4. & alij historiæ Anglorum scriptores. Alij de eodem Tritemius de uir. ill. ord. S. Ben. lib. 3. c. 57. & libr. 4. c. 51. Fuit quartus Cantuariæ Episcopus, & migravit anno Domini 632. potestatis sue nono.

Ioannis Scoti) De eodem Mart. Rom. anno 1583. excusum, hac die. Tritemius item de uir. ill. ord. S. Ben. lib. 3. c. 212. hac ipsa die eius martyrium reponit. Agunt de eodem Vincetius in Spéculo, lib. 24. c. 42. Leslaus

de gest. Scot. lib. 5. & Hector Boetius de gest. Scot. lib. 10. quem tamen non fundit nisi alio Ioanne Scoto Monacho, Bedæ discipulo, ac Doctore, de quo agit Tritemius, libr. 2. cap. 27. Sanctissimo huic viro, procedente tempore in signe monumentum, maioris altaris sinistro lateri extructum est, & vulgatum sequens carmen insculptum.

Claudatur hoc tumulo sacer ille Sophista Ioannes,
Qui dotatus erat, dum uixit, dogmate sacro:
Martyrio tandem Christi conscendere regnum
Quo meruit, uiuet cum sanctis sæcula cuncta.

Martyrio coronatus est circa annum Domini 880. vel paulo amplius, & in cænobio Malmesburienfi, in quo vitam Monasticam duxerat sepultus est.

Ioannis Scoti Episcopi) Huius martyrium, hac die, reponitur ab Alberto Abbate Stadenfi in chronico ad annum 1066. Helmoldo Presbytero in chron. Sclauorum, libr. 1. cap. 23. & Crantzio Metrop. libr. 4. c. 4. quibus res eius gesta breuiter comprehenditur. De eodem agit Tritemius de uir. ill. ord. S. Ben. lib. 4. c. 255. libro tamen 3. c. 212. eodem martyri genere passum testatur, quo Ioannē Scotum Priorē, & duos pro uno solo agnoscere videtur, sed auctoritas præfatorum scriptorum huic suæ opinioni obstitit, temporumq; ratio, diuersitasq; locorum in quibus passi sunt id nequam fieri posse reclamant: prior enim Scotus passus legitur in Anglia, anno 880. Secundus uero Magnopoli, siue Michelemburgi, anno 1066. Ante Episcopatum Monasticum habitum gesserat in Hibernia.

TERTIO IDVS NOUEMBRIS.

V Encij, in Pronincia, natalis Sancti Verani Episcopi & confessoris, qui ex cænobio Lerinenſi ad illam sedem gubernandam assumptus, sanctitate, & miraculis claruit.

NOUEMBRIS II.

V Erani Episcopi) Tabula Lerinenses de eodem agunt, hac die celebratur, & alius Veranus Lugdunensis Episcopus, sed ab hoc nostro diuersus. Quo tempore nixerit hic noster explicare nequeo, cum illa reticeant Tabula predicta.

PRIDIE IDVS NOUEMBRIS.

I N Polonia, Sanctorum martyrum Benedicti, Ioannis, Matthæ, Isaac, & Christini Monachorum, & Eremitarum, qui martyria à latronibus pertulerunt in solitudine maioris Polonia, ubi nunc est Cazimirtia oppidum. In Belgis Sancti Lebuini confessoris, & Apostoli Transifelanorum, cuius corpus quiescit Dauentræ. In Hispania, Sancti Aemilianii Abbatis, & confessoris, qui uitam ad cælestem

num usque annum cum incredibili sanctitate produxit, & post mortem numeris miraculis claruit. Eodem die, depositio beati Rodolphi discipuli Sancti Ioannis Gualberti, & secundi Generalis Ordinis Vallis Umbrosæ.

NOVEMBRIS 12.

Benedicti, & sociorum) De iisdem mart. Ro. cum Baronio; & Molanus in *Addit. ad Usuardum*, hac die. *Vitam eorum* ex lib. 6. *histo. Boemica* Ioannis Dubrauij, adfert Surius, tomo 6. *impressionis Veneta*, & Mosander, tomo 7. Res item eorum gestas, *Martyriq.* causam producit Matthias à Michonia, de reb. Polonicis, lib. 2. cap. 9. Martinus Cromerus, *hist. Polon.* lib. 3. in Boleslao I. Rege; & Trittemius de uir. illust. ord. S. Bened. lib. 3. cap. 311. Correctione tamen indiget, ubi dicit diē martyrii eorum accidisse nono calend. Maij, anno 995. Tunc enim S. Adalbertus Episcopus Martyrii coronam solus accepit; duobus etiam post annis, id est, 997. nostri verò hac die passi referuntur anno 1005. Duo eorū Benedictus, scilicet, & Ioannes, fuerunt discipuli Sancti Romualdi Abbatis, & Monachi Sancti Alexij Romæ: tres reliqui Poloni cum essent, vitam Monasticam professi sunt in Monasterio Brounouiensis ad radicem montis Ferrei.

Lebini confessoris) De quo Molanus loco citato, & Galestinus, hac die. *Vitam eius*, ab Huchaldo Elnonensi Monacho descriptam, habet Surius, tom. 6. S. Radbodus Episcopus Traiectensis eandem laudauit encomiastica oratione, & carmine, quam adfert idem Surius, tomo 7. De eodem agunt Cratopolius de Episcopis Germaniæ, idem Molanus in *indic. Sanctorum Belgij*; & Trittemius de uir. illust. ord. S. Ben. lib. 3. cap. 146. Fuit Monachus Ripensis in Anglia, ac discipulus S. Villibrordi Episcopi, Trāssellanorumq. Apostolus, uti in quarto ramo explicauimus.

Aetmiliani Abbatis) De eodem Mart. Rom. cum Baronio; & Usuardus, hac die. *M. urolycus* item, & Felici, à quibus mendose Episcopus vocatur. *Vitam eius* S. Ildefonso rescrente composuit simplici stylo S. Braulio Casaransis Episcopus. Res eius gestas explicat Villegas in *storie Sanctorum*, & Abbatem eum appellat. De eodem agunt, Vassius in *chron. ad annum 555.* & Lucius Marincus Siculus, de reb. Hispan. lib. 5. Obijt anno 560. ætatis sue 100. ac in cœnobio suo, quod ab eius nomine nunc vocatur, sepultus est.

Rodolphi) *Tabule Vallis Umbrosæ* de eodem agunt, hac die. Erat natione Florentinus, migravitq. anno 1076. & in capella Beatorum, in cœnobio Vallis Umbrosæ tumulatus est.

Idibus

IDIVS NOVEMBRIS.

TOleti, Sancti Eugenij, Episcopi & confessoris, doctrina & sanctitate clari. Cremonæ, Sancti Homoboni confessoris, Ordinis Humiliatorum, quem miraculis clarum Innocentius III. in Sanctiorum numerum retulit. Malbodio Monasterio, translatio Sanctæ Addegundis uirginis & Abbatissæ. In Monasterio dicto Sithiu, electio prima, & translatio corporis S. Folquini, Morinorum Episcopi, anno nongentesimo octavo.

NOVEMBRIS 13.

EVgenij Episcopi] De eodem Mart. Rom. cum Baronio; Molanus in *Additio. ad Usuardum*; & Maurolycus, hac die. Eius vitam breuiter describit S. Ildephonsus Episcopus, in libello, quem de uiris illustribus scripsit, cap. 14. Agunt de eodem Vaseus in chronico ad annum 651. Ambrosius de *Morales in hist. Hisp. lib. 12. c. 34.* & Didacus de Valera in *chron. Hispan. parte 3. cap. 31.* Fuit hic ex Monacho Casarugustano Sanctæ Engratiæ, tertius eius sedis, huius nominis, Episcopus, successit S. Eugenio I. & in ea potestate mansit annis 12. migravitq; ut refert Ioannes Mariana, anno Domini 657. sepultus in Basilica Sanctæ Leodegardiæ, ad cuius sarcophagum Epitaphium sequens appositum est, quod ipsemet ante mortem miro quodam artificio composuerat, in primis enim & finalibus uersuum litteris nomina *EVGENIVS, & MISELLVS*, perherrima Acrostichide inserta leguntur hoc modo.

E	Excipe Christe potens, discretam corpore mente	M
V	Ut possim picei pœnam uitare barathr	I
G	randis inest culpa, sed tu pietate redunda	S
E	lue probra pater, & uitæ crimina toll	E
N	on sim pro meritis, Sanctorum cœtibus exu	L
I	udice te, prosit Sanctum uidere tribuna	L
V	is, lector, uno, qui sim, dignoscere uerf	V
S	igna priora lege, mox ultima nosse ualebi	S

Irrepit apud Baronium, s. id id librorum errore factum puto, ut tertius eius sedis Episcopus, uocetur, cum tertius eius nominis dicere debuisset, ut euidenter, patet ex libello S. Ildephonsi de uir. ill. ubi plures ante Eugenium nominantur Episcopi Toletani, scilicet Audentius, Astarus, Montanus, Adelpius, Aurasius, Elladius, Iustus, Eugenius I. & Eugenius III. cui successit S. Ildephonsus, decimus in ordine; aliosq; plures hos præcessisse probatur ex historijs Hispanorum, & Vaseo, qui anno Domini 97. S. Eugenium huius nominis primum, Episcopum Toletanum, sub Diocletiano passum affirmat postridie, id est, 17. calend. Decembris. Et hic etiam grauiter erratum

nam est à Galefinsio, qui deceptus similitudine nominis Eugenij, primū
 tertio, inconsideratè satis hac die annotavit.

Homoboni confess.) De quo Tabulę Humiliatorum à Brixia ad me
 transmissę, Martyrol. Rom. cum Baronio, & Molanus in Additio. ad
 Vsuardum, hac die. Vitam eius, litterasq; Canonizationis, refert Surius hac
 die, como 6. Sacro eandem carmine decantavit Hieronymus Vida Albo
 Episcopus, cuius initium est. Beate pauperum pater &c. Agit de eo-
 dem Petrus in Catalogo, lib. 10. cap. 56. Migrasse dicitur anno Do. 1196.

Translatio S. Aldegundis] De ea Molanus in Addit. ad Vsuardum,
 hac die. Vitam eius hac ient. die adfert Surius, sed reponenda est tertio
 cal. Februarij, quando ex hac vita migravit.

Elevatio 1. & translac. S. Folquini] De quibus Molanus ibidem, &
 in Indiculo Sanctorum Belgij, hac die. Facta est ab Adololpho Abbate,
 & Comite, rogante Oduino, ipsius S. Folquini, ex Oduino fratre, nepote,
 ut refert Meyerus, lib. 2. Annal. Flandria ad annum 928.

DECIMO OCTAVO CAL. DECEMBERIS.

IN Hibernia, Sancti Laurentij Dublinensis Episcopi, & confesso-
 ris, qui ex Abbate Glindalacensi ad Episcopatum assumptus, in
 eo ita se gessit, ut post mortem miraculis clarus, adscriptus fuerit
 in numerum Sanctorum ab Honorio III. Pontifice. In Anglia,
 Richardi Vitingi Glasconia, & Hugonis Feringdoni Redingi, Ab-
 batum, Ordinis Diui Benedicti, qui quod Monachorum libello
 supplici ab Henrico VIII. Rege designato, subscribere noluis-
 sent, varijs in locis martyrij coronam assequuti sunt, cum duo-
 bus presbyteris Ruggo, & Oniono. Londini, translatio Sancti Er-
 chenualdi Episcopi.

NOVEMBERIS 14.

Laurentij Episcopi] De eodem Mart. Rom. cum Baronio; Molanus
 in Additio. ad Vsuardum, & Galefinsius, hac die. Maurolytus item,
 & Felici, à quibus mendosè Rothomagensis Episcopus vocatur. Vitam eius
 à quodam monacho Augensi conscriptam, adfert Surius, como 6. Albo Sã
 gloriam adscriptus est anno decimo Pontificatus Honorij III. cuius litte-
 ra, Baronio teste, extant in Bibliotheca vaticana, in registro eiusdem.

Richardij, & Hugonis Abbatum] Horum martyrium, hac die, an-
 notatur à Nicolao Sandero, lib. 1. de schismate Anglicano: à quo eorum
 vita, presertim Richardij, fusè satis describitur.

Translat. S. Erchenualdi] Hac die factam referunt Mattheus
 Presmon. in florib. Hist. anno Domini 1148. & item Mattheus Paris
 in historia maiori ad eundem annum.

& DECI-

DECIMOSEPTIMO CAL. DECEMBRIS.

IN Britannia, depositio Sancti Machuti Episcopi, & confessoris, qui à primæuo ætatis sue tyrocinio, innumerabilibus miraculis splendide emicauit. Argentinæ, Sancti Amandi Episcopi, & confessoris, admirandæ sanctitatis.

NOVEMBRIS 15.

MAchuti) Alias Maolouij, seu Madouij, de quo Mart. Rom. cum Baronio. Molanus in Addit. ad Usuardum, & Galestinus, hæc duo cuius etiam meminerunt Maucolytus, & Felici, sed noninum, Machuti, & Maclouij varietate decepti, uarias uicem amotarunt, primum scilicet Machutum Episcopum, alterum Maclouium, quem ipsi Maclouiu appellant, confessorum. Res eius gestas à Sigeberto descriptas, siue, ut restus dicitur, urbaniori stylo melioratas, ut ipse de se fatetur de uir. illust. 172. adfert Surius, tom. 6. De eodem agunt Vincentius in Speculo, lib. 2. c. 1. capite 93. ad 100. Petrus in Catalogo, lib. 10. cap. 64. Tritemius de uir. illust. Ord. S. Ben. lib. 3. c. 35. & lib. 4. c. 133. ac nouissime Robertus Canalis de re gallica, lib. 2. perioche 6. Fuit ex Monacho Benchorensi Episcopus Abthensis in minori Britannia, que sedes ex eius nomine nunc Sammaclouina vocatur. Floruit anno Domini 560. Obijtque anno etatis 130.

Amandi Episcopi) De quo Molanus in Addit. ad Usuardum hæc dicit, quem diuersum facere uiderur à S. Amando Tungrorum Episcopo, de quo die 6. Februarij egimus sed unum & eundem esse, docent Petrus Crap. de Episcopis Germaniæ, & Demochares de sacrif. Missæ, Tomo 2. c. 35. his uerbis. Primus Argentinensis Episcopus, S. Amandus Aquitanus, patre Serano, matre Amantia natus, euocatus ex Ultraiecto, prædicatur à Dagoberto Rege Gallorum, cuius filium Sigebertum in castro Eylemburg baptizauit, uir sanctus, ac miraculis clarus. Tandem celsu Episcopatu, sicut infidelium furori, anno 640. & ingressus est monasterium, à se & Dagoberto Rege fundatum, ubi uitæ curiam præsentis absoluit. Hæc Demochares. Quo anno tamen ordinatus sit Episcopus controuertitur. Meyerus, lib. 1. annal. Fland. dicit ordinatum fuisse anno 633. Ioannes Placentius apud Democharem de sacrif. Missæ, Tom. 2. c. 37. anno 632. Catalogus meus Germanicus Tungrorum Episcoporum anno 640. nempe eodem anno quo Episcopatum Argentinensem reliquit, & præfuisse dicit annis tribus solus, & postea eodiuore Sancto Landoaldo sibi adiuncto, alijs nouem. Quæ opinionem in se sic conciliari possunt, ut dicamus S. Amandum Tungrensem Ecclesiam gubernare cepisse anno 632. à Placentio annotato, euocatum deinde à Dagoberto ad regimen Argentinensis sedis anno 633. qui à Meyeris præ-

deor: & ab illo anno usque ad annum 640. spacio annorum novem per
 sanctum Landoaldum Suffraganeum, & ecclesiam Traiectensem sive Tun
 gentem administrasse, ut vult Catalogus meus Germanicus: quod anno
 dicitur infidelium agnatum, Argentinenfi sede relicta, ad propriam Tin
 gentem rediisse, eidem que profuisse annis tribus alijs; tandemque Epi
 scopatu cessisse anno 645. qui quidem annus a Placentio notatur mortis
 eiusdem, sed fallitur. Obiit enim ut Meyerus, Molanus, Petrus Cratepo
 lus, & alij, recte annotant, anno Domini 661. De eiusdem ante Episco
 patum monachatu, regimus die 6. Februarij. Tabule tamen Lerinenses ad
 ne transiisse, Monachum Lerinensem fuisse contendunt. Que autem
 sit, hec Sancti Anandij festiuitas; quam Argentineses hac die cele
 brant pro certo explicare nequeo, arbitror tamen ordinationis ipsius po
 tius esse, quam alterius cuiusquam solemnitatis. Vitam eius composuit San
 ctus Adegundis sanctimonialis, ut refert auctor vite S. Humberti apud
 Surium die 6. Septembris.

DECIMOSEXTO CAL. DECEMBRIS.

IN Alemannia, depositio Sancti Othmari, Abbatis Sancti Galli,
 miraculorū gloria clari. Item Sancte Benedicte Abbatisse Suue
 stros, sanctitatis religione celebris. Ibidem, natalis sancte Ceciliae
 Abbatisse Suuestrensis, obedientia, & humilitate admirabilis. Apud
 Viennam, depositio Sancti Leoniani Abbatis, qui fuit Germanus
 Aniani Episcopi Cauis, S. Simeonis eius loci Abbatis, & confes
 soris.

NOVEMBRIS.

Othmari Abbatis] De eodem Mart. Rom. cum Baronio, Ado, Mo
 lanus in Addit. ad Vuardum, Galefinus, Maurolycus, & Felici,
 qui mendose Abbatem Alexandrinum eum appellat, hac die. Eius vitam
 tribus exarata adfert Surius, tomo 6. quorum primus descriptus est
 a Valafrido Strabone Augiensi Abbate, duos postremos composuit Ison
 Monachus Sangallensis. De eodem agunt Petrus in appendice ad suum
 Catalogum, cap. 20. Tritemius de vir. ill. Ord. S. Bened. lib. 3. c. 233. Her
 mannus contractus in chron. ad annos 759. & 760. & Petrus Cratepo
 lus de Episcopis Germaniæ, qui dicit obiisse anno Domini 840. sed corre
 ctione indiget.

Benedictæ, & Ceciliae Abbatisse] Harum natales, hac die, annotat
 Tritemius de vir. ill. Ord. S. Bened. lib. 3. cap. 264. & 312.
 Leoniani Abbatis] De quo Molanus in Additio. ad Vuardum, hac
 die. Puto eundem esse cum S. Leuniano Abbate, cuius memoria habetur
 in vita S. Eitgendi Abbatis apud Surium, tom. 1. (in Additio. ad
 Simeonis Abb.) Tabule Cauenses de eodem agunt, hac die. Fuit quin

tus eius Monasterij Abbas, migravitq; ex hac vita anno 1141.

DECIMO QUINTO CAL. DECEMBRIS.

Turonis, depositio sancti Gregorii Episcopi, & confessoris, doctrina, & sanctitate celebris. In Anglia, sanctæ Hildæ virginis, & Abbatissæ, quæ cū esset Eduini Regis Neptis, amore Christi monasterium ingressa, admiranda pietate enituit. Bingij, natalis sanctæ Hiltrudis virginis sanctimonialis, quæ fuit filia Meginradi Spanhemensis Comitis. Eodem die, sancti Ioannis monachi, discipuli sancti Gregorij Pape, & Apostolorum Angliæ adiutoris in deflessi.

NOVEMBRIS 17.

Gregorij Episcopi) De quo Mart. Rom. cū Baronio: Molanus Addit. ad Ksuardum, Galestinus, Maurolycus, & Felici, hac die. Eius vitam à Clericis Turonensibus descriptam, adfert Surius, tome 6. Eandem habet Lippomanus, tome 3. Cuius breuiarium præponitur legendaria Francorum in 8. excusa. de eodem agunt Vincentius in speculo, lib. 1. c. 124. & 125. Petrus in catalogo, lib. 10. c. 72. Tritemius de vir. ill. Ord. S. Ben. lib. 2. c. 19. lib. 3. c. 51. & lib. 4. c. 43. Ipse quoque de scripto cuncto agit de Episcopis Turonensibus in Hist. Franc. lib. 1. c. 31. Ex monacho Turonensi factus, est, decimus nonus Turonensis Episcopus, & migravit anno Domini 594 regiminis sui 21.

Hildæ virginis) De eadem Galestinus, hac die. Vitam eius composuit Beda de gest. Angl. lib. 4. c. 23. & 24. quæ adfert Lippomanus Tom. 2. Agit de eadem Tritemius de vir. ill. Ord. S. Ben. lib. 3. c. 23. Erat filia Heremii Eduini Nordahumbrorum Regis Neptis, Abbatissamque egit in conventu Streane & halsensi, circa annum Domini 650. Erat Bugianus qui eam die 13. Decembris reponit.

Hiltrudis virginis) Eius natalem, hac die, annotat Tritem. in Cluniacensi tractatu de Conrado Abbate; & obuisse refert anno 1171. Ioannis monachi) De quo Ado in Martyrologio, hac die. Eiusdem nominis Tritemius de vir. ill. Ord. S. Bened. lib. 3. cap. 60. Fuit monachus S. Eli. Andree Romæ, & obiit circa annum 620. novus in Martyrologio.

DECIMO QUARTO CAL. DECEMBRIS.

Turonis, transitus Sancti Odonis Abbatis Cluniacensis secundæ qui ordinem Sancti Benedicti penè collapsum, mirifice restituit. In monasterio Latiniacensi in Gallijs, Sancti Momboli Abbatis in Gula Lyrino; Sancti Anselmi Abbatis.

NOVEMBRIS 18.

Odonis Abbatis) De eodem Mart. Rom. cū Baronio: Molanus Addit. ad Ksuardum, Maurolycus, & Felici, hac die. Chronicon vi-

Canacense, die sequenti. Vitam eius tribus libris à Ioanne monacho Italianus discipulo conscriptam, adfert Surius, tomo 6, Eandem composuit Dofcalcus monachus eius discipulus, quam extare putat Molanus apud Carthasianos Antuerpienses. Est MS. in Bibliotheca nostra S. Benedicti de Mantua, sed sine nomine auctoris. De eodem agunt Vincentius in Speculo lib. 24. cap. 55. 59. 60. 61. & 67. Petrus in Catalogo, lib. 10. capit. 83. Volaterranus Anthropol. lib. 20. Trittemius de uir. ill. Ordin. S. Bened. libr. 3. cap. 215. sed die sequenti obiisse refert. Chronicon Cluniacense, & Nicolaus Vignierus in Chronico Burgundię, aliisque infiniti. Preesse incępit anno 926, prefuat annis 17. ac migravit Turonis, anno 943. fusius de eodem egimus in corpore Arboris.

Momboli Abbatis) De quo Molanus, loco citato hac die. Successit in regimine S. Furseo Abbati, fuitq; secundus uel tertius Latiniacensis Abbas, circa annum Domini 670. Eius corpus quiescit Cagniaci in Gallia.

Anselmi Abbatis) De eo Molanus ibidem, & Galefinius, qui monasteria Lirinensia erant, hac die. Transmissa quidem ad me fuerunt bonę memorię R. Domno Germano, illius loci tunc temporis Abbate, uiro doctissimo, binę canobij Lirinensis Tabulę, in quibus omnium Sanctorum illius insule a prima sua in habitatione erant nomina descripta, at nulla in eisdem huius Anselmi memoria habetur; & ideo quo claruerit tempore, quo tempore fuerit in ordine Abbas, minime aperire nequeo.

DECIMOTERTIO CALENDAS DECEMBRIS.

IN territorio Aruernensi, Sancti Patrocli Abbatis, & confessoris, admirandę abstinentię, & sanctitatis uiri. Cluniaci, Sancti Odonis Abbatis.

NOVEMBRIS 19.

Patrocli Abbatis.) De eodem Molanus in Addit. ad Usuardum, & Galefinius, hac die. Eius meminit Gregorius Turon. in Hist. Franc. lib. 5. c. 10. & uitam describit in lib. de uita patrum c. 9. quam adfert Surius Tomo 6. Migravit in monasterio Bituricensi anno Domini 578.

Odonis Abbatis) Hac die reponitur à monacho auctore Chronici Cluniacensis, & Trittemio, loco die precedenti notato.

DVODECIMO CAL. DECEMBRIS.

CIuitate Hildeshemensis, Sancti Bertualdi, Episcopi & confessoris, qui tempore Otonis III. prefatam Ecclesiam uerbo pascēs, & exemplo, miraculis clarus quieuit. Frisingę, Sancti Corbiniani Episcopi, & confessoris. Eodem die, obitus B. Hieronymi Eremitę, Ordinis Vallis Umbrosę.

NOVEMBRIS 20.

Bertualdi Episcopi) Sic Molanus in *Additio. ad Vsuarium*, hac die Surius autem, qui vitam eius, tomo 6. adfert *Beruardum* appellat quem sequuntur *Tritemius de vir. ill. Ordin. S. Bened. lib. 3. cap. 23. 2. natalem eius reponit die 14. calend. Nouembris*: & *Crantzus Metrop. lib. 3. cap. 49. & lib. 4. cap. 7. à Demochare verò de sacrific. Missæ, tom. 2. cap. 3. 5. Benardus uocatur, & à Cratopolio, qui de eodem agit de Episcopis Germaniæ Bernuarldus. & Beruardus. Fuit ex Comite de Soumscheborg tertiusdecimus Hildesemēsis Episcopus creatus anno 993. cuius di cum annis 21. presuisset, quietis amore resignans cœnobium S. Michaelis, quod ipse construxerat intrauit, & habitum religionis suscepit. an. 1004. nouemq; post annos, id est 1023. miraculis clarus ad Dominum migravit.*

Corbiniani Episcopi) *Calendarium meum Germanicum*, hac die, eodem reponit: egimus nos de eodem die octauo Septembris. *Arbitror* fontem translacionem eius hac die recoli.

Hieronymi Eremitæ) *Tabule Vallis Umbrosæ* de eodem agunt, hac die, & migrasse referunt anno Domini 1124.

VNDECIMO CAL. DECEMBRIS.

Hierosolymis, Præsentatio Sanctæ Mariæ virginis, instituta primum in Gallijs circa annum Domini millesimum trecentiesimum septuagesimum quintum à quodam Reuerendo Abbate monasterij Sancti Nicolai in Normandia, & à summis Põtificibus postmodum approbata. In monasterio Bobiensi, depositio Sancti Columbani Abbatis, qui multorum cœnobiõrum fundator, plurimorum preter extitit monachorum, multisq; uirtutibus clarus, quietit in seculute bona.

NOVEMBRIS 21.

Præsentatio Sanctæ Mariæ) De qua omnes *Martyrologiorum scriptores*, hac die. Extabat huius Præsentationis historia in *Monasterio nostro Oudemburgeni in Flandria*, scripta manu Domini *Aegidij Bertinienis*, qui mihi monasticum habitum primum imposuit, erat enim tunc magister *Noniciorum*: timeo tamen ne cum *Monasterio* ex toto interiret. De hac eadem egimus in explicatione vndecimi rami.

Columbani Abbatis) De eodem *mart. Rom. cum Baronio: Adonijus, Galestinus, Maurolycus, & Felici*, hac die. Vitam eius ab *Iona* Abbate descriptam, adfert *Surius*, tomo 6. que eadem reperitur apud *Bedam*, tomo 3. falso illi attributa; nam *Iong* esse testantur, tum ipse *Ionas* in prefatione sua, que apud *Bedam* deest, tum etiam *Sigebertus* de *uir. ill. lib. 2. cap. 1. necnon & auctor uitæ S. Valerici Abbatis apud Surium*, to. 2. die 1. *lib. 1.*

hac uerba, Si quis plenius scire uoluerit, qualis & quātus in uir
 nobis B. Colibanus extiterit opuscula perquirat, quæ eruditus di-
 scipulus discipulus Ionas Abbas, uir magnus, eloquentiæ plenus
 delectandi peritus, polito & limato satis sermone, de uita ipsius cō-
 posuit. De eodem agit Vincentius, lib. 2.2. cap. 4. 5. 6. 7. & 8. de eius obitu.
 c. 1. & c. 17. de edificatione cænoby Luxouiensis, & lib. 2.3. c. 1. de constru-
 ctione Bobiensis monasterij. Antoninus par. 2. ii. 13. c. 6. §. 1. Petrus in ca-
 tal. lib. 10. c. 94. Tritt. de uir. ill. Ord. S. Ben. lib. 2. c. 5. & lib. 3. c. 26. & lib.
 de scriptorib. Ecclesiasticis. Sigebertus de uir. ill. c. 60. & in chron. ad ann.
 595. & 622. Hermannus contractus in chron. veteri ad ann. 627. & 631.
 & in recentiori ad annum 614. Leslaus de gestis Scotorum, lib. 4. Hektor
 Boetius de eisdem lib. 9. in Eugenio III. Rege. Mombrinius, tom. 2. Crate-
 polius de Episcopis Germania; & Carolus Sigonius, de regno Italia, lib. 2.
 ad annos 613. & 614. quo obiisse refert, sed aliquanto tardius uitam pro-
 traxisse constat ex Sigeberto & contracto. Monasticam uitam duxit pri-
 mo in cænobio Benchorensi sub S. Commogello Abbate, postmodum Sā-
 cto Eustasio, Monasterio Luxouensi sibi substituto, Italiam petijt, &
 Agilulfo Longobardorum Rege concedente, cænobium Bobiense in Apen-
 nino salu edificauit, in quo sanctitate plenus, & miraculorum gloria cla-
 rus quæuit.

DECIMO CAL. DECEMBRIS.

IN Monasterio Luxouensi, Sancti Columbani Monachi, magnæ
 simplicitatis & innocentie uiri, qui in omnibus magistri sui San-
 cti Columbani Abbatis uitam, & mores studuit imitari. Romæ, con-
 secratio Sancti Vuillibrordi Episcopi, & Frisiorum Apostoli. In cœ-
 nobio Vallis de Castro, Referatio corporis S. Romualdi Abbatis, fun-
 datoris monachorum Camaldulensium.

NOVEMBRIS 22.

(Columbani monachi) Huius nat. alem scriptū reperi in quodam ca-
 ledario MS. antiquo satis caractere, in Monasterio nostro Sācili Be-
 nedicti de Māua, in quo & aliorum Sanctorum monachorum nomina de-
 scripta erant, quod ne periret in hunc usque diem apud me retinui. De hoc
 autem S. Columbano agit Petrus in catalogo lib. 10. c. 95.

Consecratio S. Vuillibrordi) Hac die factam, auctor est Trittemius
 de uir. ill. Ord. S. Ben. lib. 4. c. 67. Consecratus est autem a Papa Sergio in
 ecclesia S. Cecilie, anno 696. & nomen eius Vuillibrordus, quod asperum
 & barbarum uideretur, in Clementis, mutatum est: quo tamen nomine se-
 re nunquam, aut certe rarissime uocatus reperitur.

Referatio corporis S. Romualdi.) Hanc refert hac die factam, an-

no Domini 466. Augustinus Flor. part. 2. Hist. Cam. ald. lib. 3. cap. 27. & 28. in quibus & quo ordine, quibusque miraculis attestata, facta fuerit, deliter, & dilucidè prosequitur.

NONO CAL. DECEMBRIS.

IN Hasbania pago Sarchinio depositio Sancti Trudonis presbyteri & confessoris, admiranda sanctitatis uiri. Parisijs, natalis Sancti Seuerini monachi & solitarij. In Monasterio Niuigellenti, depositio Sancte Vuilferrudis uirginis, & Abbatissæ, sanctitate & miraculorum gloria celeberrimæ.

NOVEMBRIS 23.

IN Hasbania) Est nomen illius regionis, quæ est in territorio & diocesi Leodiensis Domini, quam ad fidem magna ex parte conuertit nobis S. Trudo, unde & Hasbanorum Apostolus appellatus.

Pago Sarchinio) Nunc est oppidum non ignobile, ad riualum Cisterdriam, quod ab eius nomine, Sancti Trudonis uocatur.

Trudonis presbyteri) Alias Drudonis: de quo Mart. Rom. cum Benigno; Beda, Ado, vsuardus, Galestinus, Maurolycus, et Felici, qui duo necdese Rhodonem legunt, hac die. Res eius gestas composuit Theodoricus Abbas S. Trudonis, quas adfert Surius Tomo. 6. Ante eum easdè posterius diderant, Donatus diaconus anno. 800. & Guixardus Abbas: Stephanus quidam librum tertium adiecit de miraculis per eum factis. Hoc sequutus est Gerardus Moringus impressus Louani anno 1540. Agunt de eodem Petrus Cratopolus, de Episcopis Germaniæ; Molanus in multis Sanctorum Belgij: & Tritemius de uir. ill. Ord. S. Ben. lib. 3. c. 101. In eænobia construxit in paterno Solio, unum in oppido Sarchinio in hanc Sanctorum Remigij Episcopi, & Quintini (quem Tritemius Quintinus, sed malè, uocat) Martyris, in quo uitam Monasticam, omnibus relictis, ad finem usque uitæ innocenti duxit: alterum medio milliario a Brugis ciuitate, quod S. Trudonis appellatur, in quo olim 80. aiebantur monachi; nunc uero illud inhabitant sanctimoniales, Ordinis S. Benedicti. Vixit anno Domini 670. Obijt que ætatis anno 65. Irrepit apud Tritemium, ut pro Hasbanensis, uir Hispaniensis uocitetur, qui error Librariorum, ut puto negotia per litterarum metathefim quandam, factus est.

Seuerini monachi) De eodem vsuardus, Galestinus, Maurolycus, et Felici, hac die. De quo agit & Petrus in Catalogo lib. 11. cap. vltimo. Ronius autem quinto calend. Decembris.

Vuilferrudis uirginis) Eius meminit Felici in Calèdario suo hactenus hac die. Fuit ut refert neptis S. Gertrudis & Abbatissæ, cui postmodum inuendiatè nē, an mediatè nescio in regimine successit, obiit que ætatis .ccc. lxx. annis.

OCTAVO CAL. DECEMBRIS.

IN territorio Aruernensi, S. Portiani, Abbatis & cōfessoris, qui sub Theodorico Rege miraculis claruit. Cordubæ, Sanctæ Mariz, virginis, & martyris, quæ post diuturnos carceres in persecutione Arabica gladio interempta est. In Monasterio Cauensi, depositio beati Balsami Abbatis.

NOVEMBRIS 24.

Portiani Abbatis) *De eodem mart. Rom. cum Baronio; Molanus in Addit. ad Vsuardum, Galestinus; Maurolycus, & Felici; hac die vitam eius scribit Gregorius Turon. de uita patrum, c. 5. hanc adfert Surtius, tomo 6.*

Mariz virginis) *De qua omnes supracitati, Felici excluso, hac die. Agonem eius recitant, S. Eulogius in memor. Sanct. lib. 2. cap. 8. Alphonsus Villegas in Flore Sanct. Hispaniæ, & Ambrosius de Morales in Chron. Hisp. libr. 4. cap. 11. Erat soror Sancti Vvalombosi Monachi, nati ambo ex patre Christiano, & matre Maura, siue Araba, sanctimonialemq; egit in cœnobio Cuseclarensi, sub Artemia Abbatisa, & martyrio coronata est anno Domini 851.*

Balsami Abbatis) *Tabulæ Cauenses de eodem agunt, hac die. Fuit decanus eius cœnobij Abbas, obiisseq; fertur an. Do. 1232. regimini sui 24.*

SEPTIMO CAL. DECEMBRIS.

IN Monasterio Cluniacensi, depositio Sancti Toussani monachi, & Prioris, exemplo uitæ, & ceremoniarû monasticarum obseruatione, venerabilis, in cuius morte signa plurima diuinitus apparuerunt.

NOVEMBRIS 25.

Toussani Monachi) *Monachus auctor Chronici Cluniacensis huius natalem hac die reponit, & summatim uitam eius narrat. Fuit natione Ambianensis, nepos S. Coletæ institutricis sanctimonialium Colletarum, sub regula S. Francisci, & migravit ab hac luce die S. Catariinæ virginis, cuius maxima tenebatur deuotione, anno ætatis suæ 66. Floruit sub Odone secundo, Abbate Cluniacense, circa annum Domini 1420. Toussanus autem lingua Gallica, interpretatur, Omnes Sancti.*

SEXTO CAL. DECEMBRIS.

Constantiæ, Sancti Conradi, Episcopi & confessoris: qui ex illustri Sueuiæ familia ortus, ab iuente ætate, in monasterio Sancti Galli, in disciplina pietatis, & literarum eruditione, parentum iura institutus, toti Germaniæ uirtutum splendore illuxit, & miraculorum gloria clarus, obdormiuit in Domino. In Monasterio Vendopera, Sancti Leonardi confessoris. In territorio Rhemenfi, natalis Sancti

Sancti Basoli Abbatis, & confessoris, qui tam in uita, quam in morte, miraculorum iurare diuinitus illustratus est. In Monasterio Sanctæ Mariæ in Saxonia, Eleuatio & translatio Sanctæ Idæ uiduæ, & sanctimonialis, facta anno Domini 980.

NOVEMBRIS 26.

Conradi Episcopi) *Alias Cunradi: de quo mart. Rom. cum Baroni: Molanus in Addit. ad Usuardum; Galestinus, Maurolycus, & Felici, hac die. Eius vitam sub compendio recitat Cratepolius de Episcopis Germaniæ. Agunt de eodem Demochares de sacrific. Missæ, tomo 2. cap. 35. Franciscus Belforestius in Cosmogr. in descriptione ciuitatis Constantiensis, à quibus numeratur tricesimus eius ciuitatis Episcopus, migrasse, referatur anno 975. regiminis sui 41. Monachum fuisse in cœnobio S. Galli, sine Augiensi, auctor est Belforestius loco citato.*

Leonardi confessoris) *De quo Molanus in addit. ad Usuardum, Maurolycus, Felici, & Petrus in catalogo lib. 10. c. 111. hac die. Vincentius uero in Speculo, lib. 21. cap. 82. die sequenti. Fuit ut ex his auctoribus apparet primum Monachus Corbiniacensis (non autem, ut quidam male legunt, Corbeiensis, quod Monasterium nondum extabat. Fundatum enim fuit annis plus minus centum ab huius S. Leonardi morte, à Bathilda Francis Regina) & Abbas in Monasterio Vendopera, circa annu Domini 570.*

Basoli Abbatis) *De eodem Molanus loco citato, Galestinus, Maurolycus, & Felici, qui duo postremi mendose Basiliam legunt, hac die. Res eius gestas referunt, Vincentius in Speculo, lib. 21. c. 116. Petrus in catalogo, lib. 9. c. 69. qui eius natalem reponit Idibus Octobris, quo die eius translatio celebratur: & Trittemius de uir. ill. Ord. S. Ben. lib. 3. c. 45. Vixit sub Childerico Rege anno Domini 560.*

Eleuatio & Translatio) *Hac die factas refert Vlfus Monachus lib. 2. c. 8. & ultimo uitæ eiusdem Sanctæ, quæ est apud Mosandrum, Tomo 7. Suri die 4. Septembris.*

QVINTO CAL. DECEMBRIS.

In monte Casino, Sancti Appollinaris Abbatis, qui tantæ sanctitatis fuit ut exemplo beati Petri Apostoli, super aquas siccis pedibus ambulauerit. Moguntia natalis Sanctæ Bilhildis uiduæ sanctimonialis & Abbatissæ, quæ à clero, & populo Moguntino sepulta est in basilica, quam suis ipsa sumptibus edificari curauerat. Nouissima depositio Sancti Acharij, Episcopi & confessoris.

NOVEMBRIS 27.

Appollinaris Abbatis) *Hac die migrasse referunt Leo Ostiensis in clero Cas. lib. 1. c. 23. qui de eodem agit et duobus precedentibus 21. & 22.*

11. & Tritt. de vir. ill. Ord. S. Ben. lib. 8. c. 3. 13. Vitam eius copiose describit Petrus Diaconus in libr. de Sanctis montis Casini c. 25. Fuit Abbas Casinensis à S. P. N. Benedicto quartusdecimus, obiitque anno 828. regiminis sui anno 11. Martyrii titulo ornatur a Petro & Trittemio, quo tamen mortis genere decesserit non explicant.

Bilhildis uidxa) De qua Molanus in Addit. ad Vsuardum, hac die. Vitam eius ex Breuiario Moguntino, adfert Surius tomo 6. De eadē agit Petrus Cratopolius de Episcopis Germaniæ, & Abbatissam fuisse refert in Monasterio, Antiquæ Celle quod nunc ad Albas Dominas dicitur, in quo sepulta iacet.

Acharij episcopi) Sive Acharii, de quo Molanus loco citato; Maurolycus, & Felici qui Achatium habet, hac die. Agitur de eodem in uita S. Eustasii Abbatis c. 6. apud Surium To. 2. die 29. Martii, ubi ex monacho Luxouienfi, assumptus narratur ad Episcopatum Nouiomensem. Anno auct. 633. creatum, & 647. mortuū, refert Demochares de sacrif. miss. to. 2. c. 15. a quo numeratur 19. eius sedis Episcopus. Eius & meminit Meyertus lib. 1. annal. Fladriæ. Corrigendi hic ueniunt Maurolycus & Felici, qui eum Episcopum Nouiomagensem appellant; Nouiomagum enim urbs est Gheldriæ, quæ nūquam Episcopali dignitate ornata legitur: at Nouiomum, siue Nouiodunum Ciuitas est Picardiæ in Viromanduis apud Andellam finitum, quæ Gallicè uocatur Noyon, per y grecum ad differentiam alterius Noion, per i latinum, quæ alio nomine Neuers appellatur, & latine Nuedunum, siue Nouiodunum. In illa ergo ciuitate Nouiomensi Picardiæ sedis hic noster Acharius.

QUARTO CAL. DECEMBRIS.

Constantinopoli, sanctorum martyrum Stephani iunioris, Basilij, Petri, Andreae, & sociorum trecentorum, & triginta nouē monachorum, qui sub Constantino Copronymo, pro sanctarū imaginum cultu, uariis excruciatu supplicijs, ueritatem catholicam effuso sanguine confirmarunt. Romæ, depositio Sancti Gregorij Papæ IH. qui sanctitate, meritisque præclarus migravit in cælum. Posnaniæ, transitus Beati Casimiri, huius nominis primi, Poloniæ Regis, qui ex monacho Cluniacensi, ad regiam subleuatus dignitatem, dispensatione Papæ, in pupillos & uiduas clemens & beneficus semper fuit, & timoris Dei plenus in pace quieuit. Carpentorati, natalis Sancti Siffredi Episcopi, & confessoris.

NOUEMBRIS 28.

Stephani iunioris, & sociorum) De iisdem mart. Rom. cum Baronio, & Galefmius, & Molanus in Addit. ad Vsuardum, hac die. Acta martyrij

rij recitant, Surius, tomo 6. impressionis Venetæ, & Mosander, to. 7. Ioan. Damascenus apud Billium. Nicephorus, libr. 2. 2. Zonaras in tertia parte Annal. in Copronymo, & Cedrenus in Compendio, anno 25. eiusdem Imperatoris. Fuit Stephanus monachus montis S. Auxentij in partibus Bithynie: urum tamen omnes eius socij ex eodem monasterio fuerint, me later. Quare autem hic eos memorem, sæpius in præcedentibus dixi.

Gregorij Papæ) De quo mart. Rom. cum Baronio, Molanus, Galef-
nius, Maurolycus, & Felici, hac die. Res eius gestas recensent Platina de
uitis Pontific. Panuinus, in Epitome, & alij. Monachum fuisse testatur
Hieronymus Plata de bono status religiosi, lib. 2. cap. 28. cuius tamen ma-
nasterij non exprimit, inter Benedictinos tamen eum numerat. Successit Gy-
gorio II. anno 731. uti demonstraui in tractatu de summis Pontific. et
monachismo assumptis.

Calimiri Regis) Hac die feliciter migrasse referunt, Matthias à Mi-
chonia, de reb. Pol. libr. 2. c. 14. & Martinus Cromerus, lib. 4. qui res eius
gestas copiose describunt. Agunt de eodem, eiusque monachismo, & transi-
tu felici Alexander Gagninus Veronensis in compendio chron. polonia. chro-
nicon Cluniacense in Hugone. 2. Abbate. Belforestius in cosmographia, &
alij Polonici scriptores. Obijt autem anno Domini 1058. regni sui 18. & se-
pultus est Poshania in Ecclesia cathedrali. de rebus eius, ad Ecclesie utilita-
tem gestis, diximus in ramis arboris.

Siffredi Episcopi) De eodem Tabula Lerinenses ad me transmissa, hac
die: quæ tamen quo tempore floruerit non exprimiunt. Fuit monachus Le-
rinensis.

TERTIO CAL. DECEMBRIS.

IN Dauentria, Sancti Radbodi, Traiectensis Episcopi & confesso-
ris. Eodem die, transitus Sanctæ Idæ de Niuella, monialis cenobij
Rameiæ Cisterciensis Ordinis, in patria Namurcensi.

NOVEMBRIS 29.

Radbodi Episcopi) De quo Molanus in Addit. ad Vsuarium, & in
Indiculo Sanctorum Belgij, hac die. Galefmius item, qui mædore ho-
tholdum scribit. Vitam eius ex incerto adfert Surius, to. 6. De eodem agunt
Cornelius Kempius in Catalogo Episcoporum traiectensium, qui fuerunt
Frisones, qui adiectus est coronidis loco, ad historiam suam de situ Frisæ.
Barlandus etiã, & Gerardus Nouiomagus in Indicibus Episcoporum traie-
ctensium, à quibus numeratur 14. eius sedis Episcopus. Petrus Cræpoldus
de Episcopis Germaniæ, & Tritemius de uir. ill. Ord. S. Bened. lib. 2. c. 38.
& lib. 3. cap. 255. ubi nominatur monachus post Episcopatum: in libro an-
tem de script. & eccles. etiã ante episcopatum monachum fuisse refert, circa
14.

amen cenobij non exprimit. Erat pronepos Radbodi Frisorum Regis, mi-
 panitq; anno Domini 917.

Ida de Niueila) De eadē Molanus loco citato, hac die. virg eius acta
 tempus, quo claruit, hactenus me fugerunt.

PRIDIE CAL. DECEMBRIS.

Roma ordinatio et consecratio Sancti Bonifacij Episcopi, Ger-
 manicum Apostoli, à Gregorio Papa secundo facta.

NOVEMBRIS 30.

Ordinatio & consecratio) Hac die factam refert Molanus in in-
 diculo Sanctorum Belgij. Annum vero assignant Sigeberius in chro-
 nico, & Contractus, scilicet septingentesimum decimumseptimum. Et tunc
 primum antiquato nomine eius Vinifrido, quo ante uocabatur, nomen ei
 Bonifacius à Gregorio Papa est impositum. De eodem fufius egimus die
 5. Junij, & in ramo 3. arboris.

DECEMBERI.

CALENDIS DECEMBRIS.

Noniomi, apud Belgas, Sancti Eligij, Episcopi & confesso-
 ris, miraculis clari. Hic uir beatus inter cetera bonorum
 operum insignia multa Sanctorum auro argentoque &
 gemmis fabricauit sepulchra. Præterea, pastoris cura soli-
 citus, multum in Flandris labrauit fugi instantia Andouerpis pu-
 gnauit multosque etroneos Suenos conuertit. Fana nonnulla, Chri-
 sti clypeo protectus cum Apostolica auctoritate destruxit, idola quo-
 que diuersi generis, ubidunque inuenit, funditus subruit. Londi-
 ni, Ioannis Beci Abbatis Colcestrensis, quem Henricus VIII. Rex
 diuersis tormetorum generibus, quod ei subscribere noller, occidit.

DECEMBRIS I.

Eligij Episcopi) De quo Mart. Rom. cum Baronio; Beda, Insuardus,
 Ato, Galefinus, Maurolycus, & Felici, hac die. Res eius gestus descri-
 pti s. Andoenus Rothomagensis Episcopus libris 2. quas adfert Surius, to-
 mo 6. Estant eadem abbreviatæ in Breuiario Ecclesia Nouiomensis. Agit
 de eodem Vincentius in speculo, lib. 23. cap. 85. 86. 87. & 88. Petrus in Ca-
 talogo, lib. 1. cap. 17. Claudius de Rota in Legendario, cap. 210. Petrus Cra-
 topolus de Episcopis Germaniæ. Molanus in Indiculo Sanctorum Belgij,
 Meyerus, lib. 1. Annal. Flandriæ. Aimonius monachus de gestis Franco-
 rum, libro quarto, capit. 41. & Demochares de sacrificio Missæ, tom. 2.
 cap. 15 ad quo numeratur 20. eius sedis Episcopus. Migravit secundum Si-
 gverrum & Meyerum anno 665. Ante Episcopatum monachus & Ab-
 bas

bas cœnobii Solemnia ei fuit, ut testantur, Sigebertus in chron. anno 677. Tritemius, & Molanus locis citatis; Suppl. chron. lib. 10. & Notgerus in vita S. Remiaci apud Saurium tertio nonas Septembris, qui dicit S. Remaculum successisse S. Eligio in regimine Abbatie. Confirmat & eius Monachismum Felici in Ephemeride sua. Demochares ex Sigeberto dicit se esse annos 13. seipsum Meyero tredimus annis. septemdecim præfuisse fatentis est: ordinatus est enim ut colligitur anno 648. & obiit anno 665. Hic est ille Sanctus, qui uocatur ab Italis, Sanctus Ald, de pingiturq; ut plurimum arte fores fabricatorum ferrariorum (quos vulgò Marefchalcos vocamus) in labium marefcalchi signo. Sancta crucis fractam tibiham. Equi autem se. cœnobii tui dextra (sanctis) & redintegrantis: sinistra verò malleum, & forcipem tenentis. Quæ pictura pietatem & deuotionem potius redolet, quam veritatem: non enim S. Eligius Marefcalchus fuit. antè Monachatum, sed aurifex, ut testantur omnes unanimi consensu, qui res eius gestas posterò reliquerunt: ideoq; à Flandris & Gallis apud quos cõuerfatus est & a quibus vocatur. Sanctus Eloy, in forma monachi Pontifici alibus indui depingitur, dextra quidem Bædum pastoralia: laeva verò duos Malleolos, quibus videntur Aurifexes, gestantis: in istis prioris vitæ genus; in vestibus Monachalibus, Religionis monasticæ ab eo assumptæ propositum; in Pontificiâ indumento, Episcopalis dignitas designantur. In ciuitate mea Duacensi in Flandria, in quodam sacello Dniæ Magdalene, quod est in cœmisterio et legitur & Ecclesiæ nostræ parochialis Dni Petri, pro reliquijs magna cū reuerentia asseruantur duo malleoli ferrei, qui ipsius Sancti, Eligij dnm videntur fuisse feruntur, & hac ipsa die ex pluribus ciuitatibus, oppidis, villis, & pagis circumvicinis, maxima cum frequentia, & deuotione conuertunt, & nobiles, quàm ignobiles, qui Equis alendis delectantur, secumq; Equos suos adducunt, ut à sacerdote primario ipsius Sacelli, predictis Malleolis cruce signari, & aqua lustrali aspergi valeant. Res mira, uera tamen, ut ipse hôte oculis uidi, si Equus phrenesim uel rabiem patitur. statim, ut cruce signatur, & aqua sancta respersus est, ab omni malo citius liberatur: si uerò ab infirmitate huiusmodi liber est, ne in eam illo anno incidat, preseruatur. Ex hac igitur consuetudine Equos cruce signandi, natam arbitror Italorum præteritam supradictam.

Ioannis Beci] Cuius martyrium, hac die, annotatum inuenies, apud Nicolaum Sanderi lib. 1. de schismate Anglicano, simulq; mortis eius constantiam.

QUARTO NONAS DECEMBRIS.

CAsini, depositio Beati Oderisij, Abbatis, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, qui cum Congregationem Casinensem annis octodecim & menses ferè tres pacificè gubernasset, sanctis operibus

plenus

sanctus qui uic in Dominico. In Germania, natalis sancti solae Abba-
 us, discipuli sancti Bonifacii Episcopi & martyris. Niuellæ, conse-
 cratio sanctæ Gertrudis uirginis. Item Casini, Translatio sancti Ber-
 tharii Abbatis, & martyris, quando factæ eius reliquie ex Monaste-
 rio sancti Saluatoris, quod erat ad radicem montis, ad Monasterium
 Casinense, cum multis miraculorum attestatione, reportatæ sunt.

DECEMBERIS 21.

Oderisij Abbatis) Depositionem eius, hac die, annotat Petrus Dia-
 conus in lib. 4. Hysto. Casin. cap. 26. qui & de eodem tractat libr. de
 script. Casin. cap. 28. De eius Cardinalatu superius egimus. Obijt anno Do-
 mini 1105. Casini sepultus.

Solæ Abbatis) Reponitur hac die à Trütemio de uir. ill. Ord. S. Bened.
 lib. 3. cap. 254. Fuit Abbas in Diocesi Eistetenfi anno circiter Do. 670.
 Molanus uero ait de eodem die sequenti in 3. d. in u. p. 27. huiusmodi

Consecratio S. Gertrudis) De eadem Molanus in Additio. ad Usuar.
 dicit & in Indiculo Sanctorum Belgii, hac ita die.

Translatio S. Bertharii) De qua Fabula Casinenses, hac die: cuius quidæ
 hystoriam, nec diu. literis consignatam noui, totius tamen rei gestæ hysto-
 riam, & miracula, quæ in eadem translatione diuina uoluntate perpetra-
 ta sunt, sicut Casini in eisdem Sancti Capella, in qua niro quodam artifi-
 cio depicta cernuntur. Celebratur hæc festiuitas per monachos Casinenses
 sed titulo duplici minoris, eoque religiosius, quod S. D. N. Leo, Papa X. sub
 anno 1513. omnibus Christi fidelibus, utriusque sexus, uerè penitenti-
 bus, & uisitantibus Capellam S. Bertharii, à primis huius translationis ue-
 speris, usque, & per totam diem dictæ translationis, qui pro conseruatione
 huiusmodi, manus adiutrices porrexerint, plenariam omnium peccatorum
 suorum, remissionem, & Indulgentiam, concesserit. Et ut ipsi uisitantes, hu-
 iusmodi Indulgentiæ capaciores redderentur, Abbati Casinensi concessit,
 ut deputare possit in sua Ecclesia ad meos Presbyteros seculares, uel cuius-
 que Ordinis Regulares, qui confessionibus illorum diligenter auditis, eosdem
 ad omnibus & singulis criminibus, excessibus, & debilitis, quantumcunque
 grauibus, & enormibus, etiam & de casibus sedi Apostolicæ reseruatiss (ex-
 ceptis tamen ijs, qui in cenâ Domini recitantur) saluari penitentia inui-
 ssa, absoluerè possint, ut ex Bullis eiusdem Pontificis uidere est, quæ reser-
 uata in archiuiò Casinensi.

TERTIO NONAS DECEMBERIS.

In Anglia, Sancti Birini, Episcopi Dorcestriensis, & confessoris.
 Vualchiodori ex Latiniaco, depositio, & translatio Sæcti Eloquij,
 Abbatis & confessoris. In monasterio Blandiniensi, aduersus corpo-
 rum

rum Sanctorum Guduuah; & Bertulphi. Senis in Tuscia, Sancti Galgani Eremitæ, Ordinis Cisterciensis.

DECEMBERIS 3.

Birini Episcopi) De quo Mart. Rom. cum Baronio. Molanus in Additio. ad Vsuardum, & Galestinus, hac die. Vitam eius ex incerto adfert Surius, tomo 6. Eandem descripserunt Beda in Hist. Angl. libr. 3. & Gulielmus Ramesey, monachus Benedictinus anno 1178. que putatur ea esse quam Surius recitat. Agunt de eodem Tritemius de iur. ill. Ordo. S. Bened. lib. 4. cap. 140. Polydorus in histor. Anglor. lib. 4. & Demochares de sacrific. Misæ, to. 3. cap. 15. & 39. Fuit monachus Romanus, & in Angliam ab Honorio Papa primo missus anno 635. Saxonés Occidentales per prædicationem ad Christum adduxit, unde & eorum Apostolus appellatus meruit. Obiit anno Domini 650. Apostolatus sui 16.

Eloquii Presbyteri) De quo Molanus loco citato, hac die in indiculo Belgii item sub compendio uitam eius describit. Erat natione Hibernus, & usque est post S. Furseum Latiniaci Abbas circa annum Dom. 670. Vitam eius ex MS. adfert Mosander, to. 7. Surii, ubi agitur de eius translatione ad Uualciodorensis cænobium hac die facta tempore Caroli simplicis Gallie Regis.

Aduentus corporum SS. Gud. Bertulphi) Horum aduentum, sicut potius translationem annotat Molanus ibidem, & in indiculo Sancti Belgii, hac die. De Bertulphi item translatione hac prima, agunt uita eius apud Surium Tomo 1. nonis Februarii.

Galgani Eremitæ) De eodem Mart. Rom. cum Baronio, hac die. Vita eius descripsit F. Gregorius Lombardellus, Ordinis S. Domini. Reliqua uita de apud Baronium.

PRIDIE NONAS DECEMBERIS.

Parmæ, depositio Sancti Bernardi Episcopi, & Cardinalis, Ordinis Vallis Umbrosæ: acerrimi Sanctæ Ecclesiæ contra Hæreticos propugnatoris. In monte Casino, Relatio Sancti Patris nostri Benedicti, & Sanctæ Scholasticæ uirginis, sororis eius, ex cænobio Florentiensi in Gallijs, ad suum Monasterium. In pago Bituricensi, Sancti Sigiranni Abbatis. Eodem die, Sancti Patris Ioannis Damasceni.

DECEMBERIS 4.

Bernardi Episcopi) De eodem Tabulæ Vallis Umbrosæ, Mart. cum Baronio. Molanus in Additio. ad Vsuardum, Galestinus, Molanus lycus, & Felici, hac die. Hic Florentiæ natus ex nobili Vbertorano familia, per omnes gradus suæ religionis ascendens, Generalatus etiam honore decoratus est, quæ gessit annis plus minus 36. ab anno uidelicet 1077.

Anno ad r 33. quo eius mors notatur. Quando autem factus sit Cardinalis.
 dicitur alio in loco. Agit de eodem Valerianus Abbas S. Saluy, in descri-
 ptione Cardinalium Florentinorum. Hanc translationem, siue Relationem po-
 nit hoc die, annotant Maurolycus, & Molanus in Addit. ad Vuardum.
 Notatur & in calendarijs Monasterii Sancti Georgii maioris Venetarum,
 his verbis. Translatio corpora S. P. N. Benedicti, & sororis eius Schio-
 laticae, ex Gallia, ad montem Casinum. Historiam huius translationis
 suae descriperunt Theodoricus Monachus Benedictinus, & Anastasius
 Bibliothecarius Monachus Casinensis, quae reseruat in me MS. in
 qua tamen multa sunt castigazione digna. Agunt de eodem Vincentius
 in Speculo, lib. 23. cap. 155. Antoninus in summa Hist. parte 2. Matthaeus
 Westmon. in floribus historiarij. Hugo Floriacensis Monachus, & Pe-
 trus Aequilinus in Catalogo, lib. 6. cap. 81. diuerso tamen modo, ut ex Hu-
 gonis ipsius verbis, quae sequuntur videre est: Anno, inquit, decimo Con-
 stantini quarti, Casinenses monachi auctore Carlomano Rege Fran-
 corum a Zacharia Papa impetrarunt, ut eis corpus Sancti Benedicti
 a Floriacensibus redderetur. Qui uenientes Floriacum, dum corpus
 leuare uellent, tali caecitate percussi sunt, quod se inuicem uidere non
 poterant; nec a Deo usque lumen eis restitutum est, donec intelli-
 gentes corpus Sanctum ibi quiescere uelle, id dimittere proposuerunt.
 Haec Hugo, cuius sententiam omnes praefati sequentes, longiorem narra-
 tionem suis inseruerunt scriptis, aduentum quidem Carlomani Regis, &
 Monachi ad monasterium Floriacense, ut ossa sanctissima Casinum redu-
 ceret, describentes, sed reductionem praefati arum reliquiarum ob miraculi no-
 uitatem, abnegantes. His tamen argumentis occurrit Anastasius Biblio-
 thecarius, totius rei gesta oculatus testis, qui quomodo haec translatio fa-
 cta fuerit, quoue tempore, & qua ratione huiusmodi eis caecitas eueniret, sim-
 plici, & veraci stylo aperit, sic inquit. Tunc S. Papa Carlomanus Casi-
 nensem monachum cum alijs duodecim de eadem congregatione fra-
 tribus ad P. S. Benedicti eiusque Sororis reliquias Casinum redu-
 cendas in Franciam secum ire praecipit. Nocte autem illa, qua diem
 praecedebat, qua nuntij Pontificis ad Casinum uenturi erant, sanctissi-
 mus Pater Benedictus una cum sorore sua Carlomano apparet; di-
 cit ad eum. Surge, & de nostra congregatione recum fratres assu-
 mens, prout ab omnium Dominatore praefixum est, & ordinatum. Gal-
 liam perge, & ossa nostra ex hoc loco furto sublata recipiens, ad hunc
 locum reducere, & in pristino sepulchro recondere stude, quia te lar-
 gibua omnipotentis clementia ad tantum negotium peragendum cle-

git. *Et infra* Pipinus autem Rex, iuxta quod iureiurando, beati-
mo Stephano Papa, & Carlomando fratri suo de sanctis reliquiis
miserat, omnes Duces regni sui euocans, iussu iam dicti S. Stephani
Papæ secundi, una cum Carlomando fratre suo, & duobus filiis sui
necnon & Aurchario, & Rothardo Ducibus, Aegidio quoque Rotho-
magenſi Archiepiscopo, quem Stephanus Papa sanctissimus in
negotio suo vicarium dimiserat, &c. Aurelianum aduenit. Hinc
itaque aduentum, Carlomani similiter atque Pipini, monachi
monasterio Floriacensi cum agnouissent, dissoluta sunt extempore
secreta eorum, & conturbata corda; sanctas quoque P. Benedicti reli-
quias de loco in quo abscondite sunt auferentes, in alio loco occul-
tauerunt; intra ambitum scilicet ecclesie; ipsique monasterium egre-
dientes, fugæ labulum sumpserunt. Cumque ecclesiam hi omniter
exercitum, Francorum, Lotharingorum, Alemannorum, Sueuorum,
Burgundorum ingressi fuissent, & ea que Monachi egerant agnos-
uissent, ultra modum accensi, fossores quamplurimos aggregantes
ac totam ecclesiam altius erudantes, quod desiderabant inuenere.
At Aegidius Rothomagenſis Archiepiscopus, dum sanctas reliquias
non propter Casinensem ecclesiam, sed propter luera sua tollere
leis, subito factæ sunt densissimæ tenebræ, ita ut alteri alterum non
deret, nullusque ad tangendas iam dictas reliquias accedere poterat.
Stupebant enim nerui eorum. Tum Carlomanus ad Regem Pipinum
fratrem suum conuersus, ait. En frater amantissimè, ut uideo, fraudes
in negotio. Quamobrem si postre fraternitati æquum uideret, pro-
missione Deo faciamus, ac Sanctissimo Patri Benedicto, si nobis ser-
uulis suis sanctas reliquias hinc leuare permiserit, nobis que in
to negotio opitulatus fuerit, ut Casinum reportentur, & in sancto
sepulchro, cum aliis reliquiis ibi dimissis recondantur; quia, ut u-
deo Aegidius Archiepiscopus, auaritia face succensus, ad luera
sua, non ad proficuum Casinensis ecclesie laborat, & ut sua sint con-
cupiscit effluere. Annuit Rex Pipinus, & prout frater suus dixerat
cit. Necdum uotum expleuerat, & ecce lux intolerabilis super eos de
cælo descendit, & audita est uox de cælo dicens: *Cur moras tenetis
id propter quod uenistis perficite; quia Deus, & eius amantissimus Apo-
stolus Ioannes hic est.* Aegidius autem Rothomagenſis Archiepiscopus,
qui uices Stephani sanctissimi Papæ Secundi ibi fungebatur,
tanto roboratus, & animatus oraculo, Sancti Patris Benedicti reli-
quias inde eleuans, Carlomano Casinensi monacho tradidit, quas
gillo regali consignans, cum fratre suo Rege Pipino, & omnibus qui
cum

em eo ad tantum negotium perficiendum a Stephano Papa sanctif
 lica, patrocinia de Casino sublata, inde eleuans, cum fratris sui Be
 Sanctuariis iunxit, & anulo similiter Regali consignans, re
 uenti sunt Pipinus & Carlomanus cum sanctis reliquijs, & vbiq;
 S. P. Benedicti, Scholasticaeque sororis eiusdem reliquia: de loco ad
 locum conuenirent, meritis illic P. sanctissimi Benedicti, eiusque so
 roris, & Carlomani sanctissimi, sanitatis medelam conferunt patro
 cinijs. *Et circa finem.* Stephanus Papa, & cum eodem Rege &c.
 ad Casinense cœnobium uenerunt, inestimabili luce, a Francia vsque
 Casinum Deo illos comitante, super reliquias lætificati sunt. Cum
 que montem ascendissent idem Sanct. Stephanus Papa I. I. secum
 lepre Episcopos Cardinales euocans, una cum Carlomano S. P. Be
 nediicti sepulchrum eiusque sororis uirginis Christi Scholastica, eis
 reterare præcepit. Quo aperto duas contiguas sepulturas inuene
 runt, & posuerunt in dexteram partem sepulchorum loculum mar
 moreum, quatuor pedum longitudinis, latitudinis uero penè duorū,
 in quo ossa S. P. Benedicti eiusque sororis, que de Neustro Fran
 cize reducta fuerant, cum alijs ossibus ibi inuentis recondiderunt. In
 sinistro autem sepulchrorum latere, loculum ex lignis Sethim, eorū
 puluerem continentem, posuerunt. Recondiderunt autem eos ita.
 Capita eorum contra chorum, pedes contra altare S. Ioannis Bap
 tista habentes. *Hactenus Anastasius, cum ceteris que sequuntur.*

*Repositæ uero sunt reliquia predictæ die 4. Decembris, id est hodie,
 ut asserit etiam Petrus Diaconus in Supplemento suo ad Anastasium Bi
 bliotecarium.*

Sigranni Abbatis.] *De quo Molanus in addit. ad Ursardum, hac
 die. Fuit autem ut ex uita S. Suiardi liquet, apud Surium Tomo se
 cundo, die 1. Martij. Abbas Anisolenis, eique in regimine Abbatie
 successit idem Sanctus Suiardus, eius filius, circa annum Domini 590.*

Ioannis Damasceni.] *De eodem Molanus loco citato, hac die. Mar
 ty. Ro. uero, anno 1583, impressum, tertio Cal. Decemb. Baronius autem,
 & alij, pridie nonas Maij: ubi fusius de eo egimus.*

NONIS DECEMBRIS.

Treuiris, S. Nicetii Episcopi, miræ sanctitatis uiri. Treuiris in Mo
 nasterio Horrei, S. Basilissæ uirg. & Abbatissæ, miraculis clare.

DECEMBRIS. S.

Nicetij Episcopi.] *Sive Niceti: de quo Mart. Ro. cum Baronio, Ado,
 Matrolycus, & Felici hac die. Reliqui uero ipsis Calendis Octobris,*

ubi de eo egimus latius.

Basilisæ virg.) Reponitur hac die a Tritemio de vir. ill. Ord. S. Ben. lib. 3. c. 20 5. a Molano vero die 20. Maij, qui fortassis est ipsius translatio nis, ibidem tamen de ea latius egimus. Fuit Abbatisa Horri sextæ.

OCTAVO IDVS DECEMBRIS.

Marcianis, natalis Sanctæ Gertrudis uideat, & primæ Ham ticenſis Abbatisſæ, quæ ſanctitate clara, & plena diernum in b mino obdormiuit.

DECEMBRIS 6.

Gertrudis uideat) De qua Molanus in Additio. ad Vſuardum, in Indiculo Sæctorum Belgij, hac die. Fuit Proana S. Eusebie uirginis, quæ ei in regimine ſuceſſit, obiitque Hamaticot anno Domini 630. Erat tunc Hamaticum Abbatia monialium, ſicut et Marcianenſis, quæ p ra ſunt ad Scarpan fluium non procul à Duacoyunc uero eſt præpoſita ra ſub cura Marcianenſis Abbatis. Quiſciv Gertrudis Marcianenſis in Elæ Rictudis Monafterio.

SEPTIMO IDVS DECEMBRIS.

In pago Meldenſi, ſanctæ Phare uirginis, & Abbatisſæ Brigite regrobii, quæ cum eſſet ſanctorum Pharonis, Vualberti & Gando aldi Episcoporum ſoror, multas Regum, & Principum filias in De ſeruitio ſanctiſſime enſeruit, & imitaculis clara quieuit in pace.

DECEMBRIS 7.

Meldenſi) Sive ut alij legunt Meldicenſi. Phare uirginis) Alias Fara; de qua Mart. Rom. cum Baroni Vſuardus, Galeſinius, Maurolycus, & Felici, hac die. De eadem agunt In centius in Speculo, lib. 23. cap. 15. & 16. Petrus in Catalogo, lib. 1. cap. 39. & Tritemius de vir. ill. Ord. S. Bened. lib. 3. cap. 65. Plura uero de ea reperiuntur in uita S. Pharonis Episcopi, die 28. Octob. apud Swium, tom. 5. Claruit anno 640. in cenobio Brigæ, quod alio nomine Enoricæ uocatur, ſive Fara, ut uidere eſt apud Bedam, lib. 3. cap. 8. hiſt. Anglorum.

SIXTO IDVS DECEMBRIS.

Conceptio glorioſe ſemper uirginis Dei Genitricis Mariæ in ſta ta primum à ſancto Anſelmo. In Monafterio Luxouenſi, ſancto Romarici Abbatis, qui cum in aula Theodeberti Regis primus eſſet, renuncians ſæculo, monaſtica obſeruantia ceteris etiam antecelluit.

DECEMBRIS 8.

Conceptio glorioſa) De qua omnes Martyrologiorum ſcriptores tam Græci, quam Latini, hac die. Tribuitur autem huic die.

institutio primaria, *S. Anselmo*, qui postmodum factus est Cantuariensis Episcopus: ut auctor est Petrus in Catalogo, lib. 1. capit. 42. Alij eam dicunt Helisino, siue Elfino, alias Elpino Anglo Abbati, ut Claudius in Legendario, cap. 185. & qui eum sequuntur, tempore scilicet Guillelmi Normanni Anglorum Regis circa annum Domini 1070. In hoc tempore concordant omnes a monacho Ordinis D. Benedicti institutam priorem, deinde ab Ecclesia Romana confirmatam fuisse, uti fusius demonstramus in explicatione rumorum.

Romariici Abbatis) De eodem Mart. Rom. cum Baronio; Molanus in addit. ad Usuardum, Galestinus, Maurolycus, & Felici, qui mendose Romanum legit, hac die. De eius conversione agitur in vita S. Eustasij Abbatis, cap. 6. & in vita S. Arnulphi Metensis Episcopi. Eius quoque mentem faciunt Tritemius in Spectulo, lib. 23. cap. 72. & 73. Petrus in Catalogo, lib. 1. cap. 44. Tritemius de vir. ill. Ord. S. Bened. lib. 3. cap. 90. & postremo Franciscus de Rosieres, Stemmatum Lotharingie, tomo 2. historia capitali 36. & to. 3. hist. capit. 51. Migravit ann. D. plus min. 670.

QUINTO IDVS DECEMBRIS.

Perragoricis in Gallia, Sancti Cypriani abbatis, magnæ sanctitatis viri, & miraculis clarissimi. Toto Monasterio, Sanctæ Baldæ Abbatis.

DECEMBRIS 9.

Cypriani Abbatis) De eodem Mart. Rom. cum Baronio, Ado, Usuardus, & Felici, hac die. Gregorius Turon. de gloria confess. cap. 100. res eius gestas pandit, quas adfert Surinus, to. 7. De eo item Petrus in Catalogo, lib. 1. c. 51. & Tritemius de vir. ill. Ord. S. Bened. lib. 3. cap. 253.

Baldæ Abbatis) De qua Molanus in Addit. ad Usuardum, hac item die. Res eius gestæ, hactenus me fugerunt.

QUARTO IDVS DECEMBRIS.

In territorio Rhemensis, Sancti Sindulphi presbyteri & monachi Sancti Basoli Abbatis discipuli, magnarum uirtutum viri.

DECEMBRIS 10.

Sindulphi Presbyteri) De quo Baronius in Annotationibus suis ad Sindulphum Episcopum, hac die. Agit de eodem Tritemius de vir. ill. Ord. S. Bened. lib. 3. cap. 46. Vixit anno Domini 600.

TERTIO IDVS DECEMBRIS.

Reate, Canonizatio Sancti Laurentij Dublinensis Archiepiscopi, facta ab Honorio Papa tertio, anno sui pontificatus decimo.

DECEMBRIS 11.

Canonizatio) Auctor uitæ S. Laurentij apud Surinum die. 14. Nouembris

bristemo 6. hac die factam refert, anno Domini 1306.

PRIDIË IDVS DECEMBRIS.

IN pago Vimacensi, depositio Sancti Vualerici, Abbatis & confessoris, miraculorum gloria clarissimi. In Vuandalia, ciuitate Faldera, Sancti Vicelini, episcopi & confessoris, qui Vuandalos & Slauos ad fidem sua prædicatione conuertit, & miraculis gloriosus, in pace dormiuit.

DECEMBRIS. 12.

Vualerici Abbatis] De quo Huardus, Galefinus, Maroxyensis Felici, hac die. Reliqui uero die. 1. Aprilis. Vitam eius composuit Gimbertus Abbas: & quidam alius Anonymus ad abbatem Theodoricum hanc adfert surius Tomo. 2. die. 1. Aprilis. Agunt de eodem Vincentius speculo lib. 2. c. 21. 22. 23. & 24. Petrus in catalogo lib. 4. ca. 21. Thomas de uir. ill. Ord. S. Ben. lib. 3. c. 78. & alii. Fuit discipulus S. Columbanus Abbatis, floruitque circa annum Domini 620.

Vicelini Episcopi] Eius natalem, hac die, annot. Helmoldus in chron. Slauium lib. 1. c. 79. Crantzius in Vuandalia lib. 4. c. 18. & Albertus Abbas Stadenfis in chro. ad annum 1154. Res autem eius egregie gestas sequuntur ydē Helmoldus scilicet eodem lib. 1. a capite 42. ad 79. Crantzius in Vuandalia, lib. 3. a capite. 32. ad finem: & lib. 4. a capite. 1. ad 18. & in Metropoli Saxon. lib. 6. a cap. 4. ad 27. exclusiue. item in Saxonia de eius apostolatu lib. 5. c. 29. de eius Monachatu in Monasterio uo Faldera, lib. 6. c. 13. de eius Episcopatu, eodem lib. c. 12. & lib. 10. c. 46. de eius patrocinio & tutela. Albertus item Abbas Stadenfis in chronico ab anno 1133. ad 1154. De eius etiā prædicatione qua spatio triginta & amplius annorum, incredibili labore uniuersam Vuandaliā ad Christum conuertit, tractat Hieronymus Plata, de bono status religiosi lib. 2. c. 30. Fuit ut dixi monachus. primum & Abbas Segebergensis cenobij, quod Monasterio interpretatur, deinde monasterio a Pribislaw Principe denaſtatur, tranſiit se ad ciuitatem Cuzalinam & Monasterium Nouum Edictum construxit, cui aliquot annis laudabiliter præfuit, postmodum fratribus proficiens Volcuuardum Abbatem, ipse uerbi Dei prædicationi intentus, tandem anno uacantis sedis Aldemburgensis ecclesie, S. creatus eiusdem sedis Episcopus undecimus, anno domini 1149, apostolatus sui, cui cum annis fere sex præfuisse, anno 1154, migravit in caelum.

IDIBVS DECEMBRIS

IN pago Pontino, sancti Iudoci monachi & confessoris, filii Iudicæ Britonum Regis, admirandæ sanctitatis, cuius corporis uirginium, omnisque carnalis commixtionis contagione immunitus.

in saluum ac integrum permansit in tumultu, ad sexaginta ferè annos, ac si spiritus vitæ foret in eo. In territorio Argentinensi, sanctæ Othilie virginis, quæ cum creta nata fuisset, ab Erardo Bauariæ episcopo baptizata uisum recepit, & in Monasterio a patre constructo trecentis & triginta virginibus præfata, eadem sanctissime reuoluit, patremque suum defunctum suis continuis precibus ex purgatorij ignis cruciatibus eripuit, & a morte miraculis plurimis effulsit. In cenobio Laurissensi, depositio sancti Tassilonis, ultimi Bauariæ Regis, qui cum ob lesæ maiestatis crimen, a Carolo magno Franciæ Rege, in cenobiû sancti Nazarij intrusus, cum filio Theodone, fuisset, de necessitate uirtutem sibi parans, in habitu Fratris laici, quod ob senium Sacerdotio esset inidoneus, Christi humilitatem & paupertatem, in tantum studuit imitari, ut post mortem innumere claris miraculis, albo meruerit sanctorum adscribi.

DECEMBRIS 13.

[Iudoci Monachi.] De quo Martyr. Rom. cum Baronio: Molanus in Adit. ad Ursardum, Maurolycus, & Felici, hac die. Vitam eius a Florentio Abbate editâ, attulit Surius Tomo, 6. & 7. Agunt de eodè. Vincentius in speculo, lib. 23. c. 105. & 106. Petrus in catalogo, lib. 1. c. 65. Bel-fortius in sua cosmog. Tomo 1. in descriptione Armorica: & annal. Bræ. lib. 1. cap. 35. & 36. Robertus Canalis de re gallica, lib. 2. perioche. 6. Monastica vitam egit apud Pontinum (Gallicè Pontieu, non ut falso quidam referunt Pontiniacum, Gallicè Pontigni) ab Haimone. Pontinensi benigne susceptus. Extat ibidem hodie oppidum, quod Sancti Iudoci appellatur. Hunc Iudocum suo carmine celebravit Rudolphus Aricola, cuius uerba referam,

Regia progenies, ueterum stirps clara Britannum,
Ecce nitet rutila Iudocus luce per orbem.
Ingens quale micat sydus, quo sepe uiator
Nocte regens iter: & montis prærupta, uel undas
Stagnantis fluuij, nigrevè paludis hiatum
Effugit, & multo mercatur lumina uoto.
Magna salus hominum: dubijs spēs magna que rebus,
Luctu magna ferens animis solatia pressis.
Sydera qui meritis, qui terras nomine complet.
Hunc res nulla potest, non purpura murice tincta,
Non aurum, aut gemmæ, non aula tenere parentum.
Nec retinere potest miseris mortalibus omnia
Atte labore omni per fasque nefasque peita

G 4 Impe:

Impetii laus, & violentis gloria regni:
 Quin spernax tumido calcet pede cuncta, peratque
 Te pater ô Superùm: studiis ingentibus illi.
 Quereris: & solum te pectore concipit imo.
 Et reliqua que sequuntur. Senferat enim Rôdolphus ille iunioris in
 fauorem; cuius non immemor accepti, eucharistico carmine gratiam
 tulit, ita inquitens:
 Maxime confessor tibi nos debere fatemur
 Quo denique hoc uita est, quas cœli carpinus atras.
 Tu uarios inter iactatum frigora & æstus,
 Febribus & lacerum præstas reualescere corpus.
 Salue, iterum salue, & uotius optime laudes
 Accipias placidus, maioraqne ferre uosentes.
 Pauperis ingenii tenues ne despice rinos.

Migravit ex hac uita, ut annotat Meyerus lib. 1. annalium Flavia
 anno Domini 653.

Othilia uirginis) De qua omnes supra citati, hac die, quibus adscribitur,
 tur, & Ado in Martyrologio. Meminit eiusdem Petrus in supplemento ad
 sum catalogum cap. 23. Cratopolus de Episcopis Germania, Vulpianus
 Larius commentariorum in genealogiam Austriacam lib. 1. c. 1. & in
 & in epistola dedicatoria. Filia fuit Attonis, seu Attonis, Alsacia
 pis, exercuitq, monasticam disciplinam in Alsacia, uitaq, cum morte
 mutauit, si Cratopolio credendum anno 772. Aliquot tamen annos
 migrasse opinaret, Pater enim eius refertur obiisse anno 680. uel circa
 eius morte iam adulta, uino & Abbatissa extitisse legitur.

Tassilonis Regis) Ex eius Epitaphio, huius hodie natalium annu-
 uimus: Extat autem (ut refert Michael Eysingerus in primis partibus
 sauri principum paralipomeno) in antiquo codice fundationis Krems
 Monasteriensis canobii unico Disticho totam eius uitam referens, qui
 tale est.

Tassilo Dux primum, post Rex, Monachus sed ad inuicem,
 Idibus internis decesserat iste Decembris.

De eodem legitur, Otho Frisingensis chro. lib. 5. c. 29. Albertus Al-
 Stad. in chron. ad annum 788. Belforestius in Cosmog. in descriptione
 uarie: & annal. Francie, lib. 2. c. 13. ubi de eius sanctitate, & miraculis
 ab eo factis, luculenter disserit. Canobium Laurisbeymense S. Martini
 non procul à Fuormatia intravit anno 788, quo tamen anno ex hac
 migrauerit, non proditur ab historicis.

DECIMONONO CALENDAS IANVARI.

Neapoli in Campania, sancti Agnelli Abbatis, gratia miraculo-
rum illustris, qui obsessam urbē saepe uisus est crucis uexillo
ab hostibus liberare. Monasterio Sithiu, depositio sancti Folqui-
ni, Morinorum episcopi, cuius uitæ & sanctitatis meritū comen-
dic abyssus uehemens aquarum, una nocte flante austro congelata,
ad eius corporis transitum. Leodii, ad sanctum Aegidium, transitus
beate Odiliae uiduæ reclusæ.

D E C E M B R I S 14.

Agnelli Abbatis] *De eodem Mar. Ro. cum Baronio, & Galefnius, hac die. Maurolycus item & Felici, qui mendosè Angelum legunt. Res eius gestas descripsit Paulus Regius, quæ extant cum alijs uitis quas de Sanctis Neapolitanis composuit. Easdem MSS. dicit se habere Baronius, simul cum nonnullis miraculis ab eo editis. De eo etiam Petrus in catalogo lib. 1. c. 67. & Tritemius de uir. ill. Ord. S. Ben. lib. 3. c. 252. Abbatem egit Neapoli in canobio a S. Gaudiosa Episcopo constructo. Obijt, ut nonnulli annotatum reliquerunt, anno Domini 576.*

Folquini] *De quo Molanus in Addit. ad Usuardum; latius uero in indiculo Sanctorum Belgii, hac die. Vitam eius Molano referente, scripsit Folquinus Abbas Lobienfis, ad fratres Sithiuenses anno Domini 990. Pater eius Hieronymus Francus, clarissimis fulgens natalibus; mater Erchenfrida ex regio Gochorum Regum sanguine prognata. Ex monacho Sithiuense S. Bertini factus est 16. Morinensis Episcopus ut annotat Demochares de Sacrif. missæ, Tomo. 2. c. 17. & migravit ex hac uita anno Domini 855. ut uidere est apud Meyerum lib. 2. ann. Fland. Sepultus est in Sithiu ad latus Dni Bertini dexterum, cum Epitaphio sequenti a Folquino monacho conscripto.*

Hic ueneranda patris Folquini membra quiescunt,

Antistes dudum qui fuerat Morinum.

Quique quaterdenis uitæ dux extitit annis,

Mente actuque pio iussa operando Dei.

Qui quaterdecima decedens luce Decembris,

Clarus Apostolicum gaudet adire chorum.

Odilia uiduæ] *De eadem Molanus in addit. ad Usuardum, hac item die. Vitam egit monasticam in canobio diui Aegidij Leodij, inclusa permanens usque ad uitæ extremum.*

DECIMO OCTAuo CAL. IANVARI.

In Territorio Aurelianensi, S. Maximini Abb. & confess. Caue,
in monasterio S. Trinitatis, Deposito beati Marini Abbatis.

D E C E M -

DECEMBERIS. MISE
Maximini Abbatis) De quo Mart. Ro. cum Baronio; Beda, *Ysa-*
idus, Ado, Galesinius, & Maurolycus & Felici, quâ Maximian
Abbarem legunt; hac die. De eodem Petrus in catalogo lib. 11. c. 7. li.
 Marini Abbatis) *Tabule Cauenses de eodem agunt, hac die.*
fuit septimus eius cœnobij Abbas, beato Falconi substitutus anno 1147.
migravit ex hac vita anno domini 1170. regiminis sui 24.

DECIMOSEPTIMO CAL. IANVARII

IN Monasterio Sehlse ad Rhenum, depositio sanctæ Adelheidis
 Imperatricis, quæ cum fuisset Othonis primi Imperatoris vxor,
 post eius mortem reparationi ecclesiarum, & pauperum alimenta-
 tionem, insistens, uirtutum meritis cumulara, migravit ad dominum.
 Eodem die, natalis sancti Helinuuardi Episcopi Mindensis, magne
 sanctitatis uiri. Fulda: in Buchonia, natale sancti Sturmii primi il-
 lius Monasterij Abbatis, sanctitate clari.

DECEMBERIS 16.

Adelheidis Imperatricis) De qua Molanus in addit. ad *Vsuardi,*
hac die. Res eius gestas, eodem referente, conscripsit S. Odilo Ab-
bas Cluniacensis, quæ extat MS. in Monasterio Marcianensi, & in
plerisq; Germaniæ, ac Burgundiæ Ecclesiis. De eadem agunt Lupoldus
Bebenburgensis in libro de ueterum Principum Germanorum fide & reli-
gione, cap. 13. Fragmentum historicum, M. Alberto Argentinesij pro-
positum, ad annum 973. de Sehlensis cœnobij constructione, & religio-
nis eius proposito, necnon de uita, quam immaculatam & sanctam uir-
dem duxit, paucis quidem, sed diserte differit. Petrus Cratepolius de epi-
scopis Germaniæ; Panuinus lib. 3. Rom. principum. Carolus Sigonius de
regno Italiæ, lib. 6. & 7. & infiniti alij. Filia fuit Rodulphi Burgundiæ
Regis & Italiæ Imperatoris; primisque nuptijs copulata est Lothario Ita-
liæ Imperatori, Hugonis Imp. filio: quo defuncto, Othoni primo Rom-
anorum Imperatori nupsit, eoque uiam uniuersæ carnis ingresso anno 973.
vita se monastica dedit in cœnobio prefato, quod ipsa proprijs sumpti-
bus construxerat. Post mortem Magdeburgum relata, apud uirum se-
pulta est.

Helinuuardi Episcopi) *Albertus Crantzius in metropoli lib. 3. cap.*
32. de eodem agit, dicitq; obiisse ipsis D. Valentini ferijs: sed cum multa
reperiantur Valentini, & de quo Valentino intelligat, non exprimit, et
coniectura quadam, hac die reposuimus, sub correctione tamen, si alia
die, prudens Lector, ferias ei consecratas inuenerit. Monastici instituti
professorem fuisse idem Crantzius, ex annalibus Mindensis Ecclesiæ, ali-
firmat

firmat, cuius tamen monasterij non refert. Fuit decimus eius sedis Episcopus, & ex hac vita migravit anno Domini 958. cuius vita hoc describitur Disticho.

Hic sublimatus in ordine Pontificatus,
Motibus ornatus, doctus, uitaque beatus.

Sturmi Abbatis. Tritemius de iur. ill. ord. S. Ben. lib. 3. cap. 194. eius natalem hac die annotat, obiisseque refert anno Domini 779. Præfuit monasterio annis 25. ut refert monachus quidam Herueldensis in chronico, qui eius creationem reponit anno Domini 745.

DECIMOSEXTO CAL. IANVARI.

Bigardis, prope Bruxellam, depositio Sanctæ Vniulnæ virginis & Abbatissæ: quæ quanti apud dominum sit meriti, lardi, contracti, demoniaci, pristinam sospitatem adepti, fideliter protestantur. Andanij, apud septem Ecclesias, natalis sanctæ Begghæ viduæ sanctimonialis, sororis sanctæ Gertrudis Abbatissæ. Rothomagi, sancti Gulielmi, cognomento Longaspada, Ducis Normandiæ secundæ, qui dum viuus etiam inter aulicos strepitus a prima sua ætate monachale propositum inuiolabiliter seruasset, & sub vestibus Ducibus habitum etiam monasticum celasset, & sub vestibus Franciæ Regis, virtuti & bonitati eius inuidenti, ab Arnulphi comitis Flandriæ militibus, alloquium simulantibus ad Pincinniacum dolose & perfide trucidatus, martyr (ut creditur) ad caelestia euoluit. Cuius corpus Rothomagum relatum, ibidem digno honore in Cathedrali Ecclesia Diuæ Mariæ virginis, sepultum est. Subiaci in Latio, depositio Sancti Laurentij qui post Anachoreticam uitam cum multa miraculorum attestazione, inter monachorum manus exspirauit.

DECEMBRIS 17.

Viuinæ virginis) De qua Molanus in addit. ad Vsiardum, hac die. Latius vero in indiculo Sanctorum Belgij, ubi eius uita sub compendio describitur. Fuit prima Bigardis Abbatissa, quo tamen tempore non explicatur.

Begghæ uiduæ) De eadem Mart. Ro. cum Baronio: & Molanus locis citatis, hac die. Maurolycus item, & Felici, qui corrupte Begeam legunt. De eadem agit Franciscus de Rosieres Stemm. Lorbar. tomo 3. hist. cap. 48. & tomo 4. hist. ca. 73. & Petrus Cratopolus de episcopis Germaniæ. Fuit filia Pipini huius nominis primi Brabantie Ducis, cui in Ducatu successit, nupsitque Ansigiso, S. Arnulphi Austrasiæ Ducis filio, ex quo coniugio natus est Pipinus Dux, Caroli Martelli pater. Ansigiso vero defuncto,

functo, Andano ad mosam, canobium septem Ecclesiarum fundatū, ubi uelata obiit anno Domini 698. ut refert Sigebertus in chronico.

Gulielmi cognomento Longaspada) Cuius natalis notatur hac die a D. Thoma Vualsinghamio, monacho Albanensi, in T podigmate nescio, qui eius uitam, pietatem, sanctitatem, & uoti monachalis propositum pluribus recenset, anno 944. occisum asserens. Cui adhaeret Meyerus lib. 2. annal. Fland. ad ann. 944. Clandius autem Paradisus in Genealogijs suis, duobus annis ante, id est, 942. mortuum ait. Alterum adiungunt Crantzius Noruagie lib. 2. c. 35. & Franciscus Boffestius lib. 2. annal. Franc. cap. 78. qui & dissentiant de mortis die, legendis enim Ianuarij interemptum fuisse narrant. nec defunt quā eius uitam anno 924. accidisse dicunt. nos Meyerum, & Vualsinghamium sequimur. Normannus enim Anglus cum esset, non nisi diligentissime res diuinnas scripsisse potuit. Ferunt, quod cum multis lachrymis exanimis eius corpus lauaretur, in lumborum strophio clauiculam argenteam inuentam fuisse. Mirantibus autem omnibus, quid istud significaret, superuenit Camerarius, minister secretorum eius, nec non & uoti consiliarius monastici, qui cistellam in penitioribus esse affirmabat, qua uestem indueret monachalem. Ab ipsa enim infantia religioni deditus, monachari proposuerat in monasterio Fiscanensi, quod tunc sub Regula P. N. uel dicti maxime florebat in Normandia. Totam eius uitam egregie profequitur Crantzius Noruagie lib. 2. a capite 29. ad finem libri, de Monachibz eius proposito & uoto agit idem eodem libro, cap. 29. 33. & 34. circa finem.

Laurentij) Ex litteris admodum R. P. D. Iulij Mantuani, Abbatis Sublacensis hodiernam huius sancti depositionem, simulq; uitam eius cognoui. Fuit natione Apulus in castello Fanello, inter Sipontum & Figuriam natus, qui desiderio uitae solitariae ducendae in actus Sublacum peruenit, & ibidem annis multis angelicam potius, quam humanam uitam egit, ut eius miracula testantur. Quibus prouocatus Innocentius Papa 111. sub cuius Pontificatu migravit, eum inter numerum Sanctorum collocari decreuerat secissetque sacis, ni morte praeventus fuisset. Canonizatio eius processus, in quo qualis, & quantus fuerit explicatur, apud monachos Sublaetes, simul etiam sacro eius corpore, in hodiernum usq; seruatur.

DECIMO QUINTO CAL. IANUARIJ.

TRECIS, Sancti Vinnibaldi Abbatis, doctrina & sanctitate cogniti. In Hispania, Festum Annuntiationis Beatae Mariae uenerunt, a sancto Eugenio tertio Episcopo, in Concilio Toletano decimo institutum. In Germania, depositio sancti Vinnibaldi Abbatis.

Heydenhemensis; fratris sancti Vvilibaldi episcopi, & Richardi
Suehorum Regis filij, qui in vita, & post mortem miraculis claruit.

Vinebaldi abbatis) Cuius natalem hac die reponit Tritemius de
vir. ill. ord. S. Bened. lib. 3. c. 67. fuit, ut ipse refert, Abbas S. Lupi Tre-
castri, circa annum Domini 620. obiit anno 678. obiit die 23. Januarii.

Festum Annunciationis) Reponitur, hac die a Maurolyco: a Mola-
no vero 17. Cal. Ianuarij. Sed hac die agi debere docemur ex actis Conci-
lij decimi Toletani, anno 658. celebrati. in quo decretum observationis
eius extat cap. 1. tom. 3. concil. his verbis: De celebritate festivitatis Do-
minice matris: &c. & infra in fine capituli; Proinde, ut de cetero
quicquid est dubium, sit remotum, solennitas Dominica matris die
decaimoquinto Calendarum Ianuariarum omnimodo celebretur: &
Nativitas filij eius Salvatoris nostri, die octavo Calendarum eorun-
dem, sicut mos est, solennis in omnibus habeatur. Auctor huius festi-
fuit primum S. Eugenius tertius; Toletanus Archiepiscopus ex monacho
Cesarugustano, Toletani Concilij decimi Præses, qui eo die Annunciatio-
nis festum trāsferri iusserat, quod in Quadragesima condigne, ut dicebat,
non poterat celebrari. Sed paucis post annis, ab eius successore S. Ilde-
phonso Archiepiscopo & monacho, transmūtata est hæc Annunciationis
festivitas, in solennitatem expectationis Sanctæ Mariæ, quæ alio nomine
festivitas Sanctæ Mariæ de O. appellata est, eo quod scilicet in primis huius
solennitatis vespers incipiuntur decantari septem illæ maximi mysterij, & A-
pphona ab O. incipientes, ut auctor est Alphonsus Villegas in flore San-
ctorum Hispaniæ, in vita S. Ildephonsi episcopi, die 23. Ianuarij. impressio-
nis Hispanice.

Vvilibaldi Abbatis) Huius natalem, hac die, reponit calendarium
necnon Germanicum. Res eius gestas conscripsit Reginoldus Episcopus Aht-
statensis vndecimus. De eodem agunt, Tritemius de vir. ill. ord. S. Bened.
lib. 3. c. 189. Petrus Cratepolius de Episcopis Germaniæ; Demochares de
sacris. missæ. tomo 2. c. 35. & Molanus in indic. Sanctorum Belgij, qui hac
ipsa die festivitatem eius recoli testatur. Ex filio Regis Richardi, factus est
primum monachus in cænobio Casinensi, deinde Abbas Heydenhemensis
primus a S. Bonifacio constitutus; præ fuit Abbatia annis 10. obiitq; an-
no 760. ætatis sue 60. in eodem cænobio cum hac inscriptione sepultus:

Hic Vvilibaldus, Richardi filius almus,
Qui regnum Anglorum mox linquens, hoc monachorum,
Claustrum fundavit, Benedictique rigavit
Nominis, septuagēto, quinquagesimoque anno.

DECIMO QUARTO CAL. IANVARI.

Aurelianus, Sancti Adiuvi Abbatis, prophetiæ spiritui illustris, Auinione, depositio Sancti Urbani Papæ, huius nominis quinti, qui verbo & exemplo Sanctam Ecclesiam strenue gubernauit, ordinem Sanctæ Brigidæ virorum ac mulierum approbavit, & multis sanctè & laudabiliter ordinatis, miraculis clarus quieuit in pace.

DECEMBERIS. 19.

Adiuui Abbatis) De quo mart. Rom. cum Baronio; Galestinus, *Ad* qui *Auuium* legit, *Maurolycus*, & *Felici*, hac die. De eodem *egit Vincentius in speculo lib. 21. c. 26.* (Urbanus Papæ). *Hac die migrasse, refert Panuinus in epitome; quod in annotationibus suis ad Platinam, processum Canonizationis eius citat, quem se legisse testatur. Petrus de Ripa alta Placentinus, in chronico rerum Placentinarum, quod ms. extat apud Dominum Iustinum Mediolanensem. S. Georgij maioris sacerdotem prouectum, Sancti uicinis eius refert testimonium: Anno 1369. Urbanus Papa quintus cum tota Curia Romana, recesserunt de partibus Romæ, & itinere marino recesserunt in Prouinciam in ciuitate Auinioni, de mense Septembris. Quod Dominus Papa postmodum de mense Decembris dicti anni obiit in Auinione miraculis coruscando; hæc Petrus. Chronicon Cluniacense taliter de eo loquitur; Tempore huius Hugonis floruit Urbanus Papa quintus, circa annum Domini 1372. Hic fuit monachus Cluniacensis, & Decanus, Decretorum Doctor & Sanctus reputatur. Fecit namque & Crucem prædicari contra Turcos, & passagium ordinari. Ad ipsum beata Brigida fuit missa a Christo, pro confirmatione Regulæ. Hic inflixit pœnas maximas spirituales, & temporales contra inuatores Regni; receptores & fautores eorundem: quarum bulleta est in thesauro Parisius, & copia in monasterio Cluniacensi regillata. Et reduxit antiquam decimam beneficiorum ad medietatem, & eam decreuit haberi pro integra. Intoxicatus obiit. Hactenus chronici auctores. Meyerus item *annal. Fland. lib. 131 ad annum 1367.* eum sanctum fuisse ex aliorum dictis affirmat. Res eius gestas scripsit *Platina*, & alij, qui ab eo acceperunt. Fuit genere Lemouix, monachus priuilegiatum Cluniacensis, Abbas deinde S. Victoris Massilia, postremo abbas, & non Cardinalis anno 1362. Summus Pontifex renunciatus est *Auini* ne. Ideoque correctione nonmodica indiget *Tristremius de uir. ill. ord. S. Do-* ned *lib. 4. c. 19. & 40.* qui scribit Cardinalem a Papa Clemente VII. creatum, quod nequaquam uerum est. Obiit Auinione anno 1370. *Chro-* dauer *Massiliam* relatum in suo canobio S. Victoris humanum est.*

DECIMOTERTIO CAL. IANVARI.
IN Hispania, depositio Sancti Dominici Abbatis, qui in Riugia
 Cannis oppido natus, ex optatione cenobij Sancti Aemiliani mo-
 nachus effectus, atque consequenti tempore eius monasterij Ab-
 bas, quod monachorum iura constanter tueretur, a Rege Vasconum
 Garzia in exilium missus est, unde illi Exiliensis nomen remansit: cu-
 ius anima dum ex vivis migraret, a pueris quibusdam, triplici Yedi-
 mita corona, in caelum auolare visa est. Murani, transitus Beati Pe-
 tri de Sardinia, monachi Sancti Michaelis de Murano, sanctitate,
 & miraculorum gloria clari.

DECEMBRIS 20.

Dominici Abbatis) De eodem Molanus in addit. ad *Ysuarum*, hac
 die. Vitam eius adfert Alphonsus Villegas in flore Sanctorum. De
 quo etiam agunt Thesaurus Concion. tomo 2. Franciscus Tarapha de Re-
 gibus Hispan. in Sanctio II. Rege, & Baronius in Annot. ad hunc diem, tra-
 ctans de S. Dominico Brixienti Episcopo. Illustri loco ex Cantabria uico
 Cannensi natus, monasticam uitam primum egit in cenobio S. Aemilia-
 ni, deinde factus est Abbas eiusdem loci. Monasterium autem illud olim
 consecratum fuerat in honorem S. Sebastiani, quod a frequentibus Silici-
 bus monasterium de Silos, siue Silense uocabatur, quod tandem sua dili-
 gentia Ferdinandi Regis ope instauratum, in Dominici Exiliensis nomen
 mutatum est.

Petri de Sardinia. Tabule Camaldulenses de eodem agunt, hac die.
 Vitam eius composuit Maurus Lapius monachus S. Matthiae de Mu-
 rano, eiusdem ordinis; quam sub compendio recitat Augustinus Florent.
 hist. Camald. parte 2. lib. 3. c. 3. Migravit ex hac uita anno Domini 1453.
 assumpt. & religionis 40.

DVODECIMO CALENDAS IANVARI.
Traiecti in Hollandia, Sancti Gregorij episcopi, & confessoris,
 doctrina, & sanctitate Clari.

DECEMBRIS 21.

Gregorij Episcopi) Huius natalem reponit hac die Tritemius de
 ur. ill. ord. S. Bened. lib. 3. c. 284. Reliqui uero die uigesimo quinto. At
 gasti, ubi susus de eodem egimus. Forsitan illa die anima eius sanctissima
 a carne soluta est; hoc uero corpus eius translatum, uel e contra.

VNDECIMO CAL. IANVARI.

IN monte Sancti Disibodi, monasterio Bingenensi, depositio San-
 ctæ luttæ uirginis: quæ cum esset Meginhardi Comitis Spanhei-
 mensis soror, per spacium uiginti quatuor annorum, in pœnitentiæ
 luctu,

luctu, arctissimam inter moniales vitam egit; Sanctam Hildegardam in Deivimore instruxit, & miraculis frequentibus clara, in Domino obdormiuit. Eodem die translatio Sancti Isidori Hispalensis episcopi, ex Hispali ad Legionensem urbem. In Hispania natalis Sancti Amasiundi Abbatis, sanctitate clari.

D E C E M B R I S . II . 22 .

I (Vtæ) Huius natalem reponit, hac die Tritemius in chron. Hist. Agie: & de uir. ill. ord. S. Bened. lib. 3. cap. 331. Decessit anno Domini 1136. conuersionis sue. 24. Bugianus eius festiuitatē reponit 11. Cal. Februarij, sed fallitur. De eadem agit Dodechinus Abbas in appendice ad Marianum, ad annum 1136.

Translatio Sancti Isidori) De ea Maurolycus in Martyrologio suo, hac die. Quid de monachismo Isidori sentimus diximus quarto Aprilis.

Amasiundi Abbatis) Ambrosius de Morales in Prolegomenis tertie partis historiae suae generalis, huius natalem, hac die reponit; cuius epitaphium recitat, quod quamuis plurimis erroribus scateat, nisi in ista men hoc loco apponere;

In hoc loco reconditus Amasiundus monachus A

Onestus, & magnificus, & caritate feruidus

Qui fuit mente sobrius, Christi Dei egregius

Pastor sui que c obibus s sicut bellator fortibus

Repellit mundi delicia annos vibens r in tempore

Quatuor denis; & duo, habens que in cenobio

Requirit h in huc r tumulto; migrabit que a seculo

Conlocatus in gremio; cum Confessorum cetuo . l

Kalendas Ianuarias decimo iter tertias . h

Hora pullorum que; cantu, dormibit m die ueneris:

Hoc & in Era centies decem & bis que decies

Reghante nostro Domino Iesu Christo altissimo.

Illud, Kalendas Ianuarias decimo iter tertias; interpretatur Morales,

diem uigesimum secundum Decembris, quasi dies tertius post decimum

tertium Cal. Ianuarij. Quod autem saepius ibidem legitur b. pro u. ut

bus, pro ouibus, & uibens, pro uiuens; hoc ex pronuntiatione Hispanica

procedit, qui sapissime b. litteram, pro u. usurpare solent; quos sequuntur

Germani fere omnes, qui etsi in scriptura u. scribant, in pronuntiatione

men, b. pronuntiare uidentur, ut binum, pro uinum. Fuit ut refert Mo-

rales Abbas in quodam cenobio Silua de Malaga, obiit, anno Domini

982. in Gallorum cantu

DECIMO CAL. IANVARI.

IN Hispania, depositio Sancti Ventilæ monachi & Eremitæ. Leo-
 didi, translatio Sancti Lamberti Episcopi & martyris, ab Ecclesia
 Sanctæ Mariæ, in cryptam.

DECEMBRIS 23.

Ventilæ monachi.] *Eius mortem, reponit hac die, Morales in Hist.*
Hisp. lib. 15. e. 22. Vitam Eremiticam duxit apud Ecclesiam S. Ma-
riæ de Pugin, non longe ab Orensi ciuitate; migravit que a seculo Era 928.
qui est annus Domini 890. & ibidem cum Epitaphio sequenti sepultus est.
 Hic quiescit famulus Dei Vintila, qui obiit

die x. Calendas Ianuarias, Era DCCCCXXVIII.
 Translatio S. Lamberti.) *De qua Molanus in addit. ad Vsuardum,*
hac die.

NONO CALENDAS IANVARI.

Omæ, natalis Sanctæ Tharfillæ Virginis, Amitæ sancti Grego-
 rij Papæ, de qua ipse testatur, quod in hora exitus sui, Iesum ad
 se uenientem viderit. Treuiris in monasterio Sanctæ Mariæ de Hor-
 reo, depositio sanctæ Irminæ virginis & Abbatissæ, filiæ Dagoberti
 Regis Galliæ, quem locum præfatus Rex de Horreo suo construxe-
 rat, multisque redditibus dotauerat. In Hispania, Festiuitas Descensio-
 nis Sanctæ Mariæ virginis, instituta a Beato Ildephonso Toletanæ
 Ciuitatis Episcopo.

DECEMBRIS 24.

Tharfillæ Virginis.] *De eadem Mart. Rom. cum Baronio, hac die.*
Acta eius refert Gregorius dialog. lib. 4. c. 16. & hom. 38. in Euange-
lia. Et Petrus ex eo in Catalogo lib. 11. c. 110. Vitam regularem duxit in
propria domo cum alijs uirginibus sororibus suis, uti annotauimus ad diē quin-
tem Ianuarij. Agit de eadem Antonius Gallonius in libro de uitis Vrg.
Rom. errat tamen cum dicit, eam cum sororibus, Sorores Siluie matris S.
Gregorij I. Papæ esse, ut videre est ex ipsomet Gregorio dialog. lib. 4. c. 16.
& homil. 38. in Euang. qui eas Sorores Patris sui Gordiani nominat, sic in-
quiens, Pater meus tres sorores habuit, &c. Rectius igitur Baronius
qui eas Amittas S. Gregorij appellat.

Irminæ virginis.] *De qua Mart. Rom. cum Baronio; Ado, & Mo-*
lanus in addit. ad Vsuardum, hac die. Vitam eius fuse satis describit Trit-
emius de vir. ill. ord. S. Ben. lib. 3. c. 138. quam & separatim alio in libello
composuit, cum caput huius virginis ad monasterium suum Spanheimense
delatum est. Eius & meminit Franciscus Belforeftius anal. Franciæ lib.
1. cap. 34. Corpus eius quiescit in cænobio SS. Petri & Pauli in Vuissen-
burgo.

A A a

burgo. Migravit ex hac vita anno Domini. 710.

Festivitas Descensionis] Annotatur presens festivitas, hac die, a Fl
lega in Flore Sanctorum, in vita S. Ildephonsi Episcopi die 23. Januarii. Or
dinata autem fertur a S. Ildephonso hac solemnitas, hanc ob causam; Cum
enim sanctissimus iste presul librum de Virginitate purissime Dei genitri
cis Marię ad finem usque compleisset, apparuit ei Domina mundi Sacrat
sima ipsum librum habens in manibus, gratias agens illi pro tali obsequio,
quod sibi gratissimum esse affirmabat. Ille vero cupiens eam alius bonita
re, constituit ut illa festivitas Annuntiationis insituta a S. Eugenio in Civ
Toletano, de qua die 18. mensis presentis egimus, in honorem solemnitate
Expectationis Sanctę Marię, quot annis octava die ante Natiuitatem Do
mini, transmutata, solemniter celebraretur. Vnde rursus ei Beata dei ge
nitrix apparsit, uestimentum sacerdotale, quod nos Albam uocamus, &
Cathedram illi attulit, de quibus multa miranda, & gloriosa narrantur.
Quo nouo beneficio prouocatus beatissimus Episcopus, festum Descensio
nis Matris Dei, quando secundo ei apparuit, solemniter agi precepit, antea
singulis die 24. Decembris: ut refert Alphonsus Villegas loco supra citato.
De institutione uero huius festiuitatis, apparitioneq; Virginis sacratissimę,
a qua adhuc in uentre matris existens, pronuntiatus fuerat, agunt, Roderi
cus Toletanus de reb. Hisp. lib. 2. c. 22. Rodericus Santius in Hist. Hisp.
parte 2. c. 31. Vaseus in Chron. ad annum 662. Alphonsus a Cartagena in
Reg. Hisp. anacephaleosi, cap. 38. Lucius Marineus, de eius natiuitate
agens, de reb. hisp. lib. 5. & alij infiniti, qui ab his acceperunt.

OCTAVO CAL. IANVARI.

IN Monasterio Marcianensi, Transitus Beatę Adalsendis, & San
ctimonialis, filię sanctę Rictrudis Abbatissę. In Cęnobio Cle
niacensi, depositio Sancti Matthęi, Sanctę Romanę Ecclesię Cardina
lis, Albanensis Episcopi, qui ante mortem suam videre meruit glo
riam, quam Christus sibi preparauerat. Ibidem, natalis Sancti Petri
Mauricij Abbatis, doctrina, & sanctitate clarissimi.

DECEMBRIS. 25.

ADalsendis virginis.] Hanc feliciter ex hac vita migrasse, hoc
die, scribit Hugbaldus monachus Elnonensis, in uita S. Rictrudis,
quę est apud Surium die 12. Maij, Tomo 3. De eadem agit Molanus in
indiculo Sanctorum Belgij. Matrem morte pręuenit circa annum Domi
ni 680.

Matthęi S. R. E. Card.) Hac die migrasse testatur, Chron. Cluni
ense. Vitam eius composuit S. Petrus Mauricius Abbas Cluniacensis,
cuius Prior iste Sanctus Matthęus fuerat. Monasticam primam an
pau

institutum, in Monasterio S. Martini de Campis Parisiis; deinde ab Abbate Petro euocatus, curam Prioris claustralis suscepit: postremo Romae anno Domini 1125, ab Honorio Papa II. Cardinalis Episcopus Albanus pronuntiatus, tandem obiit Cluniaci, miraculis clarus, & in Ecclesia Sancti Fridiani tumulatus est.

Petri Mauricij Abbatis.) Hac ipsa die decessisse refert idem auctor, coron. supra citati; qui eius vitam, actus, & mores, folijs quindecim copiose & luculenter describit: Ante eum eandem composuerat Radulphus monachus Sancti Petri discipulus, qui & in epistola quadam de eius obitu scribit ad Papam Adrianum IIII. in modum, qui sequitur.

Recessit autem sanctus iste, illa hora de corpore, qua credimus Dei verbum natum de Virgine matre; & bene hanc ut ascenderet horam elegit, qui nato descendenti humiliter semper seruiuit: Nascente ergo Christo virgine, de virgine matre in terris, Petrus uirgo assumitur in caelis, ut qui gaudium, singulis natiuitatis deuote celebrauerat cum peregrinis quandiu uixerat; modo & hora eius natiuitatis reciperet fructum deuotionis in sede aeternitatis. Factum est uerum magnum miraculum in hac dissolutione, quia sicut sanctus migravit a corpore, ut nullum fieret impedimentum officijs matris Ecclesiae, dicta Litania ab Episcopo, & finitis orationibus, defertur sancti corpus ad locum, ubi mortuorum corpora lauabantur; & ibi uelut nudatus, glorificati hominis gratia cunctis uidentibus; & suspensibus apparebat. Erat enim uirgo purior, niue candidior, mirabili quadam pulchritudine caeleste corpus terreno adhuc praesigens. Quis crederet illam carnem, cilicio aliquando fuisse teclam, ieiunijs afflictam, meditationibus attenuatam, uigilijs maceratam? Erat iam quasi in quadam futurae gloriae transformatione splendidissimum, sine macula, & ruga, donorum caelestium praesagium ferens. Osculabantur discipuli caput Magistri, suggebant aquam qua lauabatur, & unusquisque quod poterat rapiebat. *Hæc Radulphus.*

Agit de eodem Tritemius de vir. ill. ord. S. Ben. lib. 2. cap. 122. & Nicolaus Vignierius in chron. burgundie ad annos 1122. & 1159. Ortus est ex nobili Aruernorum Comitum sanguine, fuitque ei cognomen, Mauricius seu Mauricianus Venerabilis; Abbasque electus est anno Dom. 1122. aetatis suae 30. praesuit an. 37. ac migravit ex hac uita anno 1159. alij dicunt 1157. sepultus Cluniaci inter altare SS. Philippi, & Iacobi, & altare Sancti Dionysii, cum huiusmodi Epitaphio.

Parcet in hac uena quid iulsit uita diurna

Qualescumque sumus morte ere

AAA 2 Dum

Dum Petrus moritur pius Abbas, ius sepelitur,
 Pax cadit, ordo iacet, flere, morique placet.
 Ille salus patriæ, mundi decus, arca Sophiæ,
 Nescius inuidiæ, vena fuit veniæ.
 In Natale Dei, solennis mane diei,
 Mortuus obtinuit præmia quæ meruit: Amen.

SEPTIMO CALENDAS IANVARII.

IN monasterio Spanheimensi, depositio Sancti Adelhardi monachi, in cuius transitu Angelorum voces audite sunt a Meginsio monacho.

DECEMBRIS 26.

Adelhardi monachi] *Cuius natalem, hac die, annotat Tritemius in Chronico Hirsangio: & obuisse testatur Anno Domini 924. et 78.*

SEXTO CALENDAS IANVARII.

Constantinopoli, Sanctorum confessorum Theodori, & Thophanis fratrum, qui a pueritia in monasterio Sancti Sabæ nutriti, cum postea pro sanctorum imaginum cultu aduersus Leonem Armenum strenuè decertarent, eius iussu verberibus affecti, exilio regantur: sed eo mortuo rursus Theophilo Imperatori, qui eadem pietate detinebatur, constanter resistentes, verberibus iterum, & in exilium pulsi sunt; vbi Theodorus in carcere exspirauit; Theophanus vero, pace demum ecclesiæ reddita, factus Nicænus episcopus, quæuit in Domino.

DECEMBRIS 27.

Theodori & Thophanis fratrum.] *De hisdem Mart. Rom. Baronio, Molanus in addit. ad Ysuardum; & Greci in Menologio hac die. Res eorum gestæ recitantur a Metaphraste: Lipomano tomo 1. & Surio tomo 6. De quibus agunt & Zonaras & Cedrenus, annalium tomo 3. in Theophilo Imperatore. Floruerunt anno Domini 830. in monasterio S. Sabæ, ordinis D. Benedicti, vt ex Tritemio, & Surio in vita S. Iovanni Damasceni patet.*

QUINTO CAL. IANVARII.

A pud Nursiam, Sanctorum Monachorum Eutychie, & Florentij, quorum meminit beatus Gregorius Papa, qui virtutibus & miraculis claruerunt. In Cœnobio Vallis de castro, translatio Sancti Romualdi Abbatis, & ordinis Camaldulensium fundatoris, & gloria S. Elphegi Episcopi & martyris.

DECEM-

D E C E M B R I S 28. T

[Veychii & Florentij.] De quibus Mart. Rom. cum Baronio: Gale-
sinus, Maurolicus, & Felici, hac die. Eorum acta recensentur a Gre-
gorio dialog. lib. 3. c. 15. & Petro in Catalogo lib. 2. cap. 11. & Mosandro
tomo 7. Suriy.

Translatio S. Romualdi. Cuius historiam idioma Italico composuit
Dominus Augustinus Florentinus monachus Camaldulensis, & c. 1. hac
die factam refert.

Elphegi Episcopi. Sive Elphegij; cuius martyrium, hac die annotat
Maurolicus, Felici, & Petrus in Catalogo lib. 2. c. 12. Reliqui Latinorum
de 13. cal. Maij, ubi de eodem latius egimus.

Q V A R T O C A L. I A N V A R I I.

IN pago Oxymensi, Sancti Ebrulphi, Abbatis & confessoris, tem-
pore Childeberti Regis. In monasterio Cluniacensi, depositio Sã
eti Pontii Abbatis, doctrina, & sanctitate clari, Bremis, natalis San-
cti Hogeri, Episcopi & confessoris; Cuius corpus cum post annos cẽ
tum uiginti, diruta per uerustatẽ capella, quæreretur, præter cruces
palli, & cervical Episcopi, nihil inueniri potuit: unde creditam est
pro uiri sanctitate, iam esse completam in eo resurrectionẽ ex mor-
tuis; quam cum in Iudæa crebrius, in aliis quoque prouinciis Deus
evidenter ostenderit, noluit huic nostræ Benedictinæ Religioni, do-
mesticum deesse testimonium.

D E C E M B R I S 29.

Ebrulphi Abbatis. De quo Mart. Rom. cum Baronio: Vsuardus,
Galesinus, Maurolycus, & Felici; hac die. Res eius gestas ab eius
discipulo conscriptas, refert Surius tomo 6. Agunt de eodem Petrus in Ca-
talogo lib. 11. c. 76. & Robertus Cœnalis de re Gallica lib. 2. perioche 4.
Vixit anno 560.

Pontii Abbatis. De eodem, hac die auctor chron. Cluniac. Fuit filius
Comitis Margulienfis, & Abbas Cluniacensis septimus, creatus anno Do-
mini 1109, & decem post anno 1119, creatus est Cardinalis a Calisto Pa-
pa 11. Cluniaci, obiitque anno 1122. regiminis sui 13. & in Ecclesia
Cluniacensi iuxta altare S. Martini sepultus est.

Hogeri Episcopi. Cuius natalem, hac die, annotat Crantzius & Me-
tropolis lib. 3. c. 3. qui res eius gestas eodem capitulo, & primo comprehen-
dit; De eius uero monachatu in monasterio Corbeia Saxonica, agit ibidem
lib. 2. c. 24. Numeratur ab eo quartus Bremensis Archiepiscopus, & sedis
se fertur annis septem, obiisseque anno Domini 915. Albertus uero Ab-
bas Stradensis in chronico migrasse testatur die 13. kalendas Ianuarij.

A A a 3 T E R -

TERTIO CAL. IANVARIÆ.

Bergis, Aduentus corporis Sancti Vuinnoci Abbatis, anno ab incarnatione Domini nongentesimo.

DECEMBRIS 30.

Aduentus corporis, &c.] *Hanc translationem annotat Molanus in addit. ad Vsuarium, & in indiculo Sanctorum Belgij hac die De eadem agit & Meyerus lib. 2. anal. Flandriæ, ad annum 902.*

PRIDIE CAL. IANVARIÆ.

Apuđ Siluiniacum, depositio sancti Odilonis Abbatis Cluniacensis, qui primus Commemorationem omnium fidelium & sanctorum, prima die post festum omnium Sanctorum in suis monasteriis fieri præcepit: quem ritum postea uniuersalis Ecclesia recipiens comprobauit: cuius festiuitas secunda die Ianuarii a monachis Cluniacensibus celebratur. Et alibi, aliorum plurimorum Sanctorum monachorum, martyrum, & confessorum, atque sanctorum virginum.

DECEMBRIS 31.

Odilonis Abbatis.] *De eo Maurolicus, & Felici hac die. Barroius vero die prima Ianuarij; Molanus, Galestinus, & Petrus in Catalogo lib. 2. cap. 26. die secunda Ianuarij. Res eius gestas, composuit primus Hugo monachus Cluniacensis; deinde S. Petrus Damianus Cardinalis, quas adfert Surius tomo 1. die 1. Ianuarij. Hac tamen nocte, (sed antea ante mediam noctem, uel post nescio) obiisse scribit Petrus Damianus in verbis: Ea nocte quæ Dominicæ Circumcisionis solemnità præcedebat, salutaris Eucharistiæ Sacramenta percepit, & sic beatum Deo reddidit Spiritum, &c. migravit ex hac uita sub Clemente II. Romano Pontifice, imperante Henrico secundo, anno a Christo Domino 1048. ætatis suæ anno 87. Hec Petrus. Addit chron. Cluniac. & ordinationis, siue regiminis Abbatiæ annum 56. Sermonem præsertim præclarum in eius festiuitate habuit idem Damianus. Agunt de eodem Vincentius in Speculo lib. 2. c. 106. Petrus in catalogo lib. 2. c. 26. Trinius de uir. ill. ord. S. Ben. lib. 2. c. 75. & lib. 3. c. 235. Nicolaus Vignierus in chron. Burgundiæ: Contractus in chron. ad annum 1059. & alij præsertim ut Franciscus Hæreus in compendio uitarum Surij, qui eius uitam adfert hac item die. Electus est a Greg. Papa VI. in Archiepiscopum Lugdunensium, ab eoque Pallio, & Anulo donatus, sed uir Dei humilitati studens dignitatem respuit, Pallium tamē & Anulum retinens Pontifici qui dignus esse referauit. Agemus de eo latius in huius Arboris ramis.*

Qui primus Cōm. om. fid. def.] *De institutione huius Commemorationis,*

APPENDIX AD MARTYROLOGIVM

Monasticum Benedictinum.

Continens nonnullos Sanctos ordine litterarum, qui in ipso Martyrologio abfunt; cum quod dies eorum natalicij ignorantur, tum etiam quod plurimi eorum nullos habeant in Ecclesia natales, cum annotatione auctorum, qui de eis meminerunt.

A



ANERTVS Abbas quidam de Nenhal, Scotus, pro de Christi cervices dedit. *Nicolaus Sanderus de sibili monarchia, lib. 7.*

SANCTVS Adam monachus monasterii Castellensis, diuinis reuelationibus illustris, floruit anno 1020. & quod excurret. *Leo offt. in chron. cas. lib. 2.*

c. 48. Petrus Diac. de SS. Mont. Cas. c. 45.

S. Adalgifilus, qui & Grimo, Dagoberti Regis nepos, monachus cœnobii Tabulei, siue Theologii, sanctitate claruit circa annum Domini 660. *Ex vita S. Pauli Episcopi Virdunensis apud Sur. die 8. Feb.*

S. Adamannus Abbas S. Columbani in Hu insula, uir admirabilis doctrina, & sanctitatis, & multorum monachorum Pater, sua predicatione plurimam Britonum partem, ad debitum paschalis celebrationis tempus reduxit. *Tritemius de uir. ill. ord. S. Ben. lib. 3. ca. 134. Sixtus Senensis Bibliotheca lib. 4. Beda lib. 5. c. 16. & 22.*

S. Adamannus monachus, & præsbyter monasterii Sancti montilium in vrbe Coludi, uir austerissimæ conuersationis, de quo legitur, quod præter Dominicam, & quintam feriam, nihil prorsus in septimana comedebat, & sæpe noctes integras in oratione pernoctabat. *Tritemius lib. 3. c. 124. Ioannes Lesleus lib. 4. hist. Scotorum.*

S. Ado, frater S. Andoeni Rothomagensis Episcopi, monachus Luxoniensis in Burgundia, & discipulus S. Columbani Abbatis, uir uaticinium magistri sui, magnis in religione virtutibus claruit, anno Domini 690. *Tritem. lib. 3. c. 91.*

S. Adogrannus, monachus Cluniacensis, & S. Bernonis Abbatis discipulus magistri sui in omnibus imitator existere studuit. *Chron. Cluniac. MS.*

S. Adraldus Abbas monasterii Bremensis, Sanctissimæ uir uir. *Ex vita S. Odilonis apud Surium die 1. Januarij. Vixit anno 1040.*
S. Adra

S. Adrardus monachus monasterii Cluniacensis, & postmodum
Bremetensis Abbas, S. Odonis Abbatis discipulus, multa sanctita-
te suis temporibus claruit. *Vt ait auctor Chronici Cluniacensis*

S. Agara monialis Viimbrunæ in Germania, & S. Liobæ discipu-
la, sanctæ conuersionis. *Ex uita S. Liobæ, 28. Septemb. apud Surium.*

S. Agiechtudis virgo Sanctimonialis apud Gantlaum, filia S. Ba-
nonis Hasbanie comitis, iuxta san. Chiffine acta, ad sponsum trāsit cir-
ca annum Domini 670. *Vita S. Bauonis apud Sur. die 1. Octobris.*

S. Agnes Abbatisa miraculis clara, quæ obiit anno Domini 1241.
cuius corpus requiescit in Ecclesia suo nomini dicata Romæ. *Mo-
numenta Italie.*

S. Ailricus, Anglus & S. Godrici monachi & Eremitæ discipulus,
sanctitate floruit anno 1160. *Mattheus Paris ad an. 1170.*

S. Alamannus quidam patria non nomine, monachus Castrensis,
cuius anima a Nicolao Cellerario in globi ignei specie cœlum ascen-
dere uisa est: ut refert. *Petrus diaconus de SS. Mont. Cas. 6. 52. & lib. 4. bist.
cas. 37. Vixit anno 1080.*

S. Albericus monachus & Eremita Christi confessor egregius, re-
quiescit in monasterio Gladbacensi. *Petrus Crater. de episc. Germanie.*

S. Albertus Pelignus monachus Casinensis, uir sanctus & religio-
sus, de cuius uisionibus diuinis, multa refert *Petrus diaconus in bist. cas. lib.
4. c. 30. floruit anno 1130.*

S. Aldegundis sanctimonialis scripsit uitam S. Amandi Episcopi,
& miraculis claruit anno Domini 670. *In uita S. Humberti apud Sur.
die 6. Septemb.*

S. Aldemarius monachus monasterii S. Benedicti Casinensis, de
quo legitur quod dum aliquando Bouianum transiret, unus Rustico-
rum eum occidere, nisi telum in illum vibraret, quod cum fecisset,

lancerus eius in tantum obriguit, ut brachium flectere nullatenus pos-
set, sed oratione uiri Dei sanatus ad propria rediit. Obiit S. Aldema-
rius apud Bocelanicum anno Domini circiter 1080. cuius uitam de-
scribit fusè *Petrus diaconus de SS. montis Cas. 70. de eo item agit Leo Osti-
en. in chron. cas. lib. 3. c. 55.*

S. Alexander, Siculus, monachus & Abbas s. Martini de Scalas iux-
ta Panhormum, miraculis clarus obiit. *Tabule illius cenobij.*

S. Amarinus monachus Murbacensis, in omni religione & sanctita-
te uitam traduxit, & post mortem miraculis clarus sanctorum cata-
logo adscriptus est. *Belforestius in cosmographia.*

S. Amor

S. Amor primus Marbacensis Abbas, doctrina & sanctitate subditis sibi preluxit, alboque sanctorum coniunctus est. *Belforestii ibidem.*

S. Anastasius, monachus S. Saluatoris Taurini, sãctimonia plenus, obiit Taurini anno 1066. & in eodem monasterio iuxta B. Gofelinii Abbatem sepultus est. *Pingonius in Augusta Taurinorum.*

S. Andreas Abbas Elnonensis discipulus S. Amandi episcopi, habetur inter sanctos Elnonenses, de quo tale epitaphium extat:

Hunc tumulum quique non irriterent adite,
Andree sancti loculum quia claudit & artus.

Qui pius, & prudens, humilis fuit, & uenerandi
Discipulus patris, simul & successor, Amandi.

Hunc pastor caulæ, præsentis conditor aulae,

Hugo leuans, lymphæque luens, thecæque recondens,

Mundato tumulo solenniter hic relocauit.

Febri fatiscentes ibi conualuere frequenter. Vixit anno 670. *Molanus in indiculo sanctorum Belgij.*

S. Andreas monachus Romanus, & cuiusdam cœnobij Sanctimonialium Præpositus, a Vitaliano Papa in Archiepiscopu Cantuariensem electus, humiliter recusauit, & sanctitatis sue signa plurima reliquit, claruit anno 670. *Beda lib. 4. c. 1. Tritem. lib. 3. c. 116.*

B. Angelus, Siculus, Catanensis, monachus S. Nicolai de Arenis, ob singularem pietatem, Monasterio S. Martini de Scalis nõ longè a Panormo præpositus, illud nõ solum magnificis fabricis auxit, uerum etiam monachos ibidem constitutos regulariter uiuere docuit, & eodem miraculis clarus & vita, è corpore migravit circa annum Domini 1340. Eius sacrum corpus a D. Hieronymo Perusino, illius loci tunc temporis Abbate, anno 1585. digno honore reconditum est sub Altari sacrarii eiusdem monasterii. Vita eius extat ibidem MS. *Et relatione D. Andreæ Urgelli Siculi, Panormitani, illius cœnobij monachi & Sacre Theologiæ, ac Philosophiæ professoris.*

S. Angelus monachus monasterii Casinensis, uir miraculis clarus, de quo *Petrus diac. de SS. Mont. Cas. c. 38.*

S. Antonius monachus Casinensis, & peregrinationis S. Mauri Abbatibus ad Gallias comes, sanctitate & miraculis clarus ibidem obiit, canonizatus a Calisto Papa II. *Petr. diac. hist. Cas. lib. 4. c. 66.*

S. Apollinaris monachus Lerinensis, claruisse fertur sanctitate, & miraculorum gloria; *Tabula Lerinenses.*

S. Argentarius monachus Aurelianensis, habitum quem prætere-

debat

debat specie, moribus explebat. *S. Gregor. dialog. lib. 3. cap. 17. Petrus in catalogo lib. 11. c. 100.*

S. Arnulphus Abbas Nonalicite in territorio Taurinensi, uir sanctus, a Longobardis in Galliam inuentibus, martyrio coronatus est, anno D. 575. *Philib. Pingonius in Augusta Taurinorum ad illu. annum.*

S. Azo Campanus, monachus monasterii Casinensis, sanctitate & miraculis claruit, ut refert *Petrus diac. de SS. Mont. Cas. c. 61.*

S. Azo, monachus & Decanus monasterij Casinensis, cum e Sardinia ad quam missus fuerat ad construendum monasterium, ad montem Casinum rediret, captus a Saracenis cum socijs, in captiuitate feliciter obiit, ad cuius sanctitatem declarandam, ad eius sepulchrum crebra miracula operari dignatus est Dominus. Floruit anno 1100. & quod excurrit. *Petrus diac. de SS. Mont. Cas. c. 39. & in hist. Cas. lib. 4. c. 52. & 53.*

BATHERIDVS monachus in monte Falconis in Gallia, uitæ cultor Eremicæ, multis claruit, ut aiunt, miraculis tam in morte, quam in uita. *Tritem. lib. 3. c. 144. Vixit anno 660.*

S. Batherius Abbas, Sancti Columbæ Abbatis discipulus, in reformatione monachorum clarissimus enituit, anno Domini 590. *Lesleus lib. 4. hist. Scotorum.*

S. Beatus monachus de Valcauado Hispanus, & hæreticorum acerrimus hostis, doctrina & sanctitate claruit anno Domini 770. *Motales in hist. Hispa. lib. 13. cap. 26. & 27.*

S. Bega uirgo Hibernica, pia & religiosa sanctimonialis in Cumberlandia, de cuius miraculis præclara narrantur, quiescit in loco sui nominis, S. Bega dicto. *Chron. Brit. fol. 630.*

S. Benedicta Hispana, & Abbatissa, de qua agit *Io. Mariana de reb. hisp. lib. 6. c. 8.*

S. Benedictus monachus Cluniacensis, cuius diuinas uisiones explicat fufius *Chron. Clun. MS.*

S. Benedictus monachus Casinas, & Sacerdos. *Petrus. cap. 47.*

S. Berta uirgo, Abbatissa & martyr, floruit in Gallia anno 661. *Sigebertus in chronico.*

S. Berta, soror S. Vuolphelmi Abbatis, monialis sanctissimæ cõuersionis, & sermonis latini non ignara, sanctitatem cum doctrina cõiunxit, uixit in cœnobio Vilecensi anno Do. 970. *Corradus monachus in uita S. Vuolphelmi apud Surium, die 22. Aprilis.*

S. Ber-

S. Bernardus Abbas sancti Maximini Treuirensis, magister sancti Vuolphelmi, sanctitate floruit. *Corradus in uita S. Vuolphelmi.*

S. Bernardus, Hispanus, Maurus, filius Rasi Carletii maxime inter Mauros auctoritatis, miraculose conuersus, ad Monasterium Populei Ordinis sancti Benedicti confugiens, monachus factus est circa annum D. 1090. & in eo ita conuersatus est, ut exinde, cum ad domum Patris accessisset, ut eum, cum Matre, & sororibus ad fidem Christi conuerteret, per martyrii gloriam cœlum penetrare mereretur. *Antonius Beuter in Chron. Hisp. c. 35.*

S. Bertanna, neptis sancti Vulmari Abbatis, & Abbatisa, de cuius sanctitate agitur in uita eiusdem sancti Vulmari cap. 9.

S. Bertilia sanctimonialis cœnobii de Iotro, & postea prima Abbatisa monasterii Kale, à S. Batilda constructi. *Vita S. Batildis c. 3.*

S. Bertrandus Abbas Grandis siluæ, cuius collectæ & Antiphonæ ibidem habentur, fuit Ordinis Cisterciensis. *Molanus in appendice ad Martyrologium suum.*

S. Beuno Abbas in Anglia, anno D. 670. sanctitate floruit. *Beupertus Abbas in uita S. Venesfrida, apud Surium die 3. Novembris.*

S. Blichildis, siue Belechilda sanctimonialis, claruisse fertur sanctimonia, & religione anno 660. *In uita S. Præiecti apud Surium die 25. Ianuarij.*

S. Blichmundus Abbas Luxouiensis, s. Altra discipulus, magister suum in omnibus studuit imitari. *Vita S. Valerici Abbatis apud Surium die 1. Aprilis.*

S. Boisilus Abbas Mailrossensis in Anglia, & S. Cuthberti Episcopi in monastica disciplina eruditor: prophetiæ dono, & miraculorum gloria coruscavit. *Vita S. Cuthberti per Bedā c. 22. & Trit. lib. 3. c. 26.*



Childomara Abbatisa Fiscanensis in Normandia Anno D. 680. religione & sanctitate florebat. *U sinus in uita S. Leodegarij apud Surium die 2. Octobris.*

S. Chroniacus monachus Scotus anno 640. sanctitate, & doctrina claret. *Lesleus lib. 4. hist. Scot.*

S. Cibthacus Scotus, monachus, & presbyter, S. Columbæ ex fratre nepos, verbo, & exemplo præluxit. *Lesleus ibid.*

S. Clemens Syracusanus monachus, & abbas, cuius corpus magnum cum ueneratione olim reconditum fuit in Ecclesia S. Lucie cum corpore S. Eutichii II. Episcopi Syracusani, qui S. Luciam martyrem immobilem

immobile iam factam communicasse traditur, sed succedente tempore à Georgio Maniace inde ablata, Constantinopolim sunt translata. *Ex notis R. P. Pauli Caietani Syracusani, Societatis Iesù ad Episcopos Syracusanos: attamen cum tempus quo floruerit reticeat videndum fuerint Benedictinus, aut Basilianus.*

S. Clodesuida Mathensis, sponsum suum fugiens, uelamen capitis per Angelum a Deo accepit, & illa se, & sua omnia Christo sponso suo delegans, in virginitate perpetua ipsi in Religione seruiuit. *Matt. Vuestm. ad annum 615.*

S. Coganus Abbas Scotus, circa annum 760. miraculis relixit. *Leslaus lib. 4. in fine.*

S. Columbanus Scotus, monachus, alter a Bobiensi, anno 640. sanctitatis suæ testimonia posteris reliquit. *Leslaus lib. 4.*

S. Columbinus, monachus Sublacensis, & Spelunca S. P. N. Benedicti inhabitator, miraculis, & sanctitate vitæ clarus in Domino obdormiuit. *Quiescit Sublaci. Tabule Sublacenses.*

S. Cominus Abbas Scotus, sancti Columbæ discipulus, circa annum 590. reformationibus monachorum operam dat. *Leslaus lib. 4.*

S. Congellus Abbas deuotissimus in Hibernia, & S. Malachia synchronos. *S. Bernardus in vita S. Malachia Episcopi.*

S. Constantinianus monachus Casinensis, obiit miraculis clarus in monasterio S. Mauri, in Gallia, & in sanctorum numerum relatus est à Calisto Papa II. *Pet. diac. hist. Cas. lib. 4. c. 66.*

S. Constantinus monachus Casinensis, qui floruit sub Aligerno Abbate, & miraculis clarus quiescit in pace. *Petrus diac. de SS. mont. cas. cap. 33.*

S. Conuallanus, abbas Ionæ insulæ in Scotia, monachos Christo operam dantes, disciplina, consilio, & imperio vinxit, exemplo suo improbos, doctrina obstinatos, concionibus plerosque, in rectam viuendi uiam traduxit, anno & quod excurrit 550. *Leslaus lib. 4.*

S. Conuanus Scotus monachus insulæ Helluenfis anno 640. floret. *Ibidem.*

D



ECVMANVS, Anglus, monachus, & eremita, ob Christi fidem decollatus, caput suum ad fontem vsque vbi id lauare solitus erat deportauit. *Ecclesie Anglicane trophæa.*

S. Donatus monachus Hispanus, de quo *Io. Mariana lib. 5. c. 11.*

SS. Di-

SS. Dimas, Sigenii; Domitius, Columba; Abbatu discipuli, monachi Scoti; & Dunstanus abbas & ipse Scotus, uerbo, & exemplo equalibus, & subditis, mirabiliter præluxerunt. *Lesleus lib. 4.*

E.

S. **B**ertramus, Constantiensis, monachus Luno uienensis, à s. Mummolino magistro suo Abbatu S. Quintini constitutus, in zelo religionis conuenit. *Tritem. lib. 3. cap. 108. Claruit anno Domini 680.*

S. Ebizo monachus Casinensis in sanctissima conuersatione vitam traduxit. *Petrus Diacon. de SS. mont. Cas. c. 90.*

S. Egebertus Scotus abbas Fuldensis, uir doctrina, & sanctitate conspicuus. *Lesleus lib. 5.*

S. Elerius abbas, sanctissimæ conuersationis, memoratur à Ruberto abbate in *vita S. Vuenefridæ, apud Surium, die 3. Nouembris.*

S. Eltutus abbas, monachus, & discipulus quondam S. Germani Parisiensis, præceptor sancti Sansonis Episcopi, prophetiæ spiritu, & aliis uirtutibus clarus enituit. *Tritem. lib. 3. c. 39. Vixit anno 570.*

S. Eoliba, discipula S. Liobæ abbatissæ in cænobio Vuimbrano, sanctitate claruisse fertur à Rudolpho in *vita S. Liobæ apud Surium, die 28. Septembris.*

S. Erchambertus, monachus, & primus Althahensis abbas, rector cænobio anno Domini 984. *Vita S. Gotthardi Episcopi. c. 5.*

S. Eternanus monachus, sub s. Columba abbate, cuius erat ex tre nepos, tuxit sanctissimè anno 390. *Lesleus lib. 4.*

S. Eustachius, Anglus, monachus, & abbas de Elai in Anglia miraculis clarus, obiit anno Domini 1200. *Quæ recitantur à Mattiæ Paris ad an. 120.*

S. Euticius, fundator monasterii Balmenfis, ibidem quæ abbas primus, necnon & s. Bernonis primi Cluniacensis abbatis in monasticis disciplinis, eruditor: de quo illud precipue legitur, quod decurso uitæ stadio, circumstantibus fratribus subito spiritum emisit. Et cum ab eius discipulis, exequiæ pararentur, uiuus rediit, illis quæ attonitis & admirantibus ait, Deo gratias: Sciatis quia in quadraginta annis unum tantum diem non memini me cibum sumpsisse, nisi prius fleuisssem. Hodie autem sublato mœrore consolatus est me Deus, & inter choros Angelorum tribuit mihi requietionis locum.

am. Hec dicens perpetuò requieuit. Scripsit consuetudines, & constitutiones, quæ à monachis Cluniacensibus obseruabantur. *Coronatus Cluniac. MS.*

F.

S. **E**KMANVS Abbas, ordinis S. Benedicti, Anglus, martyrio coronatus est pro fide Christi. *Sanctus de visib. mon. lib. 7.*

Sanctus Fœlicissimus Romanus Anicius; S. P. N. Benedicti discipulus, & monachus Casinas, bonis operibus plenus obdormiuit in domino non longe post S. Benedicti transitum. *Petrus de SS. Caf. c. 5.*

S. Felix monachus Casinas, in eodem cœnobio sanctitate floruit. *Pet. cap. 36.*

S. Fortunatus Hispanus monachus Casinensis, vir sanctissime conuersationis, *Petrus c. 53.*

S. Franquila Hispanus, Abbas primus monasterij Cellæ nouæ, quæ S. Rodosindus construxit, ipsius S. Rodosindi magister in monastica disciplina, sanctitate plenus, obiit circa annum Domini 970. *Morales lib. 16. c. 36.*

S. Fridericus Abbas, & fundator monasterij Horti S. Marię in villa Hallum, castitate purissimus, obiit anno 1175. *Pet. Cratopolius de Episc. Germ.*

S. Frodinus Abbas Noualiciæ, vir sanctitate insignis. *Pingonius in Aug. T. am. ad annum 780.*

G.

S. **G**ARSIAS Hispanus, secundus Abbas S. Petri ad ripam Alfanciæ fluuii, miraculis clarus. *Mariana lib. 8. c. 6.*

S. Garsias Hispanus, primus Abbas Ouien- sis cœnobii, uir sanctitate insignis. *Mariana lib. 8. cap. 14.*

S. Gayderisus, monachus Casinas, signa multa sanctitatis suæ reliquit. *Petrus de SS. Caf. c. 51.*

S. Guayferius monachus Casinas, omnibus religiosis actibus decoratus in pietate vitam finiuit. *Petrus ibidem, c. 48.*

S. Georgius Dureius, Scotus, Abbas Duufermlemensis, Christi honesta effectus, laboris sui præmium vitam æternam accepit in cœlis,

lis, & honorem sanctis debitum in terris. *Nicolaus Sanderus de vrbili monarchia, lib. 7.*

S. Geraldus monachus Cluniacensis, S. Petri Abbatis discipulus, deinde Prior in monasterio de Alto Ingo, vbi & mortuus est, simplicitate & puritate vitæ insignis, cuius miracula recitat *Petrus Abbas, epist. lib. 1. c. 7. & Chron. Clun. MS.*

S. Geruadius monachus Scotus, & Episcopus, insignis uerbi Dei in Moravia prædicator. *Lesleus lib. 5. Vixit anno 800.*

S. Gibertus Abbas Luxouienfis, deuotus & religiosus, à Paganis occisus, martyr migravit ad Dominum. *Trittemius lib. 3. c. 3. 20.*

S. Goduinus Abbas Stabulensis sextus, sanctitate claruisse fertur. *In vita S. Remachi apud Surinm, die 3. Septemb.*

S. Gontardus Abbas primus Lætiensis, frater S. Hiltrudis uirginis, filius Vuigberti Comitis, uir sanctus, sed nondum, quod sciam canonizatus. *Molanus in indiculo SS. Belgij, in vocabulo Hiltrudis.*

S. Goselinus Abbas S. Solutoris, obiit Taurini, anno 1066, insignibus clarus miraculis. *Pingonius in Aug. Taur.*

S. Gothfredus monachus Cluniacensis, & S. Odonis Abbatis discipulus, qui tantus in silentio obseruando fuisse perhibetur, ut cum quadam die fur equum S. Odonis Abbatis ipso uidente rapuisset, uir Dei equum perdere maluerit, quam silentium frangere. *Chron. Clun. MS.*

S. Gregorius, S. P. N. Benedicti discipulus, apud Terracinam miraculis clarus effulsit. *Petrus de SS. Cas. c. 18.*

S. Gregorius monachus Casinas, religione, & obseruantia regularis disciplinæ laudabilis. *Petrus ibidem c. 43.*

S. Gregorius monachus Casinensis, cuius sanctitatis signa referuntur. *Leo Ost. lib. 3. hist. cas. c. 50.*

S. Gregorius monachus Cluniacensis, & S. Petri Abbatis discipulus, ultra quod esset secundum seculi dignitatem nobilis, & scientia etiam doctrina præditus, sanctimonia quoque non mediocriter claruit: de quo agit idem Petrus in suis epistolis. *Chron. Clun. MS. & epistolarum Petri lib. 70. c. 20.*

S. Guericus Anglus, monachus in monasterio de Hamstok, in Anglia, & S. Neoti monachi condiscipulus. *Mattheus Westm. ann. 871.*

S. Guido, monachus Cluniacensis, & S. Bernonis Abbatis discipulus, ac nepos, & post eum Balmensis monasterii Abbas tertius, in eadem sanctitate uitam traduxit. *Chron. Cluniac. MS.*

S. Gulielmus Abbas Pomposæ, & S. Guidonis Abbatis præceptor, *Vita S. Guidonis.*

S. Guntherus, monachus Alrahensis, deinde Abbas Beel in Boemia, *Vide die. 24. Septembris in martyrologio nostro.*

S. Gulielmus, siue Vuilhelmus Abbas Diuionensis, doctrina & morum honestate insignis. *Tritem. lib. 3. c. 240.*

S. Gunderada, nobilissimo Francorum genere orta, soror SS. Adelhardi Abbatis, & Vuale Abbatis Corbejæ Gallicæ, & sanctimonialis S. Crucis Pictavis, uirgo sanctissimæ conuersationis. *Paschasius in uita S. Adelhardi apud Surium die. 2. Ianuarij.*

HAYMERADVS, Sacerdos & fundator monasterij Hafungensis in Hassia, in quo uitam innocentem duxit, & Christi confessor occubuit, ubi & sepultus est. *Cratopolus de episc. germ.*
 Sancta Heina sanctimonialis Angla de qua multa sanctitatis signa narrantur. *Beda lib. 4. c. 23.*

S. Helbertus, monachus, & S. Marculphi Abbatis discipulus, cuiusque in Eremitica conuersatione, in insula Agnus Dei dicta, socius. *Vita S. Marculphi.*

S. HENRICVS monachus Hirsaugiæ, & Abbas primus de Britenau, siue Brederauu miraculis claruit. *Tritem. in Chron. Hirsaugiæ. & Henricus lib. 1. 1.*

S. Heluinus Abbas primus monasterij Beccensis, Sactorum Lanfranci, & Anselmi Episcoporum præceptor: obiit anno 1077. in qua dieagesima. *Eadinerus in uita S. Anselmi apud Surium die 21. Aprilis.*

S. Hezelo monachus Cluniacensis, & S. Petri Abbatis discipulus, uir religiosus & sanctus, & prædicatione uerbi Dei insignis; *Chron. Clun. MS.*

S. Hildebertus, Abbas S. Bauonis pro cultu sanctarum imaginum anno Domini 752. martyrio coronatus. *Meyerus lib. 1. anal. Flan. Molanus in indic. SS. Belgij. & Vita S. Bauonis Abbatis.*

S. Hildelidis Abbatissa Berchingensis in Anglia post S. Edilburgam, innumeras uirtutibus & miraculis claruit. *Tritemius lib. 3. c. 111. Vixit anno 700.*

S. Hugaldus Abbas Bearmensis in prouincia Lindissi, sanctissimus, & continentissimus. *Beda lib. 4. c. 3. & Marcellinus in uita S. Sulpitij die. 1. Martij apud Surium.*

S.



ANVARIUS monachus Casinas, & S. Geminianis Abbatis discipulus uerus magistri sui imitator, cuius uitam composuit Leo Ostiensis, ut ipse de se testatur in *hist. Casin. lib. 3. ca. 47.* Petrus de *SS. Cas. c. 30.*

S. Immina neptis Gisberti Ducis Fracia Orientalis, sanctimonialis cœnobii de Carelburg, cuius uita describitur *lib. 2. cap. 4. & 5. uita S. Burchardi Herbipolensis episcopi, apud Surium, mense Octobris: de eadem agit, & Petrus Cratepolius de episcopis Germanie.* Floruit anno 790

S. Ioannes Angelus, Abbas Pomposæ, cuius sanctitas narratur in uita S. Guidonis Abbatis, martii. 31. *apud Surium, tomo 7.*

S. Ioannes, Apulus, monachus Casinensis, uir sanctitate conspicuus, de quo agunt, Leo Ostien. in *hist. Cas. lib. 2. c. 94.* & Petrus *c. 31.*

S. Ioannes Ficocia, Abbas S. Laurentii Romæ, miraculis clarus. *Attilius de Septem. Eccles. Urbis.*

S. Ioannes, Gradenicus Patritius Venetus, S. Petri Veseoli Ducis Venetiarum Gener, relicto uxore, parentibus, patria, rebusque huius seculi caducis, una cum prædicto Petro Duce fugiens, ad montem Casinum accessit, ubi monachalibus uestibus indutus, conuersationis suæ modum ita instituit, ut post mortem, miraculis clarus, inter sanctos computari meruerit. *Petrus de Sanctis Casin. c. 40.*

S. Ioannes alius, monachus Casinensis, & S. Romualdi Abbatis discipulus, in uita, & morte miraculis claruit. *Petrus. ibid. c. 55.*

S. Ioannes monachus frater S. Eleutherii Abbatis, obitum suum longe ante præcinit. Vixit anno 560. *Trithem. lib. 3. c. 21.*

S. Ioannes, Rauennas, monachus Casinensis sub Gerardo Abbate factus, optimi magistri, bonus discipulus factus est, & sanctitate clarus migravit in cœlum. *Petrus de SS. Casin. c. 67.*

S. Ioscio monachus S. Bertini in Oppido Audomarensi, Virgini Mariæ deuotissimus, & miræ sanctitatis: obiit 1163. *Molanus in indic. SS. Belgij.*

S. Iuanus Abbas, monachus, & discipulus S. Eluti, uelut stella in medio nebulae refulsit, anno 570. *Trithem. lib. 3. cap. 40.*

S. Julia Abbatisa tertia Horrei Treuirensis, miraculis claruit anno Domini 730. *Liber de monasterijs Germanie.*

B. Iulianus Maialis, Panhormitanus, monachus S. Martini de Saalis, uita, & sanctitate, & miraculis clarus: adeo dilectus ab Alphonsi Rege

Rege, ut fuerit electus ab eo Legatus ad Pontificem, & Regē Tur-
retanom, cum amplissima auctoritate cōstituendi pacem inter eos,
et indicat characteribus Arabicis inscriptæ litteræ, & ipsius Regis Al-
phonfi, quæ asseruantur in archiuo ipsius monasterii. Pluries dein-
de missus legatus, tum ab Vrbe Panormitana, tum a tota Sicilia, &
ad Regem, & ad Pontificē, rebus optime confectis, ab eodem etiā
plurimas SS. obtinuit reliquias. Tandem de patria sua, & mona-
sterio suo optime meritis, miraculis clarus obiit, & in monasterio
suo, ubi eius uita MS. seruat, sepultus est.

S. Iustinianus, Anglus, monachus, caput sibi amputatum, per ali-
quot millia tulit, miraculis Meneuiæ claruit. *Eccles. Angl. trophea.*

S. Eo Amalphitanus, monachus Casinensis, signis
& virtutibus enituit. *Petrus de SS. Casini. c. 63.*
S. Leodeboldus fundator & Abbas monasterij
Floriacensis, secundum regulam S. P. N. Benedi-
cti conuersionem suam instituens, virtutibus
clarus in pace obdormiuit. *Tritem. lib. 3. c. 102.*

S. Libertinus Abbas Fundanus, discipulus S. Honorati Abbatis,
admiranda sanctitate enituit paulo post obitum S. P. N. Benedicti.
S. Gregorius dialog. lib. 1. cap. 2. Petrus in catalog. li. 1. c. 95.

S. Lhudanus Apulus, monachus Casinas, cuius corpus Terracinae
quiescit, ibidemq; festiuitas eius magna celebritate agitur, sed quo
die hæcenus ignoro. *Ex relatione monachorum Casinensium.*

S. Lotharius, conditor monasterij S. Stephani de Helwenstider,
& ipsius cœnobij Abbas primus, miraculis clarus. *Trenicus lib. 11.*

S. Luanus Abbas, de cuius sanctitate agitur in uita S. Malachia
Episcopi.

S. Lucia Abbatisa Horrei Trenirensis septima, miraculis claruit.
Liber de mon. Germania.

S. Lucius monachus Casinensis, & conditor monasterij Albane-
nsis, cuius uitam, & res gestas prosequitur *Leo Ostiensis in bist. Cas. lib.*
2. cap. 30. Pet. diac. de SS. mon. Cas. c. 31.

S. Ludgardis Abbatisa de Brixmond in Saxonia, constituta a S.
Angario Archiepiscopo, totum patrimonium suum Christo domi-
no offerens, cœlesti sponso magnum chorum castitatis suo nutriuit
ducatur. *Crantzius metrop. lib. 1. cap. 41.*

S. Luitpurga sanctimonialis in Saxonia, virtutibus & miraculis
clara obdormiuit in domino anno 815. *Cratopolins de epif. Germ.*

BBb 2 S. Maca-

S. **M**ACARIVS Scotus, primus Abbas Scotorum apud Herbipolim, vinum in aquam vertit. Vixit anno 1140. *Tritem. in Chron. Hirsangia.*
 S. Mamila Abbas tertius Cella nouæ in Hispania, vir bonus & sanctus. qui & Mamilianus vocatur. *Morales lib. 16. c. 36.*

Beata Margarita Veneta, monacha S. Euphemie de Maioribus, miraculis floruit anno Domini 900. *Scardeonius lib. 2. classe 6.*

S. Margarita, Ludouici Sabaudi Achaie principis filia, & Theodori Paleologi Marchionis Montisferrati secunda vxor, a morte mariti inter sanctimoniales Diue Magdalenæ Alba ciuitatis pie uixit obiit anno 1464 & pro Diua colitur. *Pingonius in Arbore Sabaudica.*

S. Maria Sanctimonialis in Hispania, castitate, & abstinentia clara, cuius epitaphium carmine Gliconico Actostico cõpositum erat, hoc modo:

Membra fulgent hic vna

Anus Religiose

Rite carne deuicta

In sobria fama casta,

Arce cœlesti, & aula

SVM. Sum tecta hic faxea caua.

Floruit tẽporibus Ordonii. 2. Regis, anno 912. *Morales lib. 1. c. 34.*

S. Marinus Abbas Lerinensis in uita S. Eugendi memoratur, *1. 7. annuã apud Sursum: & in Tabulis Lerinensibus.*

S. Martinus, Abbas Pomposæ, de quo quædam in uita S. Guidonis Abbatis.

B. Martinus Albanus, frater laicus (hos Cõmissos vocamus) monasterij S. Iustinæ de Padua. Fuit uir magnæ sanctitatis atque abstinẽtiæ, multo enim tempore ex pane surfareo, qui canibus datur, esuriam paut: oratione a Domino impetrauit, ut uinum sibi ante refectet, sicque usque ad mortem uinum semper amarum sibi saporabat. Spiritu prophetiæ clãruit. Obit in Dominica Palmarum quarto die suæ infirmitatis, sicut a Domino ipse impetrarat, rogauerat enim ne ultra quatuor dies infirmaretur. Sepultus est in ecclesia S. Pauli. Utinam nouissima mea, sint illius similia. *Hæc quidam deuotus monachus in quadam perantiqua matricula.*

S. Martyrius monachus in prouinciã Valeriæ, fide, & miraculis præclarus. *S. Gregorius dialog. lib. 1. cap. 11.*

S. Maximus Abbas Miciacensis, nepos S. Theodini Abbatis, &

in regimine successor. In uita S. Liphardi apud Surinm tomo. 3. die. 3. Junij.

S. Mellison Abbas, cuius sanctitatem narrat S. Bernardus in uita S. Malachia Episcopi.

S. Meruina Angla, prima Abbatisa cœnobii Rummeseigenfis, creata anno 967. *Matthæus Vuestm. in flor. hist.*

S. Michael monachus Cluniacensis, spiritu compunctionis, repletus, sancte obiit. *Chron. Clun. MS.*

S. Mimborinus Scotus, primus Abbas monasterii S. Martini in Colonia, præfuit annis. 12. obiit anno 975. sanctitate plenus.

Leslaus lib. 5.
SS. Modanus, & Medanus Scoti, fratres monachi, doctrinæ laude, & exemplaritate uitæ commendabiles. *Leslaus lib. 5.*

SS. Monachi septem, pro fide Christi occisi in monasterio Murbacensi, ab Hunnis. *Belforest. in Cosmographia.*

SS. Monachi sexaginta, uiri religiosi, & ualde notabiles, occisi a Paganis in monasterio Floriacensi. *Trittemius lib. 3. cap. 336.*

SS. Monachi centum & sexdecim, anno Domini 880. a Rollone Duce Nortmannorum, in maiori monasterio S. Martini prope Turenentem, pro Christo martyris coronati. *Trittemius ibidem.*

SS. Monachi Ducenti, anno Domini 804. in monasterio S. Petri de Cardena, a Mauris & Agarenis, pro Christiana fide perempti. *Morales lib. 13. c. 45.*

SS. Monachi nongenti, in monasterio Benchor in Hybernia, a Pictis gladio interfecti, palmam martyrii meruerant. *Trittemius lib. 3. cap. 336.*

SS. Monachi nongenti combusti a Danis in monasterio Gemericensi in Gallia, anno 887. *Matthæus Vuestm. in Flor. hist.*

SS. Monachi innumeri occisi a Seodar Saracenorum Duce in monasterio S. Vincentii prope Vulturinum, anno Domini circiter 882. *Coron. Cas. lib. 1. cap. 37.*

SS. Monachi Noualicensis monasterii martyris coronati sunt incursione Saracenorum, anno Dom. 906. *Pingonis in Aug. Taur.*

N

Ana, monialis Vuimbrana, & S. Liobæ discipula. *Vita Liobæ.*

B. Nicolaus, Iustinianus, Patricius Venetus, monachus monasterii S. Nicolai de littore, familia Iustiniana in bello penitus deleta, de Sumi Ro.

Pontificis licentia ex monasterio extractus, &

ux orem ducere coactus est, ex qua cum aliquot liberos sustulisset, ab ea uoluntariè separatus ipse ad monasterium suum reuersus, & magna sanctitatis opinione etiã miraculis attestata diem suum clausit. Vxor uero Beata Anna, monasterium S. Adriani Amiano ab ipsa fundatum ingressa non minori sanctitate floruisse etiam perhibetur: *Ex uita S. Laurentij Iustini.*

S. Nonnosus, Prior cœnobij in monte Soracte, humilitatis maxima, & sanctitatis admirabilis uir. *Gregor. dialog. lib. 11. c. 7. Petrus in catal. lib. 11. c. 97.*

S. Bizo Brixianus, monachus Casinas, uir pius & deuotus. *Petrus de SS. Cas. c. 65.*



S. Odeuualdus monachus & Abbas Lindisfarnensis, venerabilis & Sanctus, cuius uita uirtutibus inclycis, & miraculis clara fuit. *Tritem. lib. 3. cap. 128.*

S. Osuenda sanctimonialis Vilecensis, sub S. Adelheide Abbate, sua sorore sua, admirabilis conuersationis. *In uita S. Vulpheij de 22. Aprilis apud Surium.*

S. Osuinus monachus Lestingensis sub S. Ceadda Abbate, magnis uirtutibus & signis refulsit. *Tritem. lib. 3. c. 118.*

B. Aganus, monachus S. Nicolai de Arenis, uir sanctissime conuersationis, ut eius gesta produnt, que asseruantur MS. in eodẽ monasterio S. Nicolai. Iacet in sacristia eiusdem cœnobij in capsa cedrina.



S. Paulus Capuanus monachus Casinas, uir sanctissime conuersationis, cuius anima instar solis ex corpore extracta uisa est. *Leo Ostien. in Chron. Cas. lib. 2. c. 57. Petrus diac. de SS. Mon. Cas. cap. 42.*

S. Pelagius, Hispanus, monachus S. Petri in ripa obiit anno 970 ut refert *Vasius in Chronico, & Mariana lib. 8. cap. 6.*

S. Petrus Romanus monachus S. Gregorij, in Britanniam cum S. Augustino missus, socius laborum, & miraculorum eius clarus est. Fuit postmodum Abbas SS. Petri & Pauli Londini, anno 650. *Vita S. Augustini; & Tritemius lib. 3. cap. 55.*

S. Petrus cognomento Cuculus, monachus Casinensis, fide, & operibus præclarus. *Petrus cap. 65.*

S. Petrus, monachus Casinas, & Abbas, sapientia, & conuersatione factus.

sancta clatus effulfit, *Petrus de SS. Casini, cap. 56.*
 S. Pollina, monialis cœnobii S. Petri in villa Hunulcure, cuius
 prima Abbatissa fuit Aureana: ibique quiescit S. Pollina. *Molanus*
in indic. SS. Belgj.

S. Placidus monachus Difeminensis, pro fide Christi occiditur.
Belfarsius in Cosmographia.

S. Probus monachus, & Sacerdos monasterii S. Albani, obiit an-
 no 860. ut refert *Tritemius in chron. Hirsaugia.*

RAinerius monachus Casinensis, occisus a latro-
 nibus palmam meruit martyrij. *Petrus de SS.*
Casini, cap. 44.

S. Randisus, Burelli Comitis filius nobilitatem
 generis bonis moribus, & meritorum augmen-
 tatione, non modicum exornauit. *Petrus ibi-*
dem cap. 66.

S. Randisus, monachus Casinensis, sub Oderisio Abbate sancti-
 tatis suæ specimen dedit. *Petrus ibidem cap. 59. & Leo Ostien. lib.*
3. cap. 30.

S. Richardus Abbas Viridunensis, non minus doctrina, quam san-
 ctitate claruit anno Domini 1020, *Tritemius lib. 3. cap. 245.*

S. Romandus monachus, aliquando uitam Eremiticam duxit
 cum S. Marculpho Abbate, in insula dicta, Agnus Dei. *Vita S.*
Marculphi.

B. Rorandus monachus S. Iustinae, & præcipuus Ludouici Barbi
 in reformatione monastica coadiutor, obiit anno 1409. *Scardeonius*
lib. 2. classe. 6.

S. Rothildis, Abbatissa octaua monasterii S. Mariae horrei Tre-
 uirensis. *Liber monasteriorum Germania.*

SALVIVS Campanus, monachus Casinensis,
 mortuus in ecclesia S. Clementis in plumba-
 ta, ad cuius sepulchrum multa Deus mirabilia
 operatur. *Chron. Cas. lib. 1. c. 47.*

S. Sergius Amalphanus, monachus Casinen-
 sis sub Gerardo Abbate, claruit sanctitate.

Petrus de SS. Cas. cap. 60.

S. Seuera Abbatissa nona cœnobii horrei Treuirensis; *Liber mo-*
nast. Germ. & Yvannez in comp. uir. ill. ord. S. Ben.

S. Sigelinus, Abbas quartus Strabulensis. *Vita S. Remacli. add.*

S. Sigenius Abbas Helluenfis infulæ præcipuus Ordinis monachi reformator, & uerbi diuini Doctõr egregius, uenerationi maxime apud omnes est habitus. *Leslaus hist. Scot. lib. 4.*

S. Sifinnius, monachus, & discipulus S. Egidii Abbatis, genere capadox, de quo *Petrus in catalogo lib. 11. cap. 52.*

S. Speciosus monachus, cuius animam frater eius Gregorius monachus longe pofitus, de corpore uidit exire. *S. Gregorius dial. lib. 4. cap. 8.*

S. Spinulus, Abbas primus monasterii s. Crucis de Beggonis cella, de quo agitur in uita S. Hildulphi Archiepifcopi Treuirensis apud *Mofandrum tomo. 7. Iulij. 11.*

S. Stephanus Bernardoti, uir patientiæ tantæ, tantæque taciturnitatis, ut iniurijs laceffitus, ulli ynquam nec uerbum quidem refponderit. *Chron. Clun. MS.*

S. Stephanus, monachus & Abbas S. Iuftinæ de Padua, sponte obitua cedens, in fublimem montem Veneris, quem nunc uendebant, fe contulit, & Eremitica uita pluribus annis peracta, in gaudio Domini fui introductus est anno Domini 1205. ibidem in æde Domini Ioannis Baptiftæ feptus. *Scardeonius in hift. Pat. lib. 2. claffe 6.*

S. Stephanus Venetus, monachus Cafinenfis, circa annum Domini 1030. fanctitate & miraculis claruit. *Petrus de SS. Caf. 6. 41.*

S.



ECLA, monialis Vuimbrunæ, & s. Lioba discipula. *Vita S. Lioba.*

S. Fetta eiusdem cœnobij monialis, & s. Tecla condiscipula. *Vita Lioba.*

S. Tezelinus, monachus Cluniacensis, fanctitate floruit sub Petro Abbate Cluniacensi, anno

Domini circiter 1130. *Chron. Cluniac. MS.*

S. Theodemarius, monachus Cafinenfis uir fanctitate plenus. *Petrus cap. 49.*

S. Theodemirus Abbas Miciacensis in Gallia, memoratur in uita fancti Liphardi apud *Surium die. 3. Iunij.*

S. Theodericus Abbas Sithiuensis, cuius memoria habetur in uita *S. Popponis Abbatis die. 25. Ianuarij.*

S. Theodrada Abbatiffa Sueffionenfis, & s. Adelhardi Abbatis inror, ut refert *S. Paschasius Abbas in uita S. Adelhardi, die. 1. Ianuarij apud Surium.*

S. Titilmus monachus Luxouienfis a Paganis cum s. Gilberto Abba te occifus, martyrij palmam promeruit. *Trut. lib. 3. c. 320.*

S. Tho.

S. Thoridgid sanctimonialis, laudata a Beda lib. 4. hist. Angl. c. 9.

S. Tranquilla Perez sanctimonialis, & sacra uirgo, quiescit Cordaba in monasterio s. Andrea; vna cum matre Speciosa sepulta, cum hoc epitaphio.

Hic Speciosa condita, Quinta que sexagesima;
Simul cubat cum filia, Era subiuit funera;
Tranquilla sacra virgine; Postquam mater millesima,
Quæ nouies centesima, Quater recessit ultima.

Ambrosius Morales in historia Hispanie, lib. 16. cap. 7. 8. & 25.

S. Tueduif Saxo, primo inclusa in Vuedegenborg: deinde Abbatis, aggregatis sororibus regulam s. Benedicti, cum multis virginibus, in simplicitate cordis, & sanctitate, ac iustitia Domino famulantibus, constituit obseruare. Cranzius metrop. lib. 3. c. 47.

S. VALENTIUS Abbas in Valeria, religionis amator præcipuus, & S. Gregorij Papæ præceptor. Trittemius lib. 3. cap. 12.

S. Vendemius, monachus, & discipulus s. Bernardi in uita, & in morte multis effulsit miraculis. Trittemius lib. 3. cap. 163.

S. Vualdericus Abbas s. Macarii Antifiodori, de quo fit mentio in uita s. Vualerici Abbatis. i. e. Aprilis.

S. Vulfus Anglus, monachus, & primus Vuestmonasteriensis cœnobii Abbas, a s. Dunstano constitutus anno circiter Domini 958: sanctitate & miraculis claruit. Matthews Vuestmon. ad an. 958.

EPILOGVS.

VVOMODO fiat vt plerique ad aliena opera reprehendendum sint ingeniosi, non satis explicare queo: illud scio, qui soli sapere videri volūt, eos esse solitos, quæ ipsi nō fecerint, quamuis optima improbare. Existimant enim fore, vt aut facere posse meliora, aut facturi fuisse vulgo videantur.

Imperiti, scilicet homines, multis in rebus obtrectando alijs, imperitorum rumusculos aucupantur. Certè quidem sic aliena facilius reprehēdimus, quam, quæ probentur, ipsi facimus. Verùm ipse mecum reputans nihil minus hominis esse, quam non prodesse quibus possis: induxi animum in cœptis persistere, nec tanti facere, si quod feci, ab imperitis & æmulis nō probetur, vel intelligatur (scio enim quid passim in angulis rodant) quanti si doctis uiris, qui non solum

nunc

nunc viuunt, sed futuris etiam seculis erunt, probetur. Ab improbis enim vituperari, ac laudari a probis, in pari, atque eadem laude ponitur. Ne tamen in ventum loqui videamur, & ut omnis calumnie tollatur occasio, nihilque in hoc opere a nobis dictum reperitur, quod ueritati subnixum non sit, post finem martyrologij monastico, eiusque auctarij seu appendicis, in qua, ut dixi, nonnulli, ex multis, appositi sunt Sancti qui ex Martyrologio aberant, necessarium dixi, nonnullas, tam antiquorum quam recentiorum probatæ fidei Historicorū, quæ ad Ordinem Diui P. N. Benedicti comprobandū facere uidentur, sententias hic intexere (licet enim satis superque in superioribus uniuscuiusque Sancti, uel Sanctæ, monachi, uel monachæ, Monachatum probauerimus, & item in sequentibus probaueri sumus, iure nihilominus a quibusdam dubitari uideatur cœnobii illa, in quibus vitam duxere monasticam Ordinis D. P. N. Benedicti fuerint, necnè) cum, ut in quas Orbis partes, régna, uel prouincias, & quando, extensus, & introductus demonstrerit, tum maxime, ut ex earum lectione quisque intelligat, nos nec unum quidem Sancti uel monachū nostra industria apposuisse, qui tempora a præfatis Historicis citata, præcesserit. Et si quos, quod tamen rarius, sine certo tempore apposimus, de quibus ambigi possit utrū ante, uel post tempora ab Historicis adducta uixerint, hoc ideo fecimus, quod certo certius cognouerimus, huiusmodi Sæctos, uel in monasterijs Regulæ D. P. Benedicti subiectis cœnobiale uitam duxisse, uel certe ab Historicis, qui de eisdem agūt, pro Benedictinis agnosci, quāuis tempus quo floruerint non explicent. Proposueram equidem, ut huiusmodi susurronibus fieret satisfactum, omnium de quibus ago, & aliorum mille & amplius monasteriorum fundaciones, & tempora præfixa, ex historijs particulariter designare, uerū, cū eiusmodi ad annales potius pertineant, quam ad præsens institutū, considerari id non solum superfluum, sed etiam intolerabilis opus fore laboris, ideoque ne liber in immensum suo utilitate cresceret a proposito destitit, satisque esse mecum reputaui in genere nunc demonstrare, quod specialiter aliquando fortassis (Deo dante) explicabitur. Et quidem, ut tandem incipiamus Italiæ cœnobia, in qua ipse Ordo inchoatus est, Regulæ ipsius S. P. N. Benedicti ipso adhuc ueniente sese supposuisse, simul etiam & Sicilia, ad quæ constructa & informanda S. Placidus Abbas & martyr, ipsius S. P. discipulus, ab ipso fomet missus est, testatur S. Gregorius dialog. lib. 2. c. 4. Leo Ostensis in chron. Cas. lib. 1. c. 1. & libris sequentibus per totum. Petrus Diaconus in catalogo Abbatum Montis Casini, & lib. de uir. ill. c. 1.

11. Gordianus in uita S. Placidi Abbaris, & martyris. Patres Cōgregationis Siculae in epistolis ad S. P. N. Benedictum, eiusq; successores: Tritemius de uir. ill. ord. S. Ben. lib. 1. & 2. c. 11. & alii infiniti, tam ueteres, quam recentiores.

De Gallia, sic loquitur Leo Ostiensis, lib. 1. cap. 1. chron. Casinen. Ipsi itaque anno, quo de hac uita migraturus erat ad Christum, rogatus, ut ad construendum monasterium, monachos in Galliam mitteret: licet finem dierum sibi imminere cognosceret, nihil moratus, beatum Maurum illic direxit, atque una beatum Faustum, qui eius postmodum historiam plenius scripsit, & tres alios mittere studuit: factumque est, ut per beatissimum Maurum, eiusque discipulos, omnis ordo, & regularis disciplina uicinia, que per sanctissimum patrem Benedictum in hoc loco fuerat conseruata, per totam Galliam diffusa, ac disseminata sit. Confirmat illud & Petrus in catalo Abbatum his uerbis; Sub hoc Abbate (Constantino, scilicet, qui S. P. Benedicto successerat) Sanctus Maurus per totam Galliam, & Hispaniam ordines fundat. Roboratur & aucto-ritatibus scriptoris uitae S. Mañoli Abbatis quae est apud Surium tomo. 3. de Sanctis. 11. Maii, sic enim ait: Post eius autem piissimi Patris (Benedicti uidelicet) ex hac uita migrationem, per beatum Maurum illius discipulum omnis penè Gallia eius institutionis & religionis instituta suscepit; atque per eundem Maurum, eosq; quos ille ad uisitiam eruditissimos, per longa temporum spatia, eadem Religio ad perfectionis cumulū excreuit; Francisci Belforestii in magnis annalib. Franciae lib. 1. c. 12. & sequentibus: & in Cosmog. uniuers. tomo. 1. fol. 375. numeri primi, iniquitatis nulla alia cœnobita fuisse in Gallia, quam Benedictina, uique ad annum 1067. quo primum monasterium alterius ordinis, Canoniconum uidelicet regularium, Beluaci a S. Inoue constructū est: & alterius cuiusdam Monachi Lirinensis, in uita S. Honorati Abbatis in antepologo, qui S. Maurum ad Gallias proficiscentem Regulam P. N. Benedicti, magistri sui, monachis Lirinensibus obseruandam reliquisse, fatetur.

De Hispania iam audiuius quid Petrus Diaconus dicat, profertemus tamē & duo alia testimonia cuiusdā magnae auctoritatis uiri, scilicet in historia Petri cōfirmantia, Ambrosij uidelicet de Moralib. sic in historia uniuersali Hispanie li. 14. c. 1. uerbis patriis inquit. *Tamque no ay expresa mencion de la Orden, habito, y regla que tenian, no ay duda sino que tenian la de San Benito, que ya estava muy estendida tambien per toda España, como per toda lo mas de Europa, y desto diremos otra uez.* Item cap. 7. eiusdem libri: *Ha se de notar desde luego, como todos los monasterios entonces en Cordona eran de la Orden de*

San

San Benito, per ser esta la que aca mas auia desde su principio florecida, y de otra ninguna no tenemos memoria, que uiuiese. Assi esta tan antigua Orden, y tan estendida en toda la Yglesia de Dios, y señaladamente tan esclarecida, y de gran authoridad en España, que de aña dir a los muchos Santos que ha tenido, los muchos martyres, que de sus Monjes, y Monias aqui se contaran. Y podrase santamente gloriar esta bendita Orden, que aunque aya tenido muchos y grandes Santos en diuersas provincias, mas que España sola le dio muchos martyres. Tambien se ha de tener cuenta, como ya se ha dicho, que todos los monesterios de entonces, tenían Monjes, y Monjas iuntamente; iuntamente digo, porque no auia un monasterio sin otro, que con estar iuntas estauan diuididos, como alguna uez dize San Eulogio, con muy altas paredes. Entonces se usaua assi, despues parecio mejor hazerse la diuision mas entera, que ay agora. Hec ille de monasteriis Hispanie, eorumq; Sanctis, & conuersionibus, cuius sententiæ adherent & reliqui Hispanici scriptores, vt Valerius Tarapha, & alii, vt in eorum scriptis uidere est, Britanniam, & Scotiam, non longe post obitum S. Patris Benedicti, regula ipsius colla submisisse, testatur Petrus Diaconus in catalogo Abbatum; *Sub Valentiniano Abbate, inquit (is fuit sextus Casini Abbas) Britannie, & Scotie Ordo ostenditur.* De Britannia, quæ nunc Anglia est, confitentur, Anglicarum rerû scriptores, ut Matthæus Vuestmonasteriensis, in floribus historiarû, Matthæus Paris; Thomas Vualingamius; Gulielmus Malmesburiensis; Britannie Chorographiæ auctor; & nouissimè Polydorus Virgilius, libro 1. & 2. præcipuè, & aliquot sequentibus, tractans de S. Augustino Anglorû Apostolo, & aliis monachis Benedictinis, a Diuo Gregorio Papa illuc directis, nan. 194. Et quamuis de Scotia eadem dicant Historiæ Scotiæ relatores, placuit tamen & hic inferere præclarum D. Ioannis Leslai testimonium, vt veritas ipsa magis elucescat, sic enim ait de rebus gestis Scotorum lib. 4. in Contrano Rege: *Id temporis Benedictus sanctitatis gloria excellens, patria Nursinus, monachorum Ordinem, quem Basilus in teat. Oriente constitutum multis præclarisq; uiuendi præceptis formatum, in quadam Italia Vrbe, quam Sublacum vocant, renouauit. Vbi cum pietatis suæ & sanctitatis gloriam omnes latè oras peruagatam esse audiret, veritas nè ex huius gloriæ ventis, & rumusculis superbia spiritus colligeret, in Cassinum se oppidum, tanquam angulum abdidit, ac condito monasterio, quosdam socios ad sanam uitæ rationē traductos, regula a se primo constituta informauit. Benedictini Ordinis, mentionem eò libentius hic feci, quo plures fructus, in Scotia nostra profuderunt eiusdem Ordinis monachi, & quo ampliora monasteria Scotorum, qui in hac familia Deo se con-*

secta-

laboribus & in Scotia, & in Germania extruebantur. Hæc
 Leskeus, qui & Ordinem jam tunc etiam propagatum in Germania
 per Scotos monachos refert, quæ prouincia tam multis cœnobijs
 Benedictinis repleta est, ut omnium aliarum prouinciarum, & regno-
 rum laudem sibi præcipuerit, ut legere est tam in libro de monaste-
 rijs Germaniæ, & alijs rerum Germanicarum scriptoribus, quam in
 omnibus Ioannis Tritemii Abbatis operibus, qui ad probandam mul-
 titudinem, & magnitudinem monasteriorum Germaniæ, solâ die-
 cesim Moguntinam adducit, lib. 1. c. 2. de uir. ill. ord. S. Ben. & alibi
 scripsit, quæ centum & viginti quatuor monasteria Ordinis Diui Be-
 nedicti Nigrorum refertur habuisse, absque iis quæ a corpore Ordi-
 nis tunc separata erant, numerum decenarium excedentia. Testatur
 quoque Belfortestius tomo. 2. Cosmographiæ Germaniam ad annū
 usque 760. & amplius, nullâ alia cœnobia habuisse quam Benedicti-
 na, cuius uerba sunt: *Hinc uersus Aquilonem itinere unius horæ, est mo-
 nasterium Cisteriense opulentissimum, nomine Salmansuylæ, quod aucto-
 rimo fundatum a Duce quodam Sueniæ nomine Almo, anno Dom. 760.
 Sed quod tunc Cisterienses monachos habere non potuit: soli Benedicti-
 nos, tunc apud Germanos monachatum sustinebant.* Hæc ille in descri-
 ptione Vberlingæ, Boiemiam pariter plurimis cœnobijs Benedicti-
 nis auctam referunt, Ioannes Dubrauius in histor. Boiemia, lib. 5.
 Pius 2. qui & Aeneas Siluius, ca. 15. & sequentibus: Abbas Ursper-
 gensis in chronico, & alii permulti.

De ordinis item propagatione in Sardinia, & in Dalmatia, & per
 totum Illiricum, agunt Leo Ostiensis in Chron. Cas. lib. 3. cap. 22. &
 lib. 4. cap. 82. Petrus Diaconus; & in catalogo Abbatum montis Casi-
 ni loquens de Ioanne Abbate huius nominis tertio, sic inquit,
*Hic ordine in Illirico ostendit: Et in Oderisio I I. Hic in Illyrico ordi-
 nem mittit: & paulo post de Senioreto Abbate, Hic in Illyricum or-
 dinem dirigit.*

S. Stephanum Pannoniæ Regem, colonias Benedictinas ex mon-
 te Casino in Hungariam ad monasteria construenda inuitasse, auctor
 est Leo Ostiensis in chron. Cas. lib. 2. c. 79. quod & confirmatur a
 Bosnio lib. 1. decadis 2. rerum Hungaricarum, ubi differens de nô-
 minalium Sanctorum monachorum ad prædicandum Dei Euange-
 lium in Hungariam aduentu, sic inter cætera loquitur: *Astricum
 & discipulos Rex honorifice suscepit, & ad radicem Montis Ferrei collo-
 catis, ubi Diui Benedicti cœnobium magnifico sumptu exedificare permi-
 sit.* Quod cœnobium, quod tunc sub Regula Diui Benedicti in hor-
 torem Diui Martini Pannoniorum patroni consecratum est, mul-
 tis

ris postmodum immunitatibus & priuilegiis ab ipso Rege auctis
etiam & monasterio Casini Montis æquiparatum est, ut ipsius Ro-
gis uerba quæ in priuilegio huius Protoabbatiæ leguntur aper-
tius indicant, quæ talia sunt: *Quocirca omnium Sancta Dei ecclesia ful-
gium nostrorum, quod presentium atque futurorum solers comperiet in-
terio, significamus, quod nos interuentu, consilio, & consensu Domini Aue-
stasi (qui & Astricus prius vocabatur) Abbatis, monasterio Sancti
Martini in Monte supra Pannoniam sito, a genitore nostro incepto (a
nos per Dei subsidium, ob animæ nostræ remedium, pro stabilitate regni
stri, ad finem perduximus) talem concessimus libertatem, qualem de-
net monasterium S. Benedicti, in Monte Casino: &c.* Non solum
tem monasterium hoc, sed & alia omnia quæ per Hungariam ip-
sa erant, sub Regula P. N. Benedicti uixisse, habemus ex Decretis
nodalibus D. Laurentii Archiepiscopi Strigoniensis, & decem
fraganeorum suorum, sic in Decreto 36. inquitentium: *Abbatibus po-
nisa facultate monasteria cum Episcopo ad duo aratra unum monas-
regulariter uelut, & instructum teneant, & Regulam beati Benedicti
omnes monachi sciant & intelligant.* Hæc ibi.

De monasterij Poloniæ idem sentiunt Matthias a Michoua de
reb. Polonicis lib. 2. ca. 14. Alexander Guagninus in Casimiro Rege
Martinus Cromerus lib. 4. c. 2. rerum Polonicarum: & Chronica
Cluniacense MS. quod penes me est, his uerbis; *Hic (scilicet Cas-
mirus Rex) fundauit in suo regno monasterium uocatum Magilberti,
sub uocabulo Apostolorum Petri & Pauli: & istud monasterium uocatum
est Tyncerz, in quo erant continuè residentes sexaginta monachi. Iste
Dux obtinuit ab Abbate Cluniacensi, qui pro tunc erat, duodecim mon-
chos, quos in predicto monasterio posuit, in quo Regula S. Benedicti
tetur, & cerimonie Cluniacensis ecclesiæ obseruantur. Item in eodem regno
Poloniæ sunt alia quinque monasteria de ordine Cluniacensi, & omnes
rum Abbates sunt insulati, præter Abbatem Plocensem, & sunt sub
libet Abbatiæ quatuor Preposituræ. Hæc ibi. De cœnobis Sueciæ, Do-
nia, & partium Aquilonarium, legantur Albertus Crantzius in
Suecia, Dania, Vandalia, & Noruegia; & Ioannes magnus Gothicus
Episcopus Upsalensis, in libro de gestis Episcoporum Upsalensis
& de rebus gestis Gothorum: Helmoldus Presbyter in chronica
Slauorum; Arnoldus Abbas eius continuator, & alii nonnulli
Aquilonarium scriptores.*

Et hæc de Ordine Diui Benedicti per totam fere Europam pro-
pagato. De Asia uero & partibus ultramarinis, ad quas propagatio
suas emisit & hæc sacratissima plantatio, agit Gulielmus Episcopus
Tyri

Lyri de bello sacro lib. 18. cap. 5. Tritemius lib. 3. cap. 23. de uir. ill. ord. S. Ben. & in libro de script. eccl. & alibi aliquoties. Petrus Diaconus in catalogo Abbatum montis Casini, in S. Oderisio primo, Abbate, sic inquit, *Hic, Hispania iterum, Constantinopoli, Hierosolyma, Illyrico, ordinem mittit*. Et de Hierosolyma equidem iam citauimus Tyrium, & Tritemium, quorum sententiam sic confirmat auctor Chronici Cluniacensis MS. *Tempore huius Poncij Abbatis vir magni generis, Dominus Gelduinus, de quo supra memorauimus, ex nobili videlicet Puteacensium procerum sanguine editus, pro spe regni caelestis salutariam seculi pompam deseruit, monachusq; effectus, voluntaria Christi paupertatem, in Cluniacensi cenobio arripuit. Hic pro sua religione sua assumptus in Priorem Superciaci Burgi. Postmodum uero licentia obtenta assumptus est in Abbatem Sanctissimi sepulchri matris Domini de valle Iosaphat. & paulo inferius adducit & testimonium illud, quod citauimus in praecedenti nostro li. 2. c. 46. in annotatione ad Bernardum Lyddensem Episcopum. Roboratur & huius scriptoris auctoritas, testimonio R. P. F. Stephani Lusignani qui in chorographia Regni Cyprum loquens de Religiosis Benedictinis qui in Cyprum, tunc primum a Latinis inhabitatum aduigarunt, dicit eos ex Hierosolymis aduenisse, sic inquit: *Li latini monaci, & monache, sono venuti da Hierusalem, come dicemmo, in compagnia di altri, & erano monaci di San Benedetto, & di S. Bernardo.**

De Constantinopoli egit Petrus Diaconus, agit & Chronici Cluniacensis MS. auctor, his uerbis. *Consequenter uero obtinuerunt monasterium quod dicitur Contor, quod est in Suburbio Constantinopolis ciuitatis, sicut habetur in secundo lib. epistolarum ipsius Petri Cluniacensis c. 39. 40. & 44.* Huius & laiam sequitur D. Rodericus Gonzalez de Clauyo in historia magni Tamurlanis, pagina 15. & 17. sic loquens. *Nella Chiesa di S. Maria de la Dessetria, tempio in Constantinopoli, sono Religiosi della Regola di S. Benedetto, & nella Chiesa & monasterio di S. Paolo di Pera.* Benedictinos, Aegypti quoque solitudines inuias penetrasse nonnulli non contemnenda auctoritatis uiri, prodiderunt: & nouissime Monachus quidem S. Marię Locedesis in uita S. Bononij Abbatis, quae est apud Mosandrum. to. 7. Surij, die 30. Augusti, cuius uerba sunt: *In illo autem S. Stephani monasterio, cum in sanctarum virtutum, diuinęq; contemplationis piissimis exercitijs, multum per aliquot annos profecisset (videlicet S. Bononius Abbas) ad perfectiora charismata contendens, patria, amici, domo, urbisq; frequentia desertis, Babiloniae & Aegypti solitudinē adiit, ac asperioris ac durioris uitae freno corpus perfecte edomaret, ac spiritui obsequens planē redderet. Euenit autem fama eius & virtutum fragrantia ad Aegypti*

gypti incolas peruadente, vt ea capti ac delintri Aegyptij proceres, ac
 tior pars populi ad eum amore ac singulari beneuolentia cōplectendū
 hementer incitarentur: ita quidem vt potestatem facerent ea istis in
 instituendi, quæ ad Religionis restorationem, barbarica feritate conuulsa
 tam, pertinere censuisset. Quod cum frequenter vrgerent, gauisus pius Pa-
 ter, & Deo qui feroces barbarorum mentes mitigasset, gratiam referens,
 occasionem tantam minime sibi negligendā ratus, operi sedulo insiuit, in
 mum diruta multis in locis templa restaurans: & post iactum hoc virtu-
 tum suarum quasi spirituale fundamentum, Monasteria deinde plurima
 reparans, per quæ cætus Monachorum distribuit, Abbates confirmans,
 eosq; secundum a Diuo Benedicto præscriptam Regulam, vitam religio-
 traducere iussit. Hæc ille. Et hæc de Ordinis Diui Patris nostri Ben-
 dicti, per vniuersas Orbis partes diffusionem, contra præfatorum con-
 uulsiones in genere dicta sufficiant. Quod si nec ista suffecerint, ad
 mihi vendicare conabor quod excellentissimi uiri nec uirtute, nec
 sanctitate assequi quierunt: qui quanto doctiores, & sanctiores
 clariore fuere, tanto & acriore & plures habuere obtrectatores.
 Sed de his hæc tenas. Quod reliquum est Lector sciat uelim nos in
 auctario præcedenti, Sanctorum illorum de quibus in præcedenti-
 bus duobus libris egimus in Cardinalibus, Archiepiscopis, Episco-
 pis, Doctoribus, & aliis si qui sint, & in quarto, & quinto libro ad-
 ri in subsequenti sumus, quorum omnium dies natalitij ignora-
 tur, nullam omnino mentionem fecisse, ne libri magnitudo plus
 quo in repetitione tantorum Sanctorum crescere uideretur. Quod
 si nonnullis paruū uideatur, & non satis maturum, bono tamen
 animo ut accipiant rogo; non enim potui (quamuis uoluntas ad-
 set, defuit tamen facultas) omnium nostri Ordinis Sanctorum me-
 morias recolligere: Sed hac appēdice aliis exemplum dedi reliquas
 ex propriis calendaris & monasteriorum ecclesiarumque suarum
 schedis diligenter prout tempus dederit adhorandi, tam ad hono-
 rem sanctorum Benedictinorum, quorum suffragia in hoc opere
 perficiendo non modicè experti sumus, quā ad gloriā Sancti San-
 ctorum, qui gloriosus in sanctis suis, eorum nos forte donare dig-
 tur. Amen.

FINIS LIBRI TERTII.